3.

OPERVM

FRANCISCI PE-
trarchæ Florentini V. C. Tomus Ter-
tius, in quo quæ Carmine ab eo Latinè
ſcripta ſunt, deqúe Laurea Poetica ab
ipſo recepta, quædam ſcitu digna con-
tinentur, unà cum authoris Te-
ſtamento, quæ omnia uer-
ſa pagella indicabit.

Epiſtolæ de ſumenda atq; recepta Laurea ad Amicos V. pag. 1251.
Laureæ & Ciuitatis Romanæ donatæ Priuilegium. pag. 1254.
Bucolicorum Aeglogæ. pagi. 1257. XII.
Africæ, hoc eſt de bello Punico. pag. 1274. Lib. IX.
Epiſtolarum pagi. 1330. Lib. III.
Teſtamentum authoris. pagi. 1373

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. DE SVMENDA ATQVE RECEPTA LAVREA POETICA ad Amicos, Conſultatoriæ Epiſtolæ.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S.

Laureatn Romæ, an Pariſijs ſumenda ſibi cum amico deliberat.

ANcipiti in biuio ſum, nec quo potiſsimum uertar ſcio, mira quidem, ſed breuis hiſtoria eſt. Hodierno die, hora fermè tertia, literæ Senatus mihi redditæ ſunt, in quibus obnixè admodum, & multis perſuaſionibus, ad percipiendam lauream Poëticam Romam uocor. eodem hoc ipſo die, circa horam decimam, ſuper eadem re, ab illuſtri uiro Roberto, ſtudij Pariſienſis Cancellario, conciue meo, mihiq; & rebus meis amiciſsimo, nũcius cum literis ad me uenit. ille me exquiſitiſsimis rationib. ut eam Pariſium hortatur. quis unquam, oro, te euentorum tale aliquid, hos inter ſcopulos diuinaſſet? et ſanè, quia res penè incredibilis uidetur, utranq; epiſtolam, illæſis ſignis ad te miſi. hæc ad orientem, hæc ad occidentem uocat, uidebis quàm ualidis hinc atq; illinc argumentis premor, ſcio quidem in rebus humanis ferè omnibus nihil ſolidi ineſſe, magna ni fallor in parte curarum, actuumque noſtrorum umbris eludimur, tamen, ut eſt, animus iuuenum, gloriæ appetentior quàm uirtutis, cur non ego, quoniam apud te familiariter gloriandi præſtas audaciam tàm hoc mihi glorioſum rear, quàm ſibi olim potẽtiſsimus Aphricæ regũ Syphax, quod uno eodemq; tempore, duarum toto orbe maximarum urbium, Romæ atq; Carthaginis in amicitia uocaretur: nimium id regno eius atq; opibus tribuebatur, hoc mihi. Itaq; illum inter aurum ac gemmas, ſuperbo ſolio ſubnixum, & armatis ſtipatum ſatellitibus ſui ſupplices reperêre. me ſoliuagum, mane in ſyluis, ſerò aũt in pratis Sorgiæ ripis obambulãtẽ inuenerunt mei. mihi honor offertur, ab illo auxilium poſcebatur. ſed quoniam lætitia inimica conſilio eſt, fateor ut lætus euentu, ſic dubius animi ſum. urget enim hinc nouitatis gratia, hinc reuerentia uetuſtatis, hinc amicus, hinc patria. Vnum ab altera lance præponderat, quod rex Siculus in Italia, quem è cunctis mortalibus, æquiore animo ingenij iudice pati poſſum. curarum mearum fluctus uides, tu, quẽ ad earum gubernacula manus porrigere non puduit, fluctuantem animum conſilio tuo reges. Vale.

Fran. Petrar. Thomæ Meſſanenſi, S.

Probat amici de Laurea conſilium.

CONſilium tuum non tantum ſuſcipio, ſed amplector, magnificum eſt enim, tuaq; ſapientia & humanitate digniſsimum, nec me terret, quod patriæ ſis amicus, es enim amicior ueritati. ibo quo iubes, ſi quis electionem fortè mirabitur, rationes primum, deinde etiam nomen tuum mirantibus obijciam. ſæpe auctoritas pro ratione ſuſcipitur. id modo negocij reſtat, quibus me uerbis excuſem Roberto meo, ut non ipſe tantum, cui nobiſcum facile conueniat, ſed illa quoque, ingens uniuerſitas, ſi fortè res in lucem uenerit, factũ ſibi ſatis exiſtiment. ſed de his coram latiùs. audio enim ipſum aduentare, eo propoſito, ut me Pariſium trahat, quod ſi ita eſt, res inter præſentes tranſigetur. Ad id ſanè quod in fine literarum tuarum, ex me quæris, donec diù rem cum animo meo tractem, niſi fabulam texere uoluero, reſpondere aliquid non poſſum. Peregrina hiſtoria, meis morib. eſt, & quod me huic interrogationi alieniſsimũ facit, prorſus diuerſæ me interim exercuerunt curæ, uerumque eſt illud Saluſtianum: Vbi intenderis ingenium ualet. præterea an-

tiqua res est, & à memoria mea multorum annorum spatio remota. Itaque ut ait Plautus:

Longa dies animum incertat meum.

sed de hoc etiam præsens loquar. Vale.

Fran. Petrar. Thomæ Messanensi, S.

Romam se pro laurea petere, scribit.

FOrtunæ insidias non hodie primum intelligere incipio, nõ inuadit nos tantum illa, sed spargit ac separat, ne lætis scilicet & aduersis in rebus, alter alteri solatio sit, norat illa, quantæ olim meum cor urerent curæ, quibus ad plenum mederi, præter te nemo poterat. tunc ergo mirum in modum cõquisitis causis, te in bello pectoris mei æstu, refrigerium unicum auectum, ab Arcto rediens inueni. itaq; tametsi Romã tuã, propriam & cõmunem omnium, mihi uerò ante omnes semper, tunc autem & seipsam, propter gemino desiderio exoptatam patriam petijsses, tamen consequendi difficultas, mœstum atq; deiectum animũ habebat, ut cum ubique exul, mihi sine te uidear, tũ præsertim anxius atque amorem dens, & Romam tibi inuiderem, & te Romæ, quo in statu, eadem illi iuuenilem animum frenante fortuna, pauci anni quibus ad inuicem sic distracti uiximus, multorum apud me uicem sæculorum tenuerunt. ueni tandem (ut uidisti) hyeme bello pelagoq; tonantibus, omnes, nempe difficultates fregit amor, utq; ait Maro:

Vicit iter durum pietas.

Dumq; suum uenerabile ac prædulce obiectum quærunt oculi, nulla maris fastidia stomachus, talium licet impatientissimus natura, nullam brumæ terræq; duriciem corpus, nullas periculorum minas animus sensit. sic ad te enim totus, totaq; mente pergebam, ut te unum cogitans, præsentia non uiderem te inuẽto, nulla mihi longæ uiæ memoria superesset. Ecce autem, nunc eundem illa laqueum, aliorsum licet obuertit, ut me Romam petente, te Vasconia, & occidui littoris extrema possideãt, & tum maximè distrahamur, dum maximè te præsentem cuperem, omnis meæ gloriæ summum decus. sed sic eunt ferè uota mortalium, ut quod uehementius cupiunt, ægrius assequantur. cæterum ut meliore tui parte illic in tempore præsens sis, scito me laureæ Delphice cupidine (quæ olim clarorum Cæsarum & sacrorum Vatum singulare & præcipuum uotũ fuit, nunc uel spernitur, uel nescitur) mihi sanè noctes plurimas insomnes fecit, & de qua sæpe multa tecum egi, quamque cum me tantillum, certatim duæ maximæ urbes exposcerent Roma atque Parisius, altera mundi caput et urbium regina, nutrix altera nostri temporis studiorũ, post uarias deliberationes, ad extremum, non alibi quàm Roma, super cineribus antiquorum uatum, in q; illorum se de percipere, ingenti ante alios fratre tuo suasore & consultore, dispositi, hoc ipso die iter aggredi. in quo plusculum temporis exigitur, adeundus enim rex, uidenda Parthenope, inde inter erit Romam. illic aliquot dierum moram uideo, denique nisi fallit extimatio pascali die, ad. vi. Idus Aprilis, in Capitolio res agetur. quæris quo hic labor, hoc studium, hæc cura? an doctiorem, an meliorem factura sit laurea? notiorem fortè, & plurium inuidiæ expositum, scientiæ autem & uirtutis sedes est animus. Ibiq; non in frondosis ramis auicularum more nidificant. Quorsum igitur hic frõdium apparatus? quid respondeam quæris? quid putas? nisi illud sapientis Hebræorum, Vanitas uanitatum, & omnia Vanitas: sed sic sunt mores hominum. Tu Vale, & fauenti oro ades animo.

Fran. Petrar. Roberto Siciliæ regi, S.

De laurea susceptа.

QVantum tibi liberalium & honestarũ artiũ studia deberẽt, Regũ decus, quarum te quoq; Regẽ industria fecisti, aliquãto (nisi fallor) quã tẽporalis regni diademate, clariorem,

clariorem, olim mundo notum erat, nouo nuper beneficio, desertas Pierides obligasti, quibus hoc meum quantulumcunque est ingenium, solenniter consecrasti, ad hæc & urbem Romam, & obsoletum Capitolij palatium, insperato gaudio, & insuetis frõdibus decorasti, Parua res fortasse dixerit quispiam, sed profectò nouitate conspicua, & populi Romani plausu, ac iucunditate percelebris. Laureæ morem, non intermissum more tot sæculis, sed ibi iam prorsus obliuioni traditum, alijs multum diuersis auris ac studijs, in Repub. uigentibus, nostra ætate renouatum te duce, me milite. Scio quædam & per Italiam, & apud exteras nationes ingenia clarissima, quæ nihil ab hoc proposito, nisi desuetudo longior, & semper suspecta rerum nouitas arcebat, ea deinceps postquàm in meo capite periculum fecêre, breui consecutura, & Romanos lauros certantibus studijs decerptura confido. Quis enim metuat, Roberto auspice, cunctantis animi signa conuellere? iuuabit in hac primum esse, in qua esse ultimum non inglorium reor. ego quidem non inficior, tanto impar oneri fueram, nisi mihi fauor tuus, uires atq; animos addidisset, atque utinam diem festum, ornare serenissimæ frontis tuæ præsentia potuisses, quod profectò (ut ipse dicere solebas) nisi ætas non sineret, nequaquam maiestas Regia uetuisset. sensi quidem multis indicijs, Augusti Cæsaris quosdam mores, tibi admodum probari, atque illum in primis, quod Flacco Libertino homini, & qui prius aduersarum partium fuisset, tàm non placatum modo, sed beniuolum familiarem q; se præbuit, & Maronis sui ingenio delectatus, Plebeiam originem non despexit. Præclarè, quid enim minus regium, quàm in his, quos aut uirtus aut ingenium commendat, dum & uera nobilitas non desit, & nobilitare ipse possis, suffragia aduentitiæ nobilitatis exquirere? nec sum nescius, quid aduersus hoc literatores nostri temporis respondeant, superbum & segne genus hominum, Maronem & Flaccum sepultos esse, ne quicquam modo de his magnifica uerba iactari, excellẽtes olim uiros periisse, tolerabiles nuper & ut fit, in imo fecem substitisse. quid dicant, & quid cogitent noui, neque passim obluctor. uidetur enim mihi unum Plauti dictum non tàm illi ætati, quæ uix eius rei gustum cœperat conuenire, quàm huic nostræ. Ea, inquit, tempestate flos Poëtarum fuit, qui hinc abierunt in communem locum. hoc profectò nos dignius lamentamur, tunc enim nondum uenerant, quos abijsse conqueritur. iniquissima uerò horum intentio est. neque enim id agunt, ut interitum scientiarum defleant, quas extinctas ac sepultas cupiunt, sed ut coëtaneos suos, quos imitari nequeunt, desperatione deterreant. Sanè illos desperatio sua retrahat, nos impellat, & unde illis frenum ac uincula, nobis impetus ac stimuli accesserint, ut studeamus fieri qualem illi nullum opinãtur, nisi quem antiquitas illustrauit. Rari sunt fateor, pauci sunt, sed aliqui sunt, quid autem uetat ex paucis fieri, si omnes raritas ipsa terruerit? breui quidem non pauci erunt sed nulli, enitamur, speremus, dabitur forsan ad ista pertingere:

Possunt quia posse uidentur:

& nos, mihi credè, poterimus: si nos posse crediderimus. quid enim putas? Plautus ecce suam deflet ætatem, Ennij fortè seu Neuij mortem doles, ipsorum quoq; Maronis ac Flacci ætas, non æqua tantis ingenijs fuit, quorum alter diuini spiritus Poëta, dum uixit æmulorum bellis, sine fine uexatus, ut alienorum operum defloretor carpitur. alteri uitio datur, quod nisus esset antiquos partius admirari. fuit hoc eritq; perpetuum, ut ueneratio uetustatem, præsentiam comitetur inuidia. tibi uerò regum optime, nec minus Philosophorum ac Poëtarum maxime (ut ex te didici) illud eiusdem principis altius insedit, quod Trãquillus ait. Ingenia sæculi sui omnibus modis fouit. & tu modis omnibus sæculi tui foues ingenia, eisq; humanitate & clementia tua faues, expertus loquor, recitantes, & benignè & patienter audis, nec tantùm carmina & historias, sed & orationes & dialogos. cõponi tamen aliquid de te, ni si & serio & præstantissimis offenderis. in omnib. his Augustũ imitatus, auersatus autem illos, qui cuncta fastidiunt, nisi quib. pretium fecit impossibilitas consequendi. His tuis moribus, hac facilitate animi, cum multi sæpe, tum ego nuper hor

tatus ſum,ſingulari quadam et ſine meritis fortuna.neq; hic(ut dixi)ſubſtitiſſet regia dignatio,ſi aut remotior ſenectus,aut Roma propinquior fuiſſet,uerum hic maieſtatis, tuæ nuncius,qui pro te omnibus interfuit,quid nobis uel Roma uel inde digreſsis, ſeu gaudij ſeu periculi acciderit,uiua uoce narrabit. De reliquo autem nouiſsimi uerbi tui,ut ad te quàm primum redeam,ſine intermiſſione meminero,teſtor Deum,non tàm aulæ regiæ ſplendore captus quàm ingenij .alias enim quàm quæ ſperari à regibus ſolent, ex te diuitias expecto.precor autem,ut annos uitæ tuæ proroget,& te demum ab hoc ſolito mortali,ad æternum transferat,is apud quem fons uitæ eſt. Vale.

Fran. Petrar.Barbato Sulmonenſi, S.

Lauream Romæ magno cum populi fauore aſſumpſiſſe ſcribit.

IDibus Aprilis anno ætatis huius ultimæ M. CCC. XLI. in Capitolio Romano, magna Populi frequentia,& ingenti gaudio peractum eſt quod nudiuſtertius, de me rex apud Neapolim decreuerat.Vrſus anguillariæ comes ac Senator,prælati uir ingenij,regio iudicio probatum,laureis frondibus inſigniuit. manus regia defuit, ſed non auctoritas nec maieſtas.illa non mihi ſoli,ſed omnibus præſens fuit,defuerunt oculi tui atque aures, animus enim aſsiduè mecum eſt,defuit Magnaninus Ioannes,quem à rege tranſmiſſum,& miro ſtudio feſtinantem,præter Ananiam excepère Hernicorum inſidiæ, quas eum euaſiſſe gaudeo,licet expectatus in tempore non adeſſet.cætera ſupra ſpem, & ſupra fidem ſucceſſiſſe noueris,At ut recenti experimento cognoſcerẽ,quàm ſemper lætis iuncta ſint triſtia, uix mœnia urbis egreſsi,ego cum his, qui me terra & pelago ſecuti erant,in latronum armatas manus incidimus,è quibus ut liberati & Romam redire compulſi fuimus, quantuſcũ ibi ob hanc cauſam populi motus,& ut die poſtero certiori armatorum fulti præſidio diſceſsimus,ac cæteros uiæ caſus,ſi explicare temptauero,longa erat hiſtoria.cuncta igitur ex latore præſentium cognoſces. Vale.

PRIVILEGII LAVREÆ RECEPTÆ à Franciſco Petrarcha, Exemplar.

VRSVS COMES ANGVILLARIAE, ET IORDANVS

de Filijs Vrſi,miles Almæ Vrbis Romæ Senatores.

AD perpetuã Rei memoriam uniuerſis ad quos præſentes peruenerunt literæ. Cũ ſic cõſtamus ex anima & corpore, ſic duplex querẽdæ gloriæ uia ſit apta mortalibus, quarum altera mentis altera corporis uiribus peragenda eſt, utriuſq; rei principatũ, omnipotẽs Deus,in hac glorioſiſſima Vrbe cõſtituit ab æterno.ex quo quidẽ innumerabiles olim tã ingenij, quã bellicis artib.memorãdos,hæc eadẽ Vrbs aut ipſa genuit,aut alibi genitos,Erudiuit,aluit,illuſtrauit,inter multa nimirũ,q̃ animi uirib.gerũt, ut ad p̃ſens de corporis actib.taceamus florẽtiſſimi atq; laude omni digniſsimi, q̃dã in noſtra Rep.hiſtorici, ac p̃cipue poëtæ maximè uiguerũt.quorũ induſtria ac labore tã ſibi ipſis,q̃ aliis claris uiris,q̃s dignabãtur nobilitare carminib.nominis immortalitas q̃rebaẽ. Horũ in primis opera effectũ,ut cõditorũ huius Vrbis & imperij, atq; aliorũ omnis ætatis Virorũ illuſtriũ uitã,& mores,ac nomina teneamus,q̃ nullis locis,per tot ſæculorũ lapſũ,ad nos potuerant peruenire.Sanè ſicut poëtarũ & hiſtoricorum copia,multis glorioſæ & diuinæ gloriæ cauſa fuit,ſic eorũ defectũ tactu tẽporis poſtea ſuccedẽtis,multis aliis ad æternitatẽ nominis in dignas obliuionis tenebras nõ dubiũ attuliſſe. Hinc ſæpè cõtingit, ut laudes eorũ hominũ, qui nobiſcũ uixerũt ignorãtes,mira res dictũ uetuſtiſsimorũ certã notitiã habeamus.Et poëtæ q̃dẽ præteriti gloria tẽporis pariter illuſtres ſũt,& futuri, quoniã ut diximus,immortalitatẽ,& ſibi & aliis q̃rebãt,ac præter honores & priuilegia,quib.publicè donabatur,pro p̃mio quondã & ſtudiorũ ꝓprio ornamẽto coronã laureã merebãtur. tãto enim honore dignos cẽſuit,Reſpub.ut unũ atq; idem laureæ decus aſsignandũ cenſeres Cæſaribꝫ & Poëtis ſiquidem

ſiquidem & Cæſares duceſq; uictores,poſt labores bellorum, & poëtas poſt labores ſtudiorum,lauro inſignibant,per æternam uiriditatem arboris illius, æternitatem tàm bello quàm ingenio quæſitæ gloriæ dignantes,atque ob illum,in primis, qui ſicut hanc arborem Deus ſolam non fulminat, ſic creditur Cæſarum & Poëtarum gloriam illam,quæ more fulminis cuncta proſternit, ſolam uetuſtatem non timere.Hoc nempè poëticum decus ætate noſtra,quod dolentes referimus,incertum qua ſeu ingeniorum tarditate, ſeu temporum malitia,uſq; adeò oblitum eſſe uidemus,ut etiam,quod per ipſum Poëtæ nomen imꝑtetur, penè incognitum noſtris hominibus habeatur,opinantibus multis poëtæ officium nil eſſe,aliud quàm fingere ſeu mentiri,quod ſi ita eſſet, prorſus & leuis res,& omni honore indignum dedecus uideret.ignorãt aũt poëtæ offitium,ſicut ab eruditiſsimis & ſapiẽtiſsimis uiris accepimus,in hoc eſſe uirtutẽ rei,ſub amœnis coloribus. abſconditã & decorã,uelut figmentorũ umbrã contẽtã,altiſonis celebratã carminib. & dulcis eloquij ſuauitate reſpgar, q̃ ſit q̃ſitu difficilior, magis atq; inuẽta dulceſcat.Sanè aũt poëtas egregios,immorem triumphantium accepimus, in capitolio coronari,uſq; adeò,& in deſuetudinẽ nobis abijt illa ſolennitas,ut iam à mille trecentis annis,nullũ ibi legamus, tali honore decoratũ,q; excogitãs ingenioſus Vir,& taliũ ſtudiorũ ab adoleſcẽtia ſcrutator ardẽtiſsimus, Frãciſcus Petrarcha Florẽtinus, Poëta,hiſtoricus prælertim tẽpore præſenti,ſciẽtiæ ſuccurrẽdũ ratus,quo neglecta magis erat ab hominib.& deſerta poſt auctorũ uolumina,diligẽti primũ indagine,non incognita relicta,deinde,poſt propria,proprij ingenij opera hiſtoriarũ præcipuè & Poëmatũ quorũ partim adhuc habet in manib.honeſto laureæ flagrans deſiderio,non tàm propter gloriam, ſicut idem in noſtra & P.R. præſentia profeſſus eſt, quàm ut ad ſimile deſiderium ſtudiorum omnium animos irritaret,quamuis ad hunc ipſius honorem alibi ſuſcipiendum,ſtudijs atq; urbibus euocatus tractus tamen memoria antiquorum Poëtarum,nec non affectu & reuerentia huius ſacro ſanctæ Vrbis cuius eum, ſemper fuiſſe conſtat feruentiſsimum amatorẽ,poſt habitis aliorum precibus decreuit, huc potiſsimum ubi laureatos eſſe meminerat ſe conferre, ante eum,& ne ſuper hoc ſuæ forſitan præſumptioni confiſus uideretur,ſtatuit de ſeipſo alteri credere potius,quàm ſibi,ideo què circumſpiciens,nec ullum in toto orbe,reperiens digniorem,ad ſereniſſimum Robertum Hieruſalem ac Siciliæ regem illuſtriſsimum, de Romana curia digreſſus,quæ in Auinione nunc reſidet,uſq; Neapolim perſonaliter acceſſit,itaq; illius tanti regis,omnium ſcientiarum fulgoribus abundantiſsimè radiantis,ſeſe ſubiecit examini ex cunctis mortalibus illũ præferẽs,q̃ intra omnes digniſsimus uiſus eſt,maturo ſane cõſilio,& tãto iudicio ut probatus poſſet à nemine reprobari.Cum itaq; Rex idem audito eo, atque operum eius parte proſpecta,dignum profectò tali honore iudicaſſet,ac ſuper eius ſufficientia cum ſuo ſigillo teſtimoniales nobis literas,& eius fide dignos nuncios deſtinaſſet,eodẽq; idem Frãciſcus pleno Capitolio,laureum poëticum ſolenniter poſtulaſſet,nos Regio teſtimonio,et famæ publicæ,quæ eidem de eo multa proloquuntur,erat,ſed multo magis operum euidẽtia certiſsimam fidem reddentes, præfatum Franciſcum, hodierno uidelicet ſolennitatis Paſchalis die in Capitolio Romano,lectorum celeberrimo tàm dicti regis, quàm noſtri populario nomine magnum Poëtam, & hiſtoricum declaramus, præclaro,magiſterij nomine inſignimus,et in ſignũ ſpecialiter Poëſis,Nos VRSVS comes et Senator p̃fatus pro nobis & collega noſtro,coronam lauream,noſtris manibus eius capiti impreſsimus, dãtes eidem tam in dicta arte poëtica,quàm in dicta hiſtorica arte,atq; què in omnibus ſpectantibus,ad eiuſdem auctoritati præfati domini regis S.P.Q.R.tàm in hanc ſanctiſsimam Vrbem(quàm omnium urbium & terrarum caput eſſe non ambigitur & magiſtro)quã alibi cunq; locorum legendi diſputandi,atq; interpretandi ueterum ſcripturas,& nouas à ſeipſo omnibus ſæculis auxiliante Deo,& manſuros libros,& poëmata componendi,liberam tenori præſentium poteſtatem,nec non & ubi,& quotiens ſibi placuerit poſſit, huiuſmodi atq; alios actus Poëticos, laurea ſeu myrto, uel hedera,ſi id genus elegerit coronare, &

in actu atq; habitu quolibet Poëtico, & publicè solenniter exercere, adhuc conscripta, per eum hactenus uelut per hominem in talibus expertum, in his scriptis approbamus. Reliqua uerò quæ scripturum eũ contingerit, in posterum, ex quo ab eodẽ promulgata, & in lucem edita fuerint, simili ratione approbanda censemus, decernentes eum ijsdem priuilegijs, immunitatibus, honoribus, & insignibus, perfrui debere, quibus hic uel usq; terrarum, uti possunt, uel posse sunt sociati, liberalium & honestarum artium professores, eoq; magis quod professionis suæ raritas, uberiorib. eius fauoribus, & ampliori beneficio eum dignum facit. Insuper eundem Franciscum Petrarchã, propter insignes sui ingenij dotes, ac propter notissimam, deuorationem, quam ad hãc Vrbem nostramq; Rempub. affici, & communis omnium fama & actus eius, & uerba testantur Ciuem Romanum facimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, ipsum & ueterib. & nouis ciuiũ priuilegijs, ac nomine decorantes. De quibus omnibus & singulis interrogatus, P.R. solenniter ut mos, est nemine protinus aduersante, placere sibi omnia acclamando, respondit. In quorum testimonium, præsentes literas, utriusq; substantiæ Senatus subscriptione, & nostræ aureæ bullæ, sibi concedi iussimus, appensione munitas. Datum in Capitolio, præsentibus nobis, & tàm alienigenarum, quàm Romanorum procerum, ac populi multitudine numerosa.

V. IDVS APRILIS. ANNO DOMINI. M. CCC. XLIII.

DE LAVREA AC POESI ALIISQVE OPERIBVS FRAN. PETRARCHAE,

Ioannis Bocatij Testimoniũ ad Hugonem Regem Cypri.

FRanciscum Petrarcham Florentinum uenerãdi simum præceptorem patrem, & dominum meum, nuper Romæ ex. S.C. approbante Roberto Hierusalem, & Siciliæ Rege inclyto, ab ipsis Senatoribus Laurea insignitum, inter uetera uiros illustres numerandũ, potiùs quàm inter modernos iudico. Quẽ non dicã Itali omnes quorũ singulare ac perenne decus est, sed & Gallia omnis atq; Germania, & remotissimus orbis angulus Anglia Græciq; plures nouêre Poëtam præcipuum nec dubito, quem usq; Cyprum ad aures usq; tuæ sublimitatis, nomen eius, inclyta fama detulerit. Huius enim iam multa patent opera & metrica & prosaica memoratu dignissima, certum de cœlesti eius ingenio testimonium hinc inde ferentia. Stat enim exitum cupiens, adhuc sub conclaui clausa diuina Aphrica, Heroico carmine scripta, primi Aphricani narrans magnalia. Stat Bucolicum carmen, iam ubiq; sua celebritate cognitum. Stat & liber Epistolarum ad amicos mea trico scriptarum stylo. Stãt præterea ingentia duo Epistolarum prosaicarum uoluminа, tanta sententiarum, tanta rerum ge stãrum copia. tanto ornatus artificio splendentium, ut in nullo Ciceronis posponendas censeat lector æquus. Stant in Medicum inuectiuæ, Stat Solitariæ uitæ liber, & qui paucis pòst diebus in lucem nouissimus ueniturus est, de Remedijs ad utranq; fortunã. Sunt præterea in officina plures, quos cito & uiuente fabrefactos legemus in publico.

Ad eundem alias.

DIebus nostris memini Robertum Hierusalem & Siciliæ regem splendidum à multis ornatis titulis posiulasse ab insigni Francisco Petrarcha, in alijs tribuisset, ut sibi ascriberet Aphricæ à se nouiter æditæ titulum, quam quæso auriurus gloriam, Francisci an suam, suam profectò.

De Bucolicis Fran. Petrarchæ, Io. Bocatij Elogium.

ILlustris atq; nouissimus Poëta Franciscus Petrarcha, in suis Bucolicis, sub uelamine pastoralis eloquij, Veri Dei & inclyte Trinitatis laudes, iraſq; eius, inculcantes ignauia Petri nauiculam, mira descriptione notauit.

De Aphrica Petrarchæ. Io. Bocatij Elogium.

ESto æuo nostro tertius exurgat Aphricanus, non minori gloria, maiori tamen iustitia delatus in æthera, uersiuiri celeberrimi Francisci Petrarchæ, nuper Laurea Romæ insigniti, tanta enim facundia & lepiditate sermonis, in medium trahitur, ut ferè ex tenebris longi silentij, in amplissimam lucem deductus uideatur.

FRAN.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. BVCOLICA,

Aegloga prima.

PARTHENIAS.

SYLVIVS ET MONICVS.

MONICE tranquillo solus tibi conditus antro,
Et gregis & ruris potuisti spernere curas.
Ast ego dumosos colles, syluasq; perrero,
Infœlix: quis fata neget diuersa gemellis?
Vna fuit genitrix, at spes non una sepulchri.
Mon. Sylui quid quereris? cunctorum uera laborum,
Ipse tibi causa es: Quis te per deuia cogit?
Quis uel inaccessum tanto sudore acumen
Montis adire iubet? uel per deserta uagari,
Muscosos q; situ scopulos, fontesq; sonantes?
Syl. Hei mihi solus amor, sic me uenerata benignè
Aspiciat spes nostra Pales. Dulcissimus olim
Parthenias mihi iam puero cantare solebat.
Hic ubi Benacus uitreâ pulcherrimus aluo
Per similem natum fundit sibi. Venerat ætas
Fortior, audebam nullo duce iam per opacum
Ire nemus, nec lustra feris habitata timebam
Mutatamq; nouo frangebam carmine uocem:
Aemulus at famæ dulcedine tactus inanis.
Ecce peregrinis generosus pastor ab oris
Nescio qua de ualle canens nec murmure nostro
Percussit flexitq; animum mox omnia capi
Temnere, mox solis numeris & carmine pasci
Paulatim crescebat amor, quid multa? canendo
Quod prius audieram didici, Musisq; coactis
Quo mihi Parthenias biberet de fonte notaui.
Nec minus est ideò cultus mihi, magnus uterq;
Dignus uterq; coli, pulchra quoq; dignus amica.
Hos ego cantantes sequor, & diuellere memet
Nec scio, nec ualeo, miroq; quod horrida nõdum
Sylua, nec aërij cœperunt currere montes.
Verum ubi iam uideor collectis uiribus olim
Posse aliquid, soleo de uertice montis ad imas
Ferre gradum ualles, ubi fons mihi sæpe canenti
Plaudit, & arentes respondent undiq; cautes.
Voxmea non ideo est grata mihi, carmina quanquam
Laudibus interdum tollant ad sydera nymphæ
Dum memini quid noster agat, quid ue aduena pastor
Vror, & in montes flammata mente reuertor,
Sic eo, sic redeo, nitor si fortè Camenæ
Dulce aliquid dictare uelint, quod collibus altis,
Et mihi complaceat, quod lucidus approbet æther
Non rauæ leue murmur aquæ, nec cura nec ardor.
Defuerit, si fata uiam, & mentis tarda negarit
Stat germanę mori nostrorum hæc summa laborum.
Mo. O si fortè queas durum transcendere limen,
Quid refugis (turpesq; casas, & tua paueſcis,
Ocia, quid frontem obducis? nemo antra coactus
Nostra petit, plures redeunt à limine frustra.
Syl. Non pauor hic animi fuerat si forsitan aures
Dulcibus assuetas inamœna silentia tangunt
Miraris, natura quidem fit longior usus.
Mo. O iterum breue si mecum traducere tempus
Contingat, fileat q; fragor, rerumq; tumultus.
Dulcius hic quanto media sub nocte uidebis
Psallere pastorem, reliquorum obliuia sensim
Ingeret ille tibi non carmen inane negabis
Quod modò solicitat, quod te suspendit hiantem?
Syl. Quis quæso? aut quonam gemitus sub sidere pastor
Hoc quedit? audiui pastorum carmina mille.
Mille modo, quenquam nostris æquare caueto.
Mon. Audisti quo monte duo fons unicus ædit
Flumina, siue ubinam geminis ex fontibus unum
Flumen aquas, sacrumq; caput cum nomine sumit.
Syl. Audiui ut quondam puer hispidus ille nitentis
Lauit apollineos ad ripam gurgitis artus.
Fœlices Nymphæ, quæ corpus tangere tanti
Promeruêre dei, fluuius (si uera loquuntur)
Per cinerum campos ultricibus incidit undis,
Hunc igitur dulci mulcentem sydera cantu.
Mon. Illa tulit tellus, licet experiare iuuabit.
Syl. O ego noui hominem, ciues, & mœnia paruæ
Sæpe Hierosolymæ memorat, nec uertitur inde
Semper habet lachrymas, & pectore raucus anhelat
Hi Romam Troiamq; canunt, & prælia regum,
Quid dolor, & quid possit amor, quidue impetus iræ
Quid fructus uenioq; regat, qui spiritus astra
Nec non & triplicis sortitos numina regni
Expingunt, totidem uaria sed imagine fratres
Sceptriferum summum louem faciẽq; serenæ
Inde tridentiferum moderatorem q; profundi,
Cæruleum q; comas, medium fuscum q; minorem.
Torua latus seruat coniunx, aterq; paludis
Nauita tartareæ piceas redit it q; per undas.
Tergeminus q; canis latrat tum aura feris.
Pensa trahunt manibus, fixa sub lege sorores,
Quin etiam stygias æterna nocte tenebras,
Anguicomas q; simul Furias, templum q; forum q;
Tum syluas & rura canunt atq; arma uiros q;.
Mon. Hunc unum cauit ore deum, quem turba deorum
Victa tremit, cœlum nutu qui temperat almum,
Æthera qui librat liquidum, qui roris aceruos,

Quiq́ niues spargit gelidas, & nube salubri
Elicit optatos herbis fitientibus imbres,
Qui tonat, & trepidum rapidis quatit aëra flammis
Tempora sideribus, qui dat sua semina terris,
Qui pelagus fluitare iubet, consistere montes,
Qui corpus mentemq́ dedit, quibus addidit artes
Innumeras, geminum cumulans ab origine munus,
Qui uitæ mortiq́ uices, quæq́ optima fessos
Fert super astra, uiam docuit, repetitq́ monendo,
Hunc meus ille canit, neu raucum dixeris oro.
Vox solida est, penetransq́ animos dulcore latenti,
Iure igitur patrijs primum celebratus in aruis,
Attigit & uestros saltus, lateq́ sonorum
Nomen habent, quæ rura Padus, quæ Thybris & Arnus
Quæ Rhenus Rhodanusq́ secant, quæq́ abluit æquor,
Omnia iam resonant pastoris carmine nostri.
Experiar si fata uolent, nunc ire necesse est.
Quo precor? at quis te stimulus, quæ cura perurget?
Vrget amor musæ, quoniam modo littore in Aphro
Sydereum iuuenem genitumq́ ex stirpe deorum
Fama refert, magnis implentem pascua factis
Te Polypheme tuis iam constrauisse sub antri
Dicitur, & Lybicos syluis pepulisse Leones:
Lustraq́ submissis audax incendere flammis.
Hunc simul Italidesq́ nurus, pueriq́ senesq́
Attoniti aduerso certatim à littore laudant.
Carmine fama sacro caret hactenus & sua uirtus
Præmia deposcit, pauitans ego carmina cœpi
Texere, temptabo ingenium, uox fortè sequetur
Orphea, promeritum modulabor arundine paruæ
Isospes, uariosq́ uiæ circumspice casus.

ÆGLOGA II.

ARGVS.

IDAEVS PHYTIAS SYLVIVS.

VREVS occasum iam sol spe
ctabat, equosq́
Pronum iter urgebat facili transmittere cursu.
Nec nemorum tantam per secula multa quietem
Viderat ulla dies passim saturata iacebant
Armenta, & lenis pastores somnus habebat:
Pars teretes baculos, pars nectere serta canendo
Frondea, pars agiles calamos, tunc fusca nitentem
Obduxit Phœbum nubes, præcepsq́ repentè
Ante expectatum nox affuit: horruit æther
Sæuire, & fractis descendere fulmina nymbis.
Altior ætherea penitus conuulsa fragore
Corruit, & colles concussit & aruo cupressus,
Solis amor quondam, solis pia cura sepulti.
Nec tamen eualuit fatalem auertere luctum
Solis amor, uicitq́ pium sors dura fauorem.
Præscius heu nimium uates tu Phœbe fuisti.
Dum sibi, dumq́ alijs erit hæc lachrymabilis arbor
Dixisti, ingenti strepitu tremefacta ruinæ
Pastorum mox turba fugit, quæcunq́ sub illa
Per longum secura diem consederat umbra.
Pars repetit montes, tuguri pars lumina fidi
Pars specubus, terraq́ caput submittit hianti.
Syluius & Phytias scopulum fortasis eundem
Præcipiti petiere gradu, gemmisq́ cauernis
Occuluere animas trepidi, nec pauca gementes.
Pòst ubi laxatis tempestas fracta parumper
Nubibus, & cœli siluerunt murmura fessi:
Incipit illachrymans Phytias, ô Iuppiter alme
Si scelus hoc nostrum meruit, si rustica sordet
Pastorum pietas, miseris ignosce precamur,
Innocui miserere gregis, meliorq́ capellas
Collige dispersas, teneris signata labellis
Vbera te moueant, nisi forte obliuia lactis
Illius astrigeræ nectar tibi suggerit aulæ
De grege nempe fuit tua nutrix: talia quæstus
Subticuit, pectusq́ manus percussit & ora
Syluius, audita rupis de parte querela
(Nam ne q́ se coram cernebant, obice paruo
Præteritæ silicis ramoq́ comante direpti)
Concussa sic mente refert, genitumq́ cohercens:
O Phytia Phytia fateor, sic astra minari
Iam pridem aduerti, Postquam flammantia Martis
Lumina, & imbrifera Saturnum parte morantem
Obsessumq́ Iouem, Venera transuersa tuentem,
Sybila uentorum posiquàm peregrina notaui.
Nonne procul nebulas limo exhalante palustri
Surgere, & in nostrum delatas uidimus axem.
Nonne grues profugas, turpesq́ ad littora mergos,
Num cornuos, fulicasq́ uagas, num sydera mœsta
Vidimus, & nimbo uelatam abscedere Phœbem?
Tum quæ multa olim nascentis signa procellæ
Syluicolæ cecinere senes, sed ferre necesse est.
Hæc est uita hominum Phytia, sic læta dolendis
Alternat fortuna ferox: Eat ordine mundus
Antiquo, nobis rerum experientia prosit.
Quo grex cunq́ miser ruerit consistere certum est.
Chare mihi imprimis & semper maxime Syluî
Respondit Phytias, oculos te consule tergam:
Tu modo si quid habes damni solamen acerbi,
Tempestiua graues releuent obliuia casus.
Immò ait ille: tuum est quæ condita carmina seruas
Mecum partiri, Daphnys pastoribus olim,
Et tibi nunc ingens meritò cantabitur Argus
Quid tibi, non nobis Phytias? num tu quoq́ carmen
Argeum uocitare libet nimis omnia celas:
Incipe fortè sequar, nisi uox tua terreat, inquit,
Syluius. Ille alta fregit suspiria uoce,
Arge decus rerum, syluæ dolor Arge relictæ
Hoc licuit rapidæ sacro de corpore morti?
Hæc ausa est tellus te qui stellantis Olympi
Iam solus spectator eras, humus obruit atra.
Quô fauor, & nostri rediit quô gloria sæcli?
Quis tempestates prænoscet ab æthere longè?
Quis mihi uoce feras, quercusq́ & saxa mouebit?
Aut longum dulci traducet carmine noctem?
Quis terrebit apros? quis tende retia damis?

Quis

Quis uisco captabit aues? quis flumine mergens
Ah miseras curabit oues? quis sacra Cybeles,
Atq́ humilem Admeti famulantem in gramine Phœbum
Rite canet? quem nocturnus trepidabit abactor?
Quem noscent dociles alta sub rupe capellæ?
Quem uigiles fidiq́ canes? quem dulcis amica?
Quis mihi solennes statuet per littora ludos,
Insuetam patrio renouans ex more palestram?
A quo consilium dubij, diuinaq́ latè
Syluestres responsa ferent? quis tempore in arcto
Supplicib. præstabit opem? pulcherrime quondam
Arge amor ac luctus: Dryadum quid sylua, quid antrum?
Quid sine te colles, & post te uiuere quisquam
Aut uolet aut poterit? pastores credite, mors est
Viuere post Argum. iam nunc arescere circum,
Stagna, lacus, fontes, ipsumq́ uidebitis æquor:
Spiritus alter erit uentis, color alter in herbis.
Floribus alter odor, solitos nec poma sapores
Seruabunt, nec prata comas, nec flumina lymphas
Vellera nec pecudes, nec opimas campus aristas.
Omnia nanq́ oculis unus (nec fallimur) ille
Lætificare suis & fœcundare solebat.
Illo syluæ fuit semper sub principe tuta:
Pax inerat fronti, purgabat nubila uerbo,
Ille abijt, fortuna suos mutata fatigat.
Syl. Extorques lachrymas, nec iã mihi uiuere dulce est.
Post Argum, sed uiuaci parebimus astro.
Phy. Effugis (agnosco) nusquam sine carmine Syluî:
Si libet, ire cane, post i, tua damna recense.
Syl. Pastorum rex Argus erat: cui lumina centum
Lyncea, cui centum uigiles cum sensibus aures
Centum artes, centumq́ manus, centumq́ lacerti,
Lingua sed una fuit, cum qua rupesq́ ferasq́
Flecteret, & fixas terræ diuelleret ornos.
Ille diu clarus syluis, perq́ omnia notus
Pascua, formosis cantatus ubiq́ puellis,
Mille greges niueos pascens per mille recessus
Postquam pertæsum est nemorum longiq́ laboris,
Irrediturus abit, uoluitq́ per auia saltu
Euolat in montes, illinc de uertice summo
Despicit, & nostras curas nostrosq́ tumultus
Regnatæq́ uidet quanta est angustia syluæ.
Alloquiturq́ Iouem, & uiduum commendat ouile:
Arge uale, nos te cuncti, mora parua, sequemur.
His dictis abeunt. patrij Sulmonis ad arua
Contendit Phytias, syluas petit alter Hetruscas,
Solus ego afflicto mœrens in littore mansi.

ÆGLOGA III. AMOR

PASTORIVS.

STVPEVS, DAPHNE.

QVIS erit precibus finis,
mea cura, fugæq́.
Fige pedem Daphne precor, &
miserere tuorum.
Daph. Quæ Phœbum spreuit
quem non spretura putemus.
Quære alias curas, sis importu-
nus amando.

Stu. Hinc labor, hinc amor exagitant, cogũtq́ trementem
Interrupta loqui: sit respirare parumper.
Vis, dolus, insidiæ cessant depone pauorem:
Et nostros audire sedens dignare labores.
Daph. Fare igiur, cupidasq́ manus frenare memento.
Stu. Daphne ego te solam deserto in littore primùm
Aspexi, dubius hominem ne, deamne uiderem,
Aurea sic rutilo, flagrabat murice palla:
Sic cœlum latè insolitò complebat odore,
Dulcia sydereas iactabant ora fauillas,
Ardentesq́ comas humeris dispersérat aura.
Dirigui, sol cum radijs certabat iniquo
Marte tuis, totum non nostro lumine, corpus
Fulgebat, timuiq́ deos, ne fortè uidendo
Arderent, raperentq́ priusquam uulnera nossem
Nostra, uel occultos incensi pectoris ignes.
Accedo, cupiensq́ grauis primordia morbi
Pandere, uix sicco uocem pulmone reuulsi.
Acris, inexpletum uultu indignante locuta,
Effugis, incessus docuit, nam uerba profundo
Insedere animo, & liquidis hæsere medullis.
Exiliunt lachrymæ, & miserum suspiria pectus
Flatibus assiduis tundunt, atq́ imbre repenti
Tu tandem (quæ sola potes) miserere, modumq́
Pone malis, si iusta peto, si cognita narro.
Daph. Quòd placuit mea forma uiris, quod torsit amantes
Dinumerare piget, placuit super omnia Phœbo.
Aureus ille comam nitido spectabilis arcu
Ingenio, citharaq́ potens, Ioue patre superbus,
Spretus & indignans abijt, stat conscia curui
Ripa senis memorantq́ patris sub gurgite nymphæ.
Tu quid habes quo posse putes hoc frangere saxum?
Stup. Quisquis amore uoles solido tranquillus, & alto
Pace frui, maiora fuge, & nimis alta caueto.
Illic contemptus, & iurgia mixta querelis,
Atraq́ perpetuis bacchantur nubila uentis.
Quinetiam uitare pares (licet obstrepat error
Publicus) admoneo, fidum tibi iunge minoris.
Pectus, ubi obsequium pernox, humilesq́ uicissim
Blanditiæ, dulcisq́ timor, res cognita paucis.
Alta petunt omnes, utinam mihi tale dedissem
Consilium: sed cogit amor, perq́ ardua uictum
Luctantemq́ rapit, victor fuit ille deorum:
Molliaq́ Herculeis aptauit pensa lacertis.
Tu cui libertas salua est, tibi consule Daphne
Daph. Consilium laudo: sed enim quæ prima petebam,
Prima taces, spes summa tuos quæ nutrit amores?
Stup. Prætereò quæcunq́ tribus mea pectora lustris
Ingenti siluere fide, gemitusq́ latentes,
Et uigiles noctes, & quæ fert plurima secum
Immitis dum sæuit amor, quæ fortè benigno
Iudice sint aliquid, tamen hæc periisse sinamus.
Sic erit: a tulerit tales mihi uita labores.
Debitus incautæ fuerit furor iste iuuentæ.
Haud tacuisse uelim, quod cum mea pauca putarem
Posse placere tibi, studui, si musica fortè
Ars mihi ferret opem, quod te sonus acq́ Camœnæ,
Non auri fulgor caperet, frustraq́ timebam
Hanc etiam tentasse uiam, raucumq́ uidebar
Nescio quid strepere, & donec mea carmina Faunos

Non

Non puduit, Dryades q́ pari celebrare fauore.
Sæpe quidem ramum uidi dulcedine tentas
Linquere, & attonitas in me spectare capellas,
Spernere apes cytisum, mutas æstate cicadas.
Lætabar, nec nata prius fiducia nostra est,
Quàm facer ille mihi, cane fidens, diceret Argus.
Daph. Et meritò, nanq́ ille fuit qui talia posset
Iure iubere suo, nosset qui talia solus.
At tu, si qua recens studium tibi contulit, effer.
Stup. Daphne nostra quies, noster labor, atq́ uoluptas,
Vnam ego te dominam, tq́ hostem affusus adoro:
Tu decus es nemorum, tu spes pastoribus ingens:
Te uates magniq́ duces, te Iuppiter altus
Diligit, ac iaculo refugit uiolare trisulco:
Quo fertur omne nemus: te quam pharetratus Apollo
Quam celebres arsere dei, nunc Stupeus ardet
Pastor inops, lentusq́ gregis contemptor opimi.
Diues erit, si pulchra uoces sua carmina daphne.
Daph. Plus aliquid quàm rebar eras, reuerentia nostri
Impedit, adde aliud, poteris fortasse placere.
Stu. Fortè die medio dum me meus urget amator
Syluæ amor, in syluas subitè uox contigit aures
Dulcior humana, stupui, leuis unda nitentes
Per pronum herboso uoluebat calle lapillos.
Prominet ipse locus, murmurq́ secutus aquarum,
Purpurea in ripa, lauriq́ uirentis ad umbram
Virgineam aspicio: cœlo plaudente choream
Plecto gradum propere. tunc una sonantior omni
Ex numero, si fata tuos hoc tramite gressus
Rara mouent, audi diuinos cernere uultus.
Hæc ait, & dextram tenuit, tremor omnis abibat:
Posse loqui incipio. quin uos mihi pareite diuæ.
Error amorq́ trahunt secta uestigia duræ
Heu mihi sparsa ferè. fugit illa meosq́ dolores
Nescit: ad hæc uirgo subridens, nouimus inquit
Omnia: Thessalidem sequeris per confraga daphnem.
Fabula iam pridem aonijs notissima lucis:
I cerius, lentescet enim, tamen accipe ramum
Hunc prius: & tenero frondosum polliee ramum
Decerpsit, cupidoq́ mihi porrexit, & ibis
Ibis ait, discesq́ nouem uidisse sorores,
Quas uulgus spectare nequit, quas nulla prophanis
Mens curis imbuta uidet: Si plura rogaris,
Dic uidisse, quibus ui bella mouere, dolisq́:
Quàm tutum, præceps docuit de turre Pyreneus,
Vóce uel ingenio picæ docuere loquaces.
Dic sacrò de monte uagas dic fontis ad undam
Quem pedis impulsu genitus ceruice Medusæ
Alatus perfodit equus, dic nexa canentes
Orbibus impáribus uario modulamine uocum
Cuncta nouem uariorq́ animorum ex ordine motus.
Quid famæ prædulcis amor uocisq́ leuamen,
Quid studium, ingenijq́ uigor, quid culta cerebri
Ora tenacis agat: post hæc quisnam impetus & quid
Iudicium ætherea, quæ nam discretio mentis.
Quid ue potes mulcere aures in fine fugaces
Huc Daphne, dic, uerte oculos regina canori
Hunc mihi prima chori ramum dedit arbore uulsum
Quem tibi monstrarem uolucrem iubet illa monetq́
Hemoniæ post signa fugæ consistere tandem
Ferrea sit, quamuis motam pietate uidebit.
Daph. Motaq́ sum sequere & collem properemus in illum.
Stup. Perge, labor nullus tecum iuga prendere olympi.
Daph. Scis quo colle se dea maiestas quanta locorum est?
Stup. Imperiosus apex dare circum iura uidetur
Collibus, & cœlo syluas despectat aperto.
Daph. Hue ego pastores memini uictricia sertis
Tempora, & arboreis spolijs ornata referre,
Curribus inuectos niueis delubra deorum,
Intereram iam læta uiren s: spectare iuuabat
Cum ductore greges captos, tristesq́ iuuencos,
Exuuiasq́ graues peregrinis montibus actas,
Et longos rerum strepitus, pompasq́ frementes.
Huc ab hyperboreis per uim custodibus aurum
Gryphibus ereptum, magnos peruenit in usus.
Huc Asiæ prædas, informi squalida tergo,
Huc quoq́ nutantes tulit Indica belua turres.
Quid te multa morer. quicquid nemus undiq́ pressis
Extulit uberibus, hoc est in monte coactum.
Hic iusti sedere patres, hic uiua iuuentus,
Hic castæ lusere nurus, hoc pastor in antro
Maximus insidijs periit, nec pulcher Adonis
Vulnificos euasit apros. sed tristia linquo,
Hoc ipsos est fama deos habitare cacumen,
Hoc caput est nemorum, domus hæc Iouis ampla tonantis.
Hic natum complexa suum Latona Sibyllæ
Agnita fatiloquæ pastori ostensa superbo est:
Hæc iuga magnanimus Scipionibus actus hybernis
(Sic creuit fortuna locis) tua cura subactis
Saltibus ex Libycis rediens puer ille reuisit.
Et secum rudis ille senex, post tempore multo
Cantantes uenere alij, quos dicere longum est:
Partheniasq́ tuus triplicis modulator auenæ.
Omnibus his uiridi frondebant tempora lauro.
Hic ego, dissimili quaqam subsidere sertum
Fronde tamen simili faciam tibi: porrige ramum
Quem sacrá. Castaliæ regnatrix tradidit almæ:
Illius hic, nostrumq́ simul tibi munus habeto.
Linque alias curas, & noster protinus esto.
Stup. Nunc uigilasse iuuat, dulce est meminisse laborum.

ÆGLOGA IIII.

DAEDALVS.

GALLVS ET TYRRHENVS.

TALE quis ingenium, tanti quit numeris usum.
Vt niueum compegit ebur, nerauosq́ loquentes
Dedidit ac numeros, dic ô Tyrrhene quis ille.
Dædalus an ne alius dextra successor & artis?
Tyr. Dædalus ipse fuit: nec falleris omine Galle
Artificum stupor æternus, quem docta potensq́
Miratur natura uirum: mihi maximus ille
Argutam dedit hanc citharam, plectrumq́ modosq́
Gal. Cuius amor meriti, cuius pulcherrima mercet?
Tyr. Nullus, nam si sponte meum quæsiuit amorem
Dignus

Dignus quem syluæ, quem grex, quem pastor adoret.
Gal. Qua tamen hæc regione tibi fors obuia uenit?
Tyr. Est nemus aërium trabibus quo frigida quernis
Summouet umbra diem, non illic aura, nec æstus,
Non gregis aut hominum uernos præmit ungula flores
Fontibus aduersis circum duo flumina surgunt,
Hoc secat Hetruscos, petit illo gurgite Romam:
Hic quasi uenturi præsagus, tristia mecum
Plurima uoluebam, flebam quoq́: uidit ab alto
Dædalus annosas inter considere fagos.
Accessit, citharamq́ ferens, puer accipe dixit,
Hac casus solare tuos, hac falle laborem.
Gal. Infelix ubi tunc aberam, fortasse fuisset
Hæc fortuna alij, citharam mihi Dædalus illam:
Nouit enim egregiè, atq́ interdum usus amare est.
Tyr. Hanc minimè, sed fortè aliam: nam millia multa
Ille habet, & largè partitur munera in omnes.
Galle, sed ante diu quàm præsens syluam uireret,
Hæc fuerat promissa mihi, nanq́ anxia partu
Mater, anhelanti Lucinam uoce rogabat,
Et mœsum ignarus lucis iam limen adibam.
Attulit ecce pium fors Dædalon, haud mora, mixto
Vagitu gemituq́ graui, concussus apertas
Substitit ante fores, deq́ obstitricibus uni
Si puer est citharam dabimus, si nata monile,
Dixerat ac speculum, subitoq́ euanuit, inde
Polliciti rediitq́ memor, fatoq́ beauit.
Gal. Vtilis inuidiæ species mutatio feruens
Incutiensq́ animo stimulos, Tyrrhene fatebor,
Ardeo nunc similem citharam, nisi forsitan ista
(Quod malim) caruisse uelis, sunt uellera nobis
Mollia sunt hœdi, pretium uel grande licebit
Ipse rei paruæ status, parebitur ultrò.
Tyr. Grande rei paruæ citharæ solatia nescis,
Rem magnam si nota uoces, fastidia mulcet,
Laxatos animos refouet, solatur amicos.
Gaudia restituit, pellit de pectore luctum:
Exiccat lachrymas, compescit flebile murmur:
Spem reuehit, frangitq́ metum: uultumq́ serenat.
Gal. Quid pretio maiore uetat uel magna pacisci?
Tyr. Non mihi setigeri quantum uix pascitur usquam.
Velligeriq́ gregis, ne dum leue uellus & hœdi:
Sit pretium citharæ, non si tibi gurgite lator
Ambiat Hermus agros: rutilis oblimet arenis
Quid mihi diuitiæ? quid rerum mutus aceruus?
Nostras cernis opes. hic est qua crebra rebellis
Prælia fortunæ. mundi prementia uincla
Pauperiemq́ leuo, rigidas hac sæpe per alpes
Perq́ nemus uacuum, perq́ atra silentia noctis
Fisus, eo: plaudunt uolucres, & concaua saxa
Interea tristes fugiunt per nubila curæ.
Gal. Laude sitim cumulat, fer opem, optatoq́ potiri
Te duce contingat, uiuam memor, emoriarq́.
Tyr. Sera animum quæ cura subit? breuis ecce iuuentæ?
Flos cecidit, tunc tempus erat, iam discere turpe est
Quod pulchrum didicisse foret. sic uoluitur ætas,
Omnia sic uoluit fugiens ac nescia freni.
Sorte tua contentus abi, citharamq́ relinque
Est quibus à teneris tractata suauiter annis
Poscitur auxilium, tu consulis, incipe rebus
Mecum, uerba alijs quos possunt uerba mouere.
Gal. Poscimus hanc auidè. toto nil pulchrius orbe est.
Tyr. Pulchra mouent oculos, sed prosunt acta fruenti.
In partesq́ uenit pudor atq́ modestia uoti,
Gal. O felix, ô chare deis Tyrrhene supernis.

AEGLOGA V. PIETAS

PASTORALIS.

MARTIVS, APITIVS, FESTINVS.

VID genitrix ueneranda dolet germane? quid illi
Accidit hoc dignum gemitu? quor fumúe recentes.
Mœsta pluit lachrymas, nec lumina nostra madescunt?
Api. Cuncta uorant anni uolucres: domat omnia tempus
Indomitum, cecidit matris fortuna decorq́:
Arenti uirens senio dat terga iuuentus.
Mar. Aspice quot circum stabiles urgentibus annis,
Et uirides cernuntur anus aliunde profectæ
Luctus, & offensi uenium suspiria cordis.
Quærere nos causas: satis q́ obstare repertis.
Suadet amor, pietasq́ iubet, meritumq́ reposcit
Altricis, partusq́ labor, fastidia, curæ.
Api. Vim nescit natura pati, licet omnia certent
Pectore ab aduerso, cunctas licet aduocet artes.
Humanum genus, & studio contendat inani:
Inuictum caput illa ferens contemnit habenas
Mar. Hæc propè dijs natura pares iubet esse parentes.
Api. Hæc eadem prohibet cursum præuertere uitæ.
Et rerum turbare uices, iuuenescere mater
Nostra nequit: uaria est pietas, de coniuge quisq́
Cogitet, & paruis studeat succurrere natis
Mar. De genitrice nihil? sed enim mihi maxima matris
Cura subest uiduæ, nil hac mihi charius usquam.
Api. Quis uetat esse pium? munus leue dulcia uerba
Hos humeros, has illa manus, hæc brachia nobis
Sola dedit, donisq́ suis ea sola fruatur.
Non comes esse sibi quascunq́ uocarit in horas
Abnuo, nec fragili baculo me ferre senectæ.
Mar. Dijs tibi consilium cœlo tribuere sereno:
Nunc pietas sua regna dedit, sua possidet arma,
Filius es, matri cui subueniamus egenti?
Api. Fare quid expectas? omnis mora torquet amantem.
Mar. Est domus ampla sibi, nemorosa condita colle,
Dudum magnanimi quam quodam tempore fratres,
Obsequijs coluêre pijs, tam cognita latè
Mater erat, saltus nimis inuidiosa per omnes,
Felix & partu, & syluestribus inclyta gazis,
Ac nemorum regina potens: mors inuidia natos
Præripuit miseræ, perierunt corpora fratrum.
Fama uiget, nos ludibrio dilata iuuentus
Spiramus, sed fama iacet, tenebrisq́ sepulta est,
Sub nobis mutata domus, fortuna tot annis
Incubumis nostros cecidit non passa furores.
Hæc matri reparanda domus. nil gratius illis:

Ni quos

Ni quos fata premunt, fractis consurgere bustis
Aspiceret natos, & tempora prisca reuerti.
Api. Vilia sunt hominum curarum millia mille:
Quisq; sibi sapiens. Vnde hæc tibi somnia frater?
Pellere pauperiem, labor est mortalibus ingens:
Cui nunquam speranda quies, nos sorte maligna
Viuere per syluas uix ulla possumus arte.
Et tecum germane loquor, nunc furta rapinis
Mixta iuuant, prædæ plenis ab ouilibus actæ
Tu noua tecta paras ruituræ attollere matri?
Non noua, sed ueterum turpes reparare ruinas.
Da frater, da chare manus: partemq; uirilem
Sponte subi, uincat pietas inuicta laborem.
Siccemus pariter lachrymas, & mœsta parentis
Pectora (ne tales doleat genuisse) leuemus.
Api. Cura superuacui pectus quatit, & cadit illa
Spes sobolis talis, quæ cuncta repleuerat arua:
Nec muris contenta suis, nec cespite paruo,
Ad paucos reditum, pascet nos auia baccis.
Arboreis, duplicisq; capax testudinis antrum.
Dum tonat excipiet, uentosq; arcebit & imbres.
Mater ubi alternis conuiuia festa diebus
Hic aget, atq; illic, geminoq; fruetur honore.
Mar. Coniugibus despecta quidem, & calcata superbis
Ac dominas habitura nurus, quin flectere tandem
Et monitus meliora uide, genitricis uterq;
Septa colat, limenq; pius uenerator adoret,
Quod sacri tetigere pedes, non aspera mando,
Dulce est annosæ iuuenem seruire parenti:
Non in uestibulo pudeat me mane uideri
Sollicitum, quid mandet anus, quin septa laremq;
Molimur solitas sedes, hinc iussa nepotes.
Accipiant, hic una domus, nec scissa potestas,
Nec fratrum diuisus honos, uitricia iunctos
Horrebit, uirtus gladio plus uera timetur.
Aggrediamur opus, quædam leuiora uidentur
Expertis genitrix animos si cernat amicos.
Ipsa aderit: nam pascit oues, pascitq; iuuencos.
Vnde istas cumulamus opes? ars fallere matrem.
Prima quidem pueris, fortunæ frustra uetustæ?
Præterea & terræ salis altum infodit aceruum.
Quem cupido quondam pecori blandita latenter
Miscuit, & sapidas aspergine reddidit herbas:
Iusuper & ueteres hortos, umbrosaq; tempe,
Saturniq; domos, & quæ possedimus ultrà,
Lydius ah nunc hospes habet uiolentus. ab alto
Monte cadit riuus, qui dum sua rura reuisit,
Impedit inualidam transuerso gurgite matrem,
Pons fuit hic manibus. sanctorum structus auorum,
Tempus in hoc solidus, tacitos quo tramite fures
Qui gregibus pestem, syluis suprema parabant
Repperit argutus nocturno tempore pastor:
Collaq; sic meritis fregit tua dextera pontem
Hunc (tibi nota loquor) timidas effudit in undas,
Dumq; nocere mihi properas, matriq;, tibiq;
Et gregibus, syluisq; noces, sed iurgia mitto:
Hic nostram modò poscit opem, sine crimine quamuis.
Non onerum partem tecum tolerare recuso.
Api. Compulit in facinus tua longum superbia uerum
Cymba breuis fluuio est habilis transire uolenti:
Rus breue trans fluuium superest, fortuna solutos
Augustat, finesq; locat quos fratribus olim
Tam breue pacatis quàm nos fumus, arcta priorum
Arcta extremorum confinia, at inter utrunq;
Laxarunt fua rura fenes, audacia lætos
Non stabiles habet euentus: en omnia demum
Ad primas rediere uias, forsq; improba gyro
Lusit in assiduo, quid quòd sine ponte manemus
Tutius in ripa? iam quantum ad cætera, ferùm est
Aedificare domos, sub tempus uelle sepulchri
Festi. Quid uano sermone leues consumitis horas,
Tertius ille minor quem uos calcare soletis
Syluas frater habet, iam fundamenta domorum
Sede locat patria, genitrix sibi rura gregemq;
Credidit, & nati gremio secura quiescit.
Parent cuncta sibi, curas agit ille seniles.
Ense puer stricto, laqueisq; sub arbore tensis,
Quis auium, furumq; pedes, & colla premantur.
Pinguibus arentes teneris q; ab ouilibus arcent
Fortia claustra lupos, tristis non murmurat ursus:
Sanguineus non sæuit aper: non sibilat anguis,
Non rapidi prædas agitant ex more leones,
Non aquilæ curuis circundant unguibus agnos.
Excelso prædulce canens sedet aggere custos:
Pascua tuta silent, audit iam littus utrunq;
Carmen, & extremum Calaber Ligurumq; recessus
Vndifragi, sectiq; tenens conuexa Pelori
Si uocem extulerit, Mauros turbabit & Indos.
Arctoasq; niues, Austriq; calentis arenas
Imperat is uobis linguam cohibere capellas
Ite domum, tondere inopes, negat alma q; mater
Partem uteri uos esse sui, suppostaq; iurat
Pignora falsa sibi, uallis te proxima misit
Apennigenæ qua prata uirentia syluæ
Spoletana metunt, armenta gregesq; proterui
Te longinqua dedit tellus, & pascua Rheni.
Mar. Nunc memini audieram ueteres narrare bubulcos.

AEGLOGA VI. PASTORVM PATHOS.

PAMPHILVS, MITIO.

VIS nemus omne uagis lacerandum præbuit hircis?
Quid syluæ meruere meæ? quas rore superno
Iuppiter, & riuis spumantibus horrida coniunx,
Impiger atq; olim purpus phaneus rigarunt?
Quæ rabies, furtim segetes dum carpit acerbas
Spes & opes turbauit agri? cui pulcher Hyberus
Delitiæ, nostrumq; decus sub tempus aratri
Non timuit prunas crepitantibus addere lauris.
Quis propè consumptus dextram nisi noster Apollo
Porgeret afflicto, montesq; efferret in altos?
Pastorum sors dura nimis, date frena capellis:
Indomitos cohibete greges, simul ubera multo
Lacte fluant semper, magicas non nouimus artes.

Et nunc iste ferox, lites & iurgia secum
Instruit, ac saxum & nodosa repagula gestans.
Quòd maledicta parat, poterit maledicta mereri
Ense perire suo, quòd fert reperire uenenum:
Blandiuijs tamen aggrediar. Quo Pamphile & unde?
Quos ue locos habitas? serum tua claustra reuisis.
Quid fremis? inq; graui quis feruet spiritus ore?
Pam. Furcifer hic Mitio? nec te durissima sontem
Sorbet adhuc tellus? iam iam mirabile nullum est,
Si nemus & messes, atq; omnia uersa retrorsum
Spem lusere meam, cui proh custodia culti
Credita ruris erat, cui grex pascendus in herba.
Intempestiuis perierunt mortibus agni:
Defessi periere boues, hirciq; supersunt:
Immundiq; sues, quos luxus & ocia tendunt,
Turba nociua satis, nullaq; lege per agros
Spargitur insultans, uirgultaq; dentibus urit:
Iam montes infecit odor, nostramq; quietem.
Mi. Haud inopina quidem patior conuitia, dudum
Singula nam tacito tractans sub pectore mecum
Vaticinatus eram, iam turbidus ille redibit,
Nec serui tergo, nec amicæ parcere famæ
Doctus, nec rigida pietatem admittere fronte.
Pamphile, quàm facilè est alienam carpere uitam,
Quàm durum seruare suam. te fortè magistro
Senior haud gregibus mors ac lupus ingruat albis,
Necquicquam baculoq; minax uultuq; uenires.
Nil tibi tristis hyems, quanquam cessura rigori
Illa tuo, nil uer dubium, nil morbidus Auster,
Nil tibi de proprio uiolenta remitteret æstas.
Non uolucres segeti, non mitibus umbra racemis,
Non caper arboribus non bucula parceret herbis.
Pam. Non'ne ego pastor eram, dum trux turpissime rerũ
Nereus, aduerso pascens in uertice tauros,
Transuersum deiecit humi? & pecus omne parabat
Vtrapere? obluctor donec uiolentior ille
Exuit hirsutam tumicam, nudumq; reliquit?
Mi. Quid potius tractare uelim? quot tempore paruo
Tunc nostri cecidere greges? est sanguine uallis
Pinguis adhuc. cæcis raptum congesta cauernis
Ossa iacent, horrore ferit locus ille tuentes.
Non tibi, non alijs licuit mandare macello
Membra boum sparsere lupi, sparsere leones:
Dij tibi sint hostes, at non iacuère magistri:
Non rauci siluere canes, quod sæua sinebat
Extremum fortuna fuit, spoliare cadentes.
Et nitentes urbi dominoq; remittere pelles.
Tu mihi quid seruas nisi cornua dempta iuuencis?
Mi. Seruo aurum, teneris quod compensauimus agnis.
Seruo habiles cyathos, & agresti urgere labellum
Subere non dignor, rudium misereq; parentum.
Adde quòd ars duce me multum pastoria creuit:
Discolor en talos Tyrrheno ex more cothurnus
Circumit: effulgens obnubit tempora iaspis.
Candida Sydonio ter murice uellera tinxi,
Et magnos peperi pro munere lactis amicos.
Sponsa nitet gemmis, collumq; monilibus ambit:
Et mecum fusca secura recumbit in umbra
Non glacie niuibusq; rigens, nec solibus usta,
Qualis erat tua turpis anus, dum rura teneres.
Regia si spectes, non nostra uidebitur uxor.
Tum passim herbosis luduni in uallibus hœdi:
Inq; uolutabris segnes innata uoluptas
Conglomerat uersatq; sues, non humida pastor
Fortior antra subit: sedeo iaceoq; supinus,
Multa canens quæ dictat amor, nec crastina curans.
Commissiq; gregis ludos & prælia cerno.
Tu querulus tristisq; mane, tu dente canino,
Qua rabies tulerit, semper mordere paratus.
Pam. Ergo impune tuum nostris cum sentibus antrum
Iungis, ut indignos habitus tibi præferat uror
Rebus onusta suis, ut tu meliore cubili
Membra loces, somnumq; animo uigilante fugacem
Excipias oculis, & turbida uisa fatigent?
Concilient ut uasa sitim: causasq; timendi
Inueniant, & forma domus & chara supplex?
Heu labor insanus precio cumulare periclum.
Heu furor extremus maptæ parere furenti
Turpis adulteria, & thalami tot probra pudendi
Dissimulare potes, nempe hi quos fingis amicos
Coniugis incestæ, facilem rapuêre pudorem:
Insidias parant etiam tibi, lumina tolle
Immodico depressa mero: lupus instat ouili
Antraq; peruigiles circumsiant ditia fures,
Mi. Furibus est mecum contractum sanguine porrò
Fœdus, & inferni descriptum regis in ara,
Inuisum superis sacrum fortasse profundis
Acceptum sed iure deis, quibus ære litatum est.
Non ego, ieiune confringant pinguia tygres
Septa licet, totoq; fremens ruat æthere grando:
Amentisq; satisq; necem ferat aerior annus
Pauper ero, tantum scrobibus commissimus atris.
Pam. Tolle ferrum scelerare sacrum, quod Iupiter & Sol
Erubuit, potuitq; iubar sed acerba relatu.
Præterea qui pastor eras, per littora gazas
Conuehis, & neutrum perages fœliciter, aude
Linquere iam syluas, urbesq; uidere remotas.
Pandere uela nothis, timidas tentare procellas
Vxor enim ignotis iam pridem, in collibus errat.
Et patrium limen, thalamumq; egressa pudicum
Illa sequetur ouans, meretrix famosaq; porcos
Secum agit ardentes, & olentes turpiter hircos.
Herba peregrinæ quibus est iam grata paludis?
Mi. Quid pater obscuris animos ambagibus imples?
Longaq; nunc seris? quid litibus ocia frangis?
Desine iam mœstis alacres incessere uerbis.
Die age, die breuiter quicquid fert impetus & mens.
Pam. Es meritus post uincla crucem, post uerbera ferrum,
Supplicium breue, quin potius sine fine dolores
Carceris æterni, uel si quid tristius usquam est.
Mi. Serue infide, fugax, dominoq; ingrate benigno.
Surde senex gestare crucem, tollerare catenas
Si nescis, sors ipsa tua est uulgata per omnes
Fabula iam saltus, Nerei terrore superbi
Destituisse gregem, medio nisi tristis Apollo
Sistere calle gradum non uertere terga iuberet.
Cætera nam fileo, domino quàm fidus in arctis
Casibus, ut possint desertæ ignoscere caulæ.
Pam. Et fugi & redeam: timui pastoris iniqui
Verbera nulla: metum facilem damnauerat ætas.

Flumine mox laui maculas,pallorq́; receſsit
Mi. Quæ tibi cauſa fugæ? cur clauſtra quieta relinquis?
Cur longinqua ſequens, quercus contemnis auitas?
Quo claues ueſane rapis? quin obice,rerum
Tantarum ſi cura premit,per mœnia ſaltu
Errantes cogentur oues ſub tecta reuerti:
Iam mihi magna placent,inopis non ſemper ouilis
Seruus ero,dulcem cantando nactus amicam,
Formoſus fieri ſtudeo:ſolemq́; peroſus,
Antra umbroſa colo,frontemq́; manusq́; recenti
Fonte lauans,ſpeculũ Corydon Bizantius iſtud,
Quo mihi complaceo dono dedit,omnia nouit
Et patitur coniunx,quoniam ſua multa uiciſsim
Dura fero. Vos ignotas iactetis amicas
Ne mea perpetuis foueat complexibus Epy.
Pam. Infamis mulier,multisq́; infauſta maritis
Te foueat demens,prior Epycus ille prophanos
Lapſus in amplexus,cecinit per rura per urbes
Quam coniunx generoſa ſibi,prior ipſe puellam
Nactus ad irriguos ſecum traduxerat ortus,
Ludibrioq́; habitus,uiuens moriensq́; iacentem
Exedêre canes,& perminxêre ſepulchrum.
Lætior aut alijs poſt hunc,ſed adultera forſan,
Fida tibi fruere,& ſpeculum Cordonis habeto
Aeternum gemat ille miſer,paſtoribus aulæ
Qui primus mala dona dedit,formoſus haberi
Dum petis,& capiti circumdans ſerta niuoſo,
Ignotum tot pondus auis,dum floribus antrum,
Dumq́; pedes debitè roſis ſylueſtribus ornas:
Omnia depereant,quando impia ſydera cœlo
Impia ſors terris ſuperant,intercidat una
Cura gregis,rurisq́; labor,ſtudiumq́; peculi:
Mi. Succedet mihi fortè aliquis,nec longius hinc iam
(Augurio niſi fallor)abeſt:qui triſtis inersq́;,
Mitia præduris excuſat facta repulſis:
Aluernasq́; ferat Romana in paſcua ſordes
Pam. Quem talem niſi te genitum fortaſſè minaris?
En tua tota fides,en laudum ſumma tuarum,
Peiorem ſi terra parit,tunc optimus ipſe:
Inq́; nocens Mitio ſic crimen crimine purgas:
Viue latè,gaude uitij maioris ad umbram.
Mi. Lætus agam,moriarq́; dolens,tu triſtis utrunq́;
Neſcio quid confuſa tibi tua ſomnia ſeruent.
Pam. Par fuerat meminiſſe,quibus bonus ille periclis
Iſta parauit herus,laniatum uepribus aſpris
Vidimus,heu quanti miſerans armenta redemit
Perdita,ſublimi ueniens mercator olympo.
Quàm tenuis uictus,quàm nulla ſuperbia uerum
Ruris habet dominum,tu luxuriaris in aruis
Illius,ipſe ſuam ſitiens ac ſobrius aula eſt.
Mi. Immemor ille ſui,& uerum fateamur,auarus
Perdere pauca timet,cum poſsit perdere multa.
Impiger horrendis paſtores uocibus implet:
Hinc didiciſſe potes,ſemperq́; in fontibus ægras
Merſat oues,tondere iubens ne uellera lappæ
Intricent:prohibens ipſis à ſæpibus hircos,
Oſtentatq́; rubos,itidem ſterilesq́; mirycas
Paſcua dura feris:famulos macieq́; geluq́;
Conficit,ac tolerare famem ſomnumq́; ſitimq́;
Edocet,adiungitq́; minas,atq́; intonat ore.
Dulcia cuncta uetat,iubet aſpera,culta cauebis,
Auia luſtrabis,montes ſuperabis iniquos,
Et pedibus nudis tribulos calcabis acutos.
Moribus his hominũ quiſquam de ſanguine natum
Vixerit,aut raros illi miretur amicos?
Contrà ego me memini domino ſeruire potenti
Perdere magnificum multis placuiſſe decorum:
Vis ubi nulla premit,quit tot conſumet ariſtas?
Quod pecus aſsiduo peraget tot gramina morſu?
Laſciuos errare greges,hircosq́; procaces
Coniugio gaudere ſinas,ſimul ipſe iocabor
Dum mea me coniunx,dum me mea ſuſcipit Epy
Pam. Vos ueſtros ſeruate,meos mihi linquite mores.
Infœlix ſic noſcis herum,dum tutus in umbra
Stare putas,aderit præuertens gaudia luctu:
Mi. En uerbis terrere paras,præſentia fortes
Deſpiciunt,timidos etiam diſtantia terrent.

AEGLOGA VII. GREX INFECTVS AC SVFFECTVS.

MITIO, EPY.

DVLCIOR his ſyluis & gramine dulcior arui:
Gratior his antris,& gratior amne ſonoro
Huc modò dum ſolus, ades mea nobilis Epy
Epy. Nulla dies Mitio noſtros abrumpat amores,
Nulla dies gremio caput hoc diſiungat amato,
Vltrò aſſum,ſemperq́; adero,nec ſponte reuellat.
Mi. O mea(nam dulce eſt animum exonerare loquendo)
Quid mihi nunc ſtomachi reris? præcordia quantum
Fœlix habet ſparſit? mordax modò Pamphilus acri
Perculit incautum penitus pupugitúe querela
Multa minax abſentis heri,ſub fine fauorem
Obtulit intrepido,fortem fortiſsima contra
Frons ſtetit hæc,chara comes tot dulcia mecum,
Tot lætos partita dies,partire quod inſtat:
Ne pigeat,numeremus oues,numeremus & hircos.
Seu grauis iſte redit,ſeu forſitan ille tremendus,
Vera licet fictis prætexere crimina uerbis,
Stet modò frons eadem,contemptaq́; formula fandi.
Epy. Lanigerum quodcunq́; pecus ſeruare ſolebas,
Mors rapuit,uel morbus habet,per gramina ripæ
Paſcitur alterius quicquid ſupereſſe dedit ſors.
Febris iners,ſcabiesq́; tenax,uiolentaq́; tuſsis.
Iam uacuos populantur agros,premit horrida ſudor
Mucidus,& rigidi configunt tergora dumi.
Tutius abfuerint ne furtim læta pererret
Mœſta lues capita,& ſerpens per ouilia peſtis.
Mi. Cætera noſſe datur,refer hunc tua lumina tantum
Epy. Perge meum culmen, mea ſpes, mea tota uoluptas.
Ille procul fuluo quem cernis ludere tergo,
Vertice conſpicuum,ſetis cui diſcolor albis
Barba,genas mentumq́; tegit,per paſcua latè
Noſcitur immitis,frondisq́; petulcus & herbæ.
Hunc etiam cupidæ metuunt perferre capellæ,

Sic duras tenerasq́; tegit,ſic pondere toto
Irruit,incumbens miſeris:Veneremq́; nec ullam
Reſpuit,haud propriæ ſit ſegnior inde maritæ.
Quæ paribus ſignata notis,& concolor illi eſt.
Ipſe quidem luxu immodico laſſatus,& annis
Iam ſenuit,ſed dura ferro recalensq́; ſenectus.
Ille procax parili totus licet ardeat æſtu,
Viribus aut paribus fruitur,tamen omnia turbat
Septa furens:nullasq́; ſinit dormire quietas
Somnifera ſub nocte capras.ſed ouilia circum
Huc animus non ſanguis agit,dumq́; aſpera prenſat
Colla,parum ſtabiles fregiſſe per oſcula dentes
Cernitur,& uocis paulatim perdidit uſum.
Quem quotiens uideo,ſubitus quatit illa riſus,
Vt fragiles dumeta petit:crebrosq́; hymenæos,
Et uenerem geminis ardentem naribus omni
Tempore ſuſpirans,inamœnum ſpargit odorem.
Tertius ille autem diſtortis cornibus atra
Luxuria efferuens,teneris malè temperat hœdis
His multum debere memor grex ipſe fatetur.
Horum nanq́; licet circum præſepia natos
Enumerare leuas atq́; agmina multa nepotum.
Ille piger ſenio torpet,tamen integer olim
Ludere clam ſolitasq́; uides nec ſpernere frondes.
Nunc iacet &,cœlum ſpectat,fremit arduus ille
Proceris gaudens per ſyluam inſiſtere ramis:
Permeat hic ualles,longinquaq́; rura peragrat.
Eſurit illa rubos,fulgentibus imminet undis:
Nec tota ſatiando Tago ſitis arida feruet.
Ille ferox animi eſt,& torua fronte minatur.
Ecce duo obnixis,qui ſeſe cornibus urgent.
Sæpe graues ſyluis olim exciuere tumultus,
Nunc multa grauiora parant,atq́; omnia turbant.
Ecce duo morbo impliciti,niger iſte quieſcit,
Candidus ille ſilet,ſcabiem fricat ille uetuſtam.
Ille quidem toto quem cernis ab agmine ſolum,
Natura generoſus erat,ſed non ſua tondens
Gramina,ſollicito tacitus terit auia greſſu.
Huic hoſtis genaroſus item, ſed fractior æuo
Contigerat:mors alterius certamen utrinq́;
Concluſit,non ille uadum torrentis aquoſi,
Nec iuga ſaxoſi timuiſſet carpere montis.
Dux gregis ille fuit,dum noſtra relinquimus ultrò
Paſcua,primus iter rapidum per lubrica flexit,
Hortatus ſocios, mox cætera turba ſecuta eſt.
Vnde diu lætos uacui deduximus annos.
Mi. Quid non longa rapit ſeclis fugientibus ætas.
Decreuit grex ecce ſitu,quæ culpa,quis error
Immortale homini nihil eſt,moriemur & ipſi.
Ludere conſilium,nec cunctis temporis horam.
Perdere ſegnitiæ,curasq́; repellere inanes.
Niſi forſan tibi nunc aliud dilecta uidetur.
Epy. Prorſus idem,quid enim reſtet,quæ meta malorum
Ambiguum,licet ille grauis promiſſa minasq́;
Iudicis inculcet,res pendet,ludere præſtat
Interea & primam morti ſubducere partem.
Quam ſapiens(ſileo) ſemper tibi fida profectò
Hortatrix,atq́; una fui,præſentibus uti
Et gaudere bonis,fato mandare futura.
Blanditijs profugam aſſiduis reuocare iuuentam,
Et retinere manu,properantæ obſtare ſenectæ.
Sed ſi tangit amor pecoris,muliebribus aurem
Conſilijs aduerte tuam,niſi fortè pudori eſt.
Mi. Dic mea,dic requies thalami,dic gloria noſtri.
Epy. Hos tibi fæcundæ matres peperêre,quid heres?
Sanguine in externo: ueteri noua cornua ſerto
Floribus ex noſtris ornabimus,ipſa latentem
Pamphilus haud noſcat fraudem,nec degener iſtis
Sanguis ineſt, humilisq́; gregis ueſtigia ſeruant.
Linquitur hic luxu,non pinguia pabula deſint,
Coniugiumq́; frequens,implebit ouilia ſolus.
Errantes ſtudet ille ſenis tranſcendere curſu,
Et facit,ille gregem longè pòſt terga reliquit.
Aſpicis hunc timidum:meditatur prendere truncos
Mordicus,& uacuas cornu iam uerberat auras
Mitior hunc uultu ſequitur,mihi crede,ſed ille eſt
Sæuus,& hirſuto multùm truculentior apro.
Me ſpectante parem,ſpoliauit coniuge nuper,
Et potitur camuris nunc naribus,ac pede torto,
Illum inopem pauidumq́; procul per ſaxa fugauit,
Hi turpes rerum indocti latitare uidentur.
Sed ſine conſueſcant,diſcent tot multa magiſtris
Hiduo. quid reris,fatales dulcibus uuis,
Iam pingues muſtoq́; graues,hos pelle reuulſa
Perſolues,læſo uenient triaterica Baccho.
En tibi par aliud,ratio famuletur amori,
Dignum laude licet blandis prope lenius agnis
En quoq́; par longè uarium pratum ille modeſtò
Dente metit,ramos patulo uorat alter hiatu,
Teq́; tuumq́; gregem rauca qui uoce fatiget:
Meq́; fugare locis informi murmure poſsit.
Spumens ac frendens,tonſoq́; ſimillimus urſo.
Hos tibi Romulei miſerunt gramina ſaltus.
Cætera de noſtris ueniunt tibi gaudia lucis.
Hinc alij atq́; alij accreſcent,ſors bona fauebit.
Mi. O pecudum decus eximium,reginaq́; ſyluæ
Perge,agè iunge greges,& cornua flore rubenti
His quoq́; circunda,grex eſſe uidebitur unus.
Hunc tamen oblita es,numeris aſcribe merentem.
Epy. Inuiſa regione ſatum quem florea uallis
Pauerit,& noſtri ſpretorum miſerit arui.
Pellicis imperio premimur,moribundus & unus
Introeat,ſpaciumq́; breuis non explicat anni.
Mi. Iram frange precor,nil unquam tale iubebo,
Iam tranquilla redi. quoniam res magna peracta eſt:
Pamphilus ut redeat,tuſtas licet arte querelas
Abſtulimus,tacitam mœſtus ſibi ſorbeat iram.
Epy. Multa quidem curis dedimus,iamq́; hora quietis
Nos uocat,accelera,glacies premat hiſpida colles
Bracchia nos nexi,molli iaceamus in ulua.

AEGLOGA VIII. DIVORTIVM.

GANYMEDES, AMYCLAS.

QVO fugis? expecta, liceat condiscere causas
Dissidij, tu nostra puer (nisi fallor) amabas
Pascua, quò pastos abigis cum matribus agnos.
Ingrate, atq; oblite mei rerumq; mearum.
Amy. Parce parens damnare tuum, puer ipse, fateris
Hâc paui regione gregem, tibi lætior annis
Tunc animus fuerat, nunc intractabilis, asper.
Me quoq; uiuendo patientia prima reliquit.
Gan. Consilium solet esse senum, iuuenumq; uoluptas:
Tu mihi deliras senior, tum uallis amator,
Vnius deserta uagus nunc auia tentas.
Amy. Propositũ mutat sapiens, at stultus inhæret:
Res, tempus, fortuna, locus, firmata sequentur.
Consilia alternant, macie turpiq; ueterno
Terga pecus confecta gerit: squalentia sentes
Vellera dilacerant: quid agam? nec pocula fontis
Tuta, nec herbarum morsus, succiq; salubres.
Ipse aër suspecta mihi suspiria reddit.
Quin iustam permitte fugam, & miserere coacti,
Nam potes, ecce etenim ueni ad tua gramina pauper,
Pauperiorq; domum redeo. non lacte nec hœdis
Auctior, inuidia & solis iam ditior annis.
Adde supercilij pondus, quod non grauis æquet
Aethna iugis, non Ossa rigens, non altus Olympus.
Id prius æquanimis tuleram, indignatior ætas
Est senium, rugæq;, animos in uerba ministrant.
Triste senex seruus, sit libera nostra senectus.
Serua iuuenta retrò est, seruilem libera uitam
Mors claudit, memor usq; mei subsiste ualeq;:
Me fatum tentare meum sine pascua circum.
Gany. En animi seruum memoris, sic omnia uetus
Abstulit, has mereor, grates, hæc præmia reddis?
Vt nil præstiterim, multum licet impar, amaui.
Amy. Verba quidem uerbis, res rebus, purus amori
Sed solus debetur amor, gratusq; memorq;
Sum, quia te semper, postquam mihi notus, amaui.
Et dum uita comes, si quid mihi credis, amabo.
Gan. Quò properas igitur? quæ te magis allicit ora?
Vnanimes quæ causa repens disiungit amicos?
Perdit enim serui nomen cui libera mens est.
Ami. Aspice fatigero tangentem uertice mõtem
Nubila, tum grauida fontes tellure erepantes:
Vnde ruens pelagis confunditur unda quaternis:
Aspice præruptum scopulis extantibus altè
Ire sub astra iugum, lapis ille imperuius olim:
Punicus asperso donec sibi pastor aceto
Fecit & igne uiam, nostris pastoribus ingens
Diluuium stragemq; ferens, hoc forte per æstum,
Solus ego ac sitiens, nuper sub colle uagabar.
Gallias erranti sese comitemq; ducemq;
Obtulit, & uiuas digito direxit ad undas.
Prægredior, uallesq; nouas, & pinguia latè
Rura noto, sed sæpe oculos in terga reflectens
Iam latus hoc sordere mihi, iam turbidus æther
Cœpit ad occasum, iam sydera mœsta uideri,
Agnosco ualidum patriæ reuocantis amorem.
Illic & uiolæ melius per roscida pallent,
Per dumeta rosæ melius redolentq; rubentq;
Purior ac patrius illic mihi prata pererrat
Riuus, & Ausoniæ sapor est iam dulcior herbæ.
Gan. Spreta fides igitur comitum tam certa piorũ,
Cum quibus & niueas laqueis, uiscoq; columbas,
Gaudebas damasq; plagis tentare fugaces,
Cum quibus & capræ soles, umbrasq; leonis,
Et tauri flores, & adultæ uirginis uuas
Carpere, uel fando cunctantem impellere noctem,
Vel longum breuiare diem sermone iocisq;
Et requie molli. durum condire laborem
Ami. Nil spretum nisi sylua ferox, pastorq; proteruus
Et gignens aconita solum, & mœstissimus auster:
Et plumbo infectos latices, & turbine tortus
Puluis, & umbra nocens, & grandinis ira sonore.
Gan. An prius ista tibi tam longum ignota per æuum?
Ami. Nota prius fateor, tenuit me pestifer usus
Luctantem, me uester amor, me forma puellæ
Blandior illecebris, sed iam cum tempore sensim.
Omnia mutantur, studium iuuenile senectæ
Displicet, & uariant curæ uariante capillo.
Gan. Hic uulgo iam notus eras, nec charior alter
Vel mihi uel socijs, syluis errabis in illis
Et mecum mansisse uoles, cupiensq; reuerti
Ami. Nil penitus non esse potest, fortuna gubernat
Res hominum, ualet illa pijs obsistere cœptis.
Illa fauere malis, at si præsagia quicquam
Nostra ferunt certi, leuis est ad prima recursus
Principia, huc genitor profugus me ruris auiti
Finibus infantem rapuit, ripaq; palustri
Exposuit miserum, atq; abijt. per quatuor inde
Seruio lustra tibi, nulla est iniuria, iustus
Libertatis amor, patrij quoq; cura sepulchri est
Tempestiua seni, iam tandem absiste precari
Atq; iterum pater alme uale, dextramq; relaxa,
Gany. Ah miser, & merita quis te cum laude canentem
Audiet? aut leui describet carmina lauro?
Amy. Expectando quidem fessus, raucusq; canẽdo
Attuleram, uereor uocis fastidia nostræ.
Fors alijs placiturus eo, non una per omnes
Est hominis fortuna dies, nunc mane quietum
Turbida lux sequitur, nunc matutina serenus
Nubila uesper agit, sic tempestatibus atris
Tutus adest portus, sic littora puppe tenentes
Tempestas inopina ferit, spes, terror, ubiq;
Iuxta habitant, fortuna uaga est, & protinus inter
Quãuis pressa manus, ceu lubricus effluit anguis
Nil habet ista magis tua nunc opulentia certi,
Quàm mea paupertas, ubi pluris signa fauoris
Et minus est fidei, sed iam me Gallias audi.
Sollicitat damnatq; moras, & Phœbus Hyberum
Vergit ad Oceanum, montem uix occupat altum.
Balatu moueor pecoris, nec candida dulci
Mugitu in geminas cessat reuocare iuuenca,
Ire

Ire libet, liceat, nusquam sunt carmina tanti.
Gany. Men' iuuenẽ pauisse domi, & finxisse docendo
Vt doctum noua sylua senem nouus hospes haberet
Sic labor agricolis longus, breuis inde uoluptas
Arua domant alij, sic fessus nauta quietis
Inuehit ancipiti deiatas æquore merces.
Nosco meum sydus, alijs utenda paraui.
Fatum agnosco tuum, primis non pauper ab annis,
Pauper eris senior, pauper morieris Amycla
I tamen, ipse meis (quando hoc immobile uotum est)
Te sine (quod nollem) iam solus pascar aceruis
Ipse per æstatem mediam uel colle uirenti
Valle uel umbrosa, nitidiq; in margine fontis.
Solus Apollinea modulans sub fronde sedebo.
Lanigerumq; gregẽ pascam, & loca florea circum
Mellificas imitabor apes, te diues habebit
Sylua, sed urentes turbabunt ocia curæ.

AEGLOGA, IX. QVERVLVS.

PHILOGEVS THEOPHILVS.

HEV laceræ fragmenta domus: heu sydus agello
Triste meo. quid nociui nunc stirpibus imbres,
Quid pecori studium, segeti quid lenior auræ?
Aut soles ualuere pij? sors aspera ruris
Semper, & immenso tenuis foruna paratu.
Agricola infelix, ubi cornua tollens
Floriger annus adest, circum sua gaudia fertur,
Rastra manu uersans rigida, scabrosq; ligones.
Vrget in arua boues, sulcosq; annixus inhæret,
Inserit hic ramos, herbas hinc ungue nocentes
Vellit & utilibus lolium secernit auenis.
Hic fodit, & ripam bellis brumalibus armat:
Inde leues prono diuertit tramite riuos.
Nil uel inexpertum linquens, uel segniter idem
Expertus, sed cuncta nimis, tum nubila ab austro
Suspicit, & secum pluuias incusat inertes.
Tranquillosq; die operi uentosq; fauentes
Inuocat, ac cœlum precibus uotisq; fatigat.
Heu misero, postquam sudore exhaustus anhelo,
Spes cernit florere suas, iamq; horrea laxat.
Ecce furens sata culta truci uertigine nymbus
Obruit & longos anni breuis hora labores
Vna necat pereuntq; seni sua somnia fesso
Adde repentinam rabiem torrentis iniqui.
Adde peregrinas uolucres, populantia campum
Agmina, tectorum lapsus, incendia, fures.
Adde grauem morbos nebulam, mortesq; parantem,
Innumerosq; gregis casus, hominumq; ruinas.
Qualia nunc fleuimus mœsti, & uix flere relictum est,
Hora metus mortis quoniam trepidantia claudit.
Heu heu quo me cura tulit? quo cæcus habendi
Traxit amor? poteram uulgò quod tutius artes,
Quot rerum tentare uias? cur ultima lecta est
Paupertate labor mixtus, semperq; malignam
Scalpere tellurem, querulasq; audire cicadas?
The. Quid gemis? aut quæ nã usq; adeò fortuna molesta est?
Phi. Quid gemis? heu mea rura uides? fonte ecce laborum
Atq; operum spes ecce meæ, quid uiuere longum
Fert homini? nec desinimus nocitura precari.
Quæ modò dumiuagis fuerant angusta capellis
Antra uacant, raræq; procul languentis oberrant
Relliquiæ armenti, quas mors uiolenta per orbem
Spargit, & insequitur, non æquoris obice uasti.
Non cœli terræq; situ, non deniq; totis
Caucaseis arcenda iugis, sic omnia uictrix
Proterit, & latos depascitur ordine saltus.
Exemplis caritura quidem tenuere nepotum
Vix habitura fidem, superant si forte nepotes,
Nec fidem, modo fata parant, imponere rebus
The. Nosse mali causas, ingens solet esse leuamen:
Discute, si nosti, quæ tantæ pestis origo?
Phi. Multa Dei cœlant hominẽ, non omnia seruus
Clausa uidet domini, cum sit mortalis uterq;
Quæ tamen in syluis crebrescat fabula dicam.
Cerne sinus pelagi geminos quos maxima frãgunt
Flumina, & aduerso dirimentia gurgite terras:
Hunc hirsuta premit glacies, & bruma perennis
Asperat, horrificoq; infestant murmure tygres.
Illum blanda rosis non arescentibus æstas
Temperat, & uirides feruntur per plana uolucres.
Hos alio prius orta sinus afflauerat orbe,
Hinc nostris translata lues, nunc regnat in aruis
The. Quo mare tã facili trãsiuit ad æthera saltu?
Phi. Illuc heu cupidi, stimulat sua quemq; libido
Peruenit pars una gregis, succosq; ueneni,
Et diras gustauit aquas, atq; inde reuertens,
Mox peritura cohors late contagia fudit,
Pastorem pastor, pecudem pecus inficit ægra,
Spirat enim sanie inclusam pulmonis adusti,
Ad latus, infaustis aspirant flatibus Euri.
Intereunt iumenta, boues, duriq; bubulci
Graminaq; & segetes, uacuis moribundus aristis
Imminet, & culmum componit messor inanem.
Nec morbi modus ullus adest, uelocibus alis
Mors uolat, externos frustra glomeramus odores.
His etiam sua pestis inest, quid demoror omnes
Occidimus, nisi fata mina placata remittunt.
Quanquã quid reliqui est miseris? iã falce recurua
Vltima rura metunt, Graia qua uectus ab ora
Marmoreoq; nouam designans limite syluam:
Inclyta magnificus posuit confinia pastor
The. Falleris ah demens, nam iusta & merentes
Pastores ferit Dei, populumq; rebellem
Effugite ô cæci, securaq; poscite regna.
Phi. Nec mora tuta quidem, nec iam fuga tutior usquam:
Obuia mors peruertit enim, & quocunq; mouerem
Mille parat medio laqueos, & retia calle.
Accipe consilium properè, cunctatio nanq;
Lenta fuit semper subitis inimica periclis.
Huc huc uolue oculos, hæc est uia recta, sine ullis
Insidijs, prædura quidem calcataq; paucis,
Sed super aërios arctato tramite colles
Perferat, & sistat fessum in regione quieta.

 Illic

Illic uita habitat, læua sed olentis auerni
Sulphureis stant stagna uadis, ibi lurida mortis
Signa uides, atroq; polum nigrescere fumo.
Hos euade lacus, dextrum mihi prende cacumen.
Phi. Enitar, tu me sequere, & miserere iuuando,
Quin prior, interdum attollens & porrige dextram.
The. Vltimus ac primus adero, pellamq; trahamq;
Tu modò, nec labor officiat, tibi solus adesto.

AEGLOGA X. LAVREA OCCIDENS.

SOCRATES, SYLVANVS.

VID Syluane doles? tantæ quæ causa querelæ?
Syl. Heu Socrates quem uix rerum fortuna ruinæ
Dura sinit nostræ: nescis dulcissime nescis
Quid quærar? & quà iusta mihi sit causa querelæ.
So. Auguror, expecto, sed rem cumulatius ex te
Fare miser misero, non aspernabere luctus
Participem comitemq;, ioci quem lætus habebas.
Syl. Nescis præuaidi rumpunt ut uerba dolores,
Quid me chare iubes fari? pastoria nunquid
Materia est lugere Deas? tamen accipe quantum
Singultus lachrymæq; sinunt. Fuit alta remotis
Sylua locis, qua se diuersis montibus æcli
Sorga nitens Rhodano, pallensq; Ruentia miscet.
Hic mihi quo fueram Tusco translatus ab Arno.
Sic hominum res fata rotant, fuit aridulum rus
Dum colui indigni, atq; operi succesit egestas.
Id reputans auertor, enim piguitq; laborum,
Pertæsumq; inopis studij tandemq; relinquens
Arua inarata, uagus syluis spaciabar apricis.
Verum inter scopulos nodosaq; robora quercus,
Creuerat ad ripam fluuij pulcherrima Laurus.
Huc rapior, dulcisq; semel postquã attigit umbra,
Omnis in hanc uertor, cessit mea prima uoluptas.
Rusticus ardor erat, sed erat gratissimus ardor,
Ille mihi insueto, qui me mortalia prorsus
Oblitum, immemoremq; mei meminisse iubebat
Hanc unam, curasq; & totũ huc uoluere tempus.
Sic ruris desertus honos, & quicquid in ensem
Præcipitat, pars parta animi, pulsiq; tumultus
Has ego delitias & opes hæc regna putaui.
So. Perge, quis interea neglecti uultus agelli?
Syl. Nec noui, nec nosse uelim, mihi laurea curæ
Sola fuit, sed iam Socrates ignosce, gemendum est.
So. Imò age perge precor, pariter lachrymabimus ambo,
Et pietas communis enim, & iactura doloq;.
Syl. Laurea culta mihi, nec me situs asper & horrens
Arcuit incepto, proprijs nec uiribus ausus
Externos uolui consultor adire colonos.
Nec longæ tenuere uiæ, nec tempus iniquum
Ac durum tardauit opus, uulgata tenebam
Aserei consulta senis, tamen altius ire
Mens erat, ac uarijs artem solidare magistris.
Dux mihi nullus erat, nisi amor, feruorq; uidendi
Primum iter in Latium, qua pulcher Mincius undã
Formoso de patre oriens, interluit aruã:
Hic Venetum celsis extantem monilibus unum
Pastorem agricolam, bellatoremq; uicissim
Conspiciens: dextræ modulantem in uertice ripæ
Accedo, & breuibus personor plurima uerbis,
Iussus ab hoc Asiam, Graiasq; inuisere terras.
Vix Athesim attigeram, patrij qua limina montis
Deserit, & lærus fugiens ampleclitur agros.
Ecce Veronei per prata uirentia Martis
Ire duos uideo, canit hic, legit ille salubre
Herbarum genus, & pecori bonus applicat agro.
Progredior, calidusq; Aponus, gelidusq; Timauus
Iam spatijs æquis aberant, dum pernigil alas
Intempestiuum quatiens domnoq; molestum,
Perstrepuit læuo uillæ de culmine gallus:
Mox baculo excussus, mœstum cantoribus omen
Præbuit, hinc nullo resonantia littora cantu,
Procurusq; sinus tacitus sequor, obuia tandem
Rura sonora animum, uocemq;, & uerba dedêre.
Lætior illa lego Smyrnam sub fine uiarum
Peruentum cœcumq; senem, sed multa uidentem
Conuenio, isq; Italo missum ut cognouit ab orbe,
Prosiluit, dextramq; dedit, nemorumq; profundo
Accubitu, & fusca fessum statione recepit,
Attonitumq; manu penetralibus intulit umbris.
Figo oculos, & cuncta libens, & singula circum
Visa noto, cupidusq; fruor sermone senili
Insolitus, Dij qualem hominem! quid diuite cœlo
Subtrahitis terræ rarum breue munus egentis?
Hunc magni circum comites lætissima turba
Stabant, iuxta autem cunctis sublimior unus
Cui grege de toto supremus cesserat hircus,
Fortunas casusq; ducum, regumq; canebat.
Nec casum tamen ille suum, sortemq; repostam
Nec tristes in terga canes instare uidebat
Regibus attonso flendus post fata capillo.
Iuxta alter senio infractus inuenilitèr alta
Voce canẽs, furere hinc dictus, sed uoce furorem
Diluit, & falso quæsiuit crimine laudem.
Sacra sacerdotes canit hic, ille arma tubasq;.
Inde Deum fauor, inde uirum, per Lesbia captum
Rura lupum, saluumq; gregem, iaculoq; lyraq;
Fretus, & hinc clarus factis, hinc cantibus alter,
Altera sollicitij laqueos cantabat amoris
Docta puella, choris doctorum immixta uirorum.
Cynnameus roseo calamus cui semper ab ore
Pendulus, & dulces mulcebant astra querelæ.
Hanc choris latè cantata Bacchide notus,
Hanc clarius charam suspirans carmine Lyden,
Et quem Cyrenis genitum dedit Africa Nilo,
Hanc Thenis Samio pastor stupet igne liquescens.
Nec minus hanc nostriq; procul mirantur amantes
Voce omnes humili, & querula simul impare cãtu.
Pone senex pueri in gremio, uix mole soporis
Lumina pressa mouens, lenibat cantibus auras
Mox soluit uictus, cesserunt carmina somno,
Argutum Dircæa palus amsit holorem.
Vidi Sidonio pastorem rure profectum:

Annua quem morbi uis extinctura diebus
Angeret alternum natalibus ultima, donec
Vna animam, doctosq; modos abrumperet hora.
Vnum ibi Cecropij contemptum ingramine saltus
Ingenio rectum, claudum pede, uoce calenti,
Spartanos in bella canes accendere uidi.
Vnum uoce parem, summis per littora longe
Solum, qui populo leges & iura dedisset.
Iamq; senex musis operam daret urbe relicta,
Vidi aquilam calui circumuolitare sedentis
Ore caput, pleno simul illum lumina campo
Defixum, immota meditantem carmina fronte
Vidi expectatum ut caneret dulcedine multos
Obriguisse senem, uocemq; in faucibus imis
Arctatam, Musas animam rapuisse putares.
Sic cubito incumbens, similisq; erat ore canenti,
Fistula pallenti pendebat muta labello.
Hunc alius musis qui pastor amicior almis
Sed minus acceptus syluis & uictor ut arte
Iudicio sic uictus erat: de more solebat
Victorem ridere suum, quòd iudicis æqui
Carmen inops, quòd fama uagis incertior auris.
Vidi qui fixas raperet spes, adderet iras,
Cogeret ad certam flammanti carmine mortem.
Vidi alium syluis pulsum, mox carmine dulci,
Extinxisse odium: quid enim uim carminis æquet?
Temnere opes tanti causam pretiumq; laboris.
Vidi aliquos artesq; bonas celebrare, sed inter
Hos fuit ampla sacrilegæ hac qui iura parentis:
Stringeret, hoc meritò doctas laudaret Athenas.
Vidi qui mulctræ assiduus numeroq; superbus,
Lacte premens fragilem fiscellam rumperet acri,
Qui noua mactatis oneraret plaustra iuuencis,
Qui sole terga boum terret laniata rigenti:
Et qui sparsa sedens pastorum furta notaret,
Biblida qui uetito cantaret amore furentem,
Qui caneret Solem ac Lunam, stellantiaq; arua
Scinderet, & uolucri cœlum signaret aratro.
Qui uiuos plectro lapides aptaret ouili,
Colle sub Aonio funesta ad pabula ripæ.
Quiq; palestrita, & pictor, primoq; sub æuo
Cantor, ad extremum curforq;, aucepsq; fuisset.
Quiq; illi fesso tandem, & dormire paranti
Exleuibus calamis puluinar strauit amœnum:
Quiq; truces cantu solitus mulcere leones,
Iustitia & cithara insignis, uenerabilis annis.
Incola syluarum primus quem Thracia uidit.
Aëream dulci Rhodopen dum uoce moueret,
Præcipitem fidibus blandis dum fligeret Hebrum:
Huic duo per montes auritaq; rura canenti
Perpetui comites, dextræ Germanus inhæret,
Filius ac leuæ, tegit illum linea ueste
Iste sacer Musis plenum de fonte reposcit
Atq; pium cratera patri porrigebat anhelo
Deniq; Graiorum latebras, & siæq; uireta,
Hebraicaq; graues & carmine trita minaci
Gramina Iordanis, peregrinaq; nomina lustrans,
Mollia rura Arabum, satis indignæ, ditia mellis,
Affixusq; oculis animoq; intentus ubiq;
Vidi alios, atq; inde alios, non omnia passim
Visa sequor, uidi Sicula regione creatum
Ac socios quibus horridulum cantare uoluptas
Prima gregem latebris & minas uitare leonum.
Quiq; alios supra tenet ortum à carmine nomen
Quiq; gregẽ calida gelidus male pauit in Aethna.
Qui docet Ephesios, Tyrios qui rumpere campos.
Docto ac altisono diuulsus ab agmine tandem
Flector, ibi unum omnes nemorum quem turpis habebat
Angulus, & tenui ridebant pascua nutu.
Nudus, ut ille iugis macidum raucumq; canendo
Indignum magni prædonis retulit aurum
Sed quid agor? aut patrijs quorsum peregrinor ab aruis
Doctior inde domum fesso, dum remige portu
Brundusij egresso iuuenis placidissimus alto
Occurrens, trepidam porrexit ab aggere dextram,
Maternumq; ostendit auum per rura iacentis
Apuliæ, Calabrumq; nemus sub ualle Galesi.
Ingenio agricolam nulla tamen arte colentem
Pana uirum uideo, nec secum multa locutus
Eminus, Aruncæq; ducem populumq; saluto
Moris aratores ueteris, quaq; Ausidus, æquor
Fertur in Hadriacum, patrio sub sole perustum
Libertum, dominoq; lira gregibusq; placentem
Alloquor, inde alius gelidi, Sulmonis alumnus
Multa iocans, longamq; aciem per opaca latentum
Ostendens, digito, fuscos aperire recessus
Tentauit frustra, ullus densissima nubes
Texerat ambiguos, dubium uix murmur ad aures
Aura tulit, quantum in nobis obliuia possunt!
Vnus in hoc numero gaudens se condere uiuo
Fonte, Deus numerum fluuiorum arsisse puellas,
Aequoreosq; alius memorabit carmine nostro
Insuetum cecinisse deos, aliusq; uicissim
Montanum imparibus carmen uariabat auenis:
Hinc procul & Latio, & Musis charissimus Afris.
Fluctiuagosq; alius numerans sub gurgite pisces.
Aurea plectra apio cinctus uiridante monebat.
Hinc alius rutilumq; crocum & candentia carpẽs
Lilia, tum uarios iungebat in ordine flores.
Multa libens sileo, sed iam mihi nota tenenti
Longa breui stringens aderat suspiria cantu,
Paupertas quem tuta iuuet, quem Delius ardor.
Callus amans alius reflinctam carmine flammam,
Plens quasi supplicium, properataq; tempora fati
Accensamq; alius dubium Romanus an Vmber?
Vmber erat, uariæq; minax & blandus amicæ
Notior inde alius fluuiali occurrit Aquino,
Turbidus aspectu, & ruralibus horridus armis.
Arpinati alius sylua, cui pauper amictus,
Victus inops ac difficilis, sed læta canenti
Frons erat, & nullo uitæ turbata labore.
Protinus hinc geminæ tangebat sydera quercus,
Vnde salus pecori bis contigit, altera dextræ
Altera laus linguæ, magnos breuis herba iuuencos
Fecerat, una duos contexerat umbra Gigantes:
Hinc quoq; uidi alium Campano carmina fastu
Implentem, & multum gracili sub uoce placẽtem.
Sic uenerabundus dominantis limina Romæ
Ingredior, stupor hic tremulam suppressit auenam.
Pilt inter tristesq; tubas, strepitumq; rotarum.

At ſtudio rerum Latia dum demoror urbe,
Fortè procul tenuem dubia uix aure ſuſurrum
Grandæui ſenis excipio, doceorq́ paternis
Hunc primum cecinisse modis, audentior alter
Poſterior q́ humili quamuis de ſtirpe parentum
Ortus, & Adriacum iuſſus migrare Piſarum
Poſthabuit, quem tunc horrebant undiq́ colles.
Agreſtem ſummo imperio præponere Muſam.
Non ueritus, faciliq́ hederæ ſubmittere lauros.
Hic alienigenam ſeruum quem carcer honeſtus
Fecerat ingenuum, multaq́ ornauerat arte
Audiui cantare hominum mores q́ dolos q́,
Atq́ metus curas q́ ſenum, & iuuenilia furta,
Lenonum q́ artes, iam tempore murmuris Afri
Oblitum, atq́ Italo texentem pectine carmen.
Hic cui religio ſyluestris, & inclyta rerum
Copia & ignoti nihil usquam, ut priſca ferebat
Fama, ſed Auſonides carmen cum uellere fuluo
Qui canit Alcidem, qui Theſea, quiq́ cruentis
Fratribus in campum adductis ad mollia caſtra
Transfugit occultus, blandum Cupidinis agmen.
Reliquias qui Troia tuas & fruſtra legebat
Mæonio neglecta ſeni, qui prole decori
Coniugio memori ſtudioſum ornauerat uſum
Qui menſas ueruq́ gregem laceraret edacem
Et qui laudatæ caneret conuitia gentis
Partior hunc nono paſcebat caſeus anno
Hunc tu ades dextræ rigidam geſtare ſecurim,
Ornantem officij genero ſo gutture pompam
Hunc grauitas illum cenſura ſeuerior offert.
Hinc tenaũ uinclo profugos qui nexuit annos
Secula: Pierio niſus cohibere furore.
Pennatas Muſas, qui martia traxit ad arma
Punica dum latio ferueret in orbe procella.
Indixit qui bella feris, ſuaſq́ tumultu
Miſcuit, apta uagis cudens uenatibus arma.
Tramite qui largo Troianum Anthenora colles
Duxit ad Euganeos, necnon comitante marito
Bis raptam feſsis Helenam qui reddidit Argis,
Phyllida qui querula, Pheacum qui uoce Latina
Luxuriem mores q́ canit: quiq́ Hectora ſupra
Ilion, euerſumq́ Troiam q́ à ſtirpe reuulſam.
Quiq́ nurum dotemq́ Ioui conuexit opimam:
Linquo ſenem qui diſcipulum per prata ſonorum
Heſperiamq́ tubam doctò conflauerat ore.
Linquo uirum fortem poſita qui caſside mœſtus,
Sed iuſſus plenus q́ iræ ſaliebat honeſtæ.
Vnde alium domini uidi meruiſſe fauorem.
Vidi qui totiens libuiſſet ferrea blando
Pectora molliret cantu, lachrymas q́ moueret.
Hic quoq́ (nam memini) miſerum ſolabar amantem,
Amentem q́ magis, cui uis erat ampla canoræ
Vocis, & ingenij magnus ſub pectore torrens.
Eſt amor exitio paſtorum, publica peſtis.
Blandit ubi immitem peperit furor ille furorem,
Fortè oculos, auidum q́ animum, ſeptena per antra
Nobilibus famoſa iugis, & opaca mouenti
Collis: ubi Arcadiæ celeberrima carmina Nymphæ
Arte patrum curas fugi tiuaq́ uerba ligarat
Monſtratur, cœlos q́ uirens in uertice laurus
Admonuit noſtræ, & dulcem renouauit amorem.
Tum frondoſa ingens ramis altiſſima fagus,
Optatam q́ gregis ac ductoribus umbram
Fundebat, uolucrum ſedes apitiſſima nidis:
Aſsiduum q́ ſonans uario q́ exercita cantu,
Atq́ hic multa iubens è ſede uerendus acerna.
Formoſus q́ Gigas, lucum omne fronte ſerena,
Et paſtorali uis maieſtate regebat.
Ocia ni deſint, nulli usquam uoce ſecundus.
Dulciter ille quidem, quanquam rauceſcere curis
Muſa ſolet, ſed rara canens, frontes q́ canentum
Exornans niueis uittis, & fronde perenni.
Ille ubi paſtoris properatum funus amati
Fleuit, inexplicitum carmen mandaſſe duobus
Fertur, & anguſta limam ſub lege dediſſe.
Iuſſo alacres inſiare operi, rerum q́ ſuarum
Immemores, aliena manu tractare magiſtra?
Conſpiceres, laudem q́ alij ſibi uelle laborem.
Tres nemorum dominos, & eadem ceſpite muſis
Intentos, gregibus q́ ſimul ſpectare decorum
Dulce fuit, quorum unus iter cantabat acuta
Voce ſuum, niger ille oculos geſtu q́ uenuſto
Paſtorum pauor, ac ſtimulus: contrà ille ſecundus
Totus amor placida doctus nil fronte negaret
Tertius impexis æſtus, & frigora, & imbres
Aſſuetus perferre comis, qui multa uidendo
Omnes ambierat ſyluas, cygnæa q́ ſerum
Carmina iam properans uicina morte canebat
Longè ibi trans fluuium Regum inter buſta ſeorſum
Vnus erat rutilus diuini ruris arator,
Qui pinguem ſcabro ſulcabat uomere campum:
Huic comes, hinc prudens, hinc ſedulus alter aranti
Certabant rigido, glebas conuellere raſtro
Terra ferax, feſſiq́ boues, & laurea nuſquam,
Nuſquam, hederæ aut myrtus, uiridis nam gloria ſerti
Non ſtudium muſæ fragilis uox, area ſacro
Fonte recens, atq́ alta domus, tum pinea latè
Sylua uirens dulces q́ oleæ gremiq́ decorum
Clara fouens roſeo puerum ſiat limine uirgo.
Hic matrona fuit hortis quæ lecta remotis
Vimineis calathis, templo aurea poma ſacrauit
Mira loquar ſupra q́ fidem, ſed carmina uidi:
Hic hominis, pariter q́ aquilæ, bouis atq́ leonis
Hiſpanum noſtra modulantem uoce iuuencum,
Procedo iam ruris opes uiſurus Hetruſci
His mihi tunc terris iuuenis fuit obuius altis
Cultor agri rigidus, patriæ q́ in mœnibus alter
Lenior, ad ſterilem uerſando expertus arenam
Cuncta dehinc inculta iacent, aduerſa ſed inter
Imus ad Hiſpanos cultus, eſt Corduba teſtis
Ciuis & alta canens ad ſolem uertice nudo
Nil patrij ſermonis habens: nil frontis Hyberæ
Teſtis & emerita eſt & Bilbilis, atq́ uadoſis
Gadibus ora tepens noctem quæ ſera diem q́
Vltima ſurgentem ſolem uidet atq́ cadentem.
Hinc ego Burdegalam repetens, in littore cerno
Aequor ubi ambiguum refluo ferit amne garunna
Multiloquum magnum q́ ſenem, quem templa uaſati
Nominis Auſonij dederant, urbanior inde
Vnus aquis ubi feſſus Aiax languentibus exit

Occupat eloquio, notus procul ille Lariſſæ
Notus apud Thebas, ſed enim Tyberina latine
Docti omnes per rura loqui, tuq́ inclyta Narbo
Carmina piſcoſo referens accepta Benaco
Sum nimius, ſed uiſa trahunt, ignoſce tenent q́
Dulcia poſtremo tuguri uix limina parui,
Orbe peragrato, & laurum, mea regna, reuiſi.
Soc. Vndiq́ conuectis ornans reor artibus illam.
Syl. Longus ero ſi cuncta ſequar, ſic illa parentis
Naturæ, & noſtro fuerat ſufflata fauore:
Vineq́ Dodonam, nec Cretam Iuppiter illi,
Nec Venus Italiã, aut Amathũ Eurotaq́ Dianæ
Nec Delon Cirram q́ ſuam præferret Apollo.
Ille quidem aſſiduo repeto uolucresq́ ſagittas,
Atq́ arcũ pharetram q́ agilem, citharam q́ ſolebat
Illuc ferre ſuam, ramoq́ aptare uirenti.
Neſcio quid fateor, Socrates tamen omnia noſti
Diuinum ramis inerat per gramina circum
Ludere Amadryades paſſi, Nymphas q́ uideres
Hanc ſuperũ rapido dũ fulmine Rex quatit orbẽ
Liqueret intactam, ſolio ueneratus ab alto
Romuleam uidi ſobolem pubem q́ ſuperbam
Imperio, & trabes ſacras hinc carpere frondes.
Vidi hominum genus argutum, doctum q́ canendi
Eſſe ſub hac cupidè & rariſsima texere ſerta
Ipſe ego (quid longus, quid non ualet improbus uſus?)
Edidici uariare modos, ac multa per herbam,
Sed non magna canens, demum me frondibus iiſdem
Exorno, celſos poteram nec prendere ramos,
Ni ſublatum humeris tenuiſſet maximus Argus.
Hinc mihi primus honor dulcis labor ocia læta,
Paſtorum q́ fauor multus, colles q́ per omnes,
Illicet ignoſci incipio, digito q́ notari.
Laurea cognomen tribuit mihi laurea famam,
Laurea diuitias, fueram qui pauper in aruis.
Diues eram in ſyluis, nec me felicior alter:
Sed lætum fortuna oculo conſpexit iniquo.
Fortè aberam, ſyluas q́ ieram ſpectare uetuſtas,
Peſtifer hinc Eurus, hinc humidus irruit Auſter.
Aceratis latè arboribus mea gaudia Laurum
Exirpant, frangunt q́ truces, terraq́ cauernis,
Brachia ramorum, frondes q́ tulêre comantes.
Hei mihi, quo nunc feſſus eam? quibus anxia umbris
Recreer? aut ubi iam ſenior noua carmina cantem?
Illic notus eram, quo nunc uagus orbe requiram?
Quæ me terra capit? potes ad tua damna reuerti
Infelix, ſparſaq́ ſolo conquirere frondes,
Et laceros ramos, & iam ſine cortice truncum.
Amplecti, lachrymis q́ arentia membra rigare.
Ibis, an ignotas fugies moriturus in oras?
Infauſtum uiuax q́ caput dulciſſima rerum
Spes abijt, quid uita manens inuiſa fruenti?
Quid fragilis lentus q́ dolor præcordia uerſat?
Soc. Pertimui longæq́ aliud te flere putaui.
Syl. Heu heu, paruæ igitur flendi tibi cauſa uidetur?
Soc. Nulla quidem potius, lachrymoſis parce querelis
Eſt dolor uſq́ loquax, laurum non Eurus & Auſter
Sed ſuperi rapuêre ſacram, & felicibus aruis
Inſeruêre Dei, pars corticis illa caduci
Oppetijt, pars radices uiuacior egit
Elyſios q́ nouo fœcundat germine campos
Vidimus his oculis ſuperos ſyluane uerendos
Leniter auulſam meliori in parte locantes.
Syl. Vidiſti? an mœſto ſolamen fingis amico?
Soc. Vidi equidem & comperta loquor ueſtigia ſupplex
Conſequere, atq́ precare aditum, uerbis q́ caueto
Inuidiam conflare Deis, quod honeſtius, opta
Tranſire in terras, ubi nunc tua gloria uiuit.
Syl. Dij faciant precor ecce humilis, ſemper q́ precabor.

AEGLOGA XI. GA.

LATABA.

NIOBE, PVSCA ET FVLGIDA.

DVC ſoror ad tumulum gelidiq́ ad ſaxa ſepulchri
Quid lachrymis alimenta petis Germana quid optas.
Nio. Eſt gemitus magni ſolamen grande doloris,
Afflictam q́ animam releuant ſuſpiria quæſtus,
Enecat artatus mentem dolor, optima mœſti
Pectoris eſt medicina palàm lugere. fuiſſet
Idem animus ſemper, nunquam præcordia torpor
Verteret in ſilicem, nocuit tacuiſſe dolenti.
Mitto autem, cupidam modò duc ubi copia flendi.
Ful. Carpe iter hac qua nodoſis impexa capiſtris,
Colla boum, crebra q́ canum ſub limine paruo
Videris excubias, giluoſq́ ad clauſtra moloſſos,
Ille locus tua damna tegit, iam q́ aſpice contra
Hic Galateæ ſita eſt, qua nil natura creauit
Pulchrius in terris, niſi nos amor uſq́ fefellit,
Depone hic quodcunq́ premit, complectere buſtum.
Oſcula fer ſaxis, umbræ dic uerba ſilenti.
Nio. Heu nimis arcta domus, tanto domus arcta dolori.
Hæc ſedes Galateæ tibi eſt? quam fulgere cernens
Sol ſtupuit paſſuſq́ parem, paſſuſq́ ſubinde
Maiorem attonitus ſerum ſeſe abdidit undis
Hæc ſedes Galateæ tibi tuos ſydera cœlo
Statis in occiduo, ludis themone Poëtæ:
Iuppiter ore poli luſtras, conuexa ſereno.
Is gelidus cum falce ſenex, armatus orion.
Luna uices peragis ſolitas, uolucer q́ deorum,
Interpres, nomen q́ Venus poſitura uiciſſim.
Hic pallens Galateæ iaces, iam terra cimiſq́.
Iam nihil ætherea niſi forſitan ſpiritus arce
Viuit, & inde uidet flentes tranquillus amicas.
Nil mihi reſpondes, animæ pars altera noſtræ?
Optima pars eadem, dextras adhibete precanti.
Si qua fides mundo eſt, pietas ſeu priſca ſuperſtes.
Heu lapidem infeſtum qua nunc ſoror arte reuoluam,
Irruam in amplexus, figam oſcula dulce cadauer.
Hoc referam moribunda ſinu, fotum q́ ſacellis
Inferam, & arcanis durum penetralibus addam,
Addam perpetuos celebret quos mundus honores,
Virgineos addam cœtus, ritus q́ uerendos
Et ſua ſacra deæ, nec fax, nec carmina deerunt:
Fœmineas longè late q́ ſonantia laudes.
Heu mihi prædurum lapidem, graue pondus iners q́

Deficio sub fasce soror, nitensq; fatisco.
Fus. Surge soror surge, sacrumq; cadauere corpus
Commaculare caue, placeant præsentia, frustra
Præteritum expectes, tuta est obliuio amanti.
Nempe hesterna dies ulla nequit arte reuerti,
Mors adimit curas, mors omnia uincla resoluit.
Iam satis est fletum, nostros mors fregit amores
Nio. Fregisseq; utinã nostros mors æqua labores
Sperauí, propè nam steterat, miseramq; fefellit
Viuo sed infœlix, & luctus seruor in omnes.
Fus. Parcus an læuo tristis tibi Pulgida calle
Aduenit, & tacita castigat fronte querelas.
Ful. Quid miseræ cæcæq; animi mortalia fletis
Tam gra uiter? quid flet Niobe? quin incipe uitam
Scire pati, quamcunq; dedit fors dura, dabitq;
Et me torquet amor, desiderioq; meorum
Permoueor, sed quid faciás? arma irrita calces
Aduersus stimulum, melior patientia pressis,
Multa tibi facit ipse animus leuiora ferendo.
Quid gemitus? moritura fuit Galathæa, dcinceps
Immortalis erit, proprio tabescere damno
Non amor, alterius sortem lugere secundam
Inuidia est, quantum nobis decesserit omnes
Scimus, & ingrato quantum decesserit orbi.
Sed ferimus, uos desinite, ac meliora tenentem
Suscipite, & cœlum terris optate relictis.
Fus. Fabula, quis alis cœlum terrestria, prendet?
Ful. Aethereis, sic terra suum, sic astra reposcunt.
Fus. Credulitas uulgata quidẽ, nos certa probamus.
Fus. Fusca locis imis habitas, nõ summa tenemus
Et cœli terræq; situm speculamus ab alto.
Nio. Ambages ueteres, & inenodabile uerum
Mittite & integram uenturis tradite litem.
Fulgida quin potius (Musas nam noscis agrestes)
Dic titulum busto, relegat quem serior ætas
Ful. Hic liquit Galathæa suũ pulcherrima corpus
Libera iamq; polos, & regia tecta tonantis,
Ipsa quidem superũq; choros mensasq; frequentat:
Mors roseos artus, mors candida colla genasq;
Sydereosq; oculos tetigit, uultusq; serenos
Obscuro dimersit humo, mortalia quisquam
Diligat, aut speret stabiles hic figere plantas?
Quid genus aut probitas? quid opes? quid forma? quid ætas
Quidue decens cultus? quid gloria nominis ingens?
Omnia contigeram, manus abstulit omnia mortis.
Nio. Nuda domũ repetens è carcere fugit amato,
Nuda quidem minimè, quam gloria ueste amictus
Clarior assidue longisq; recentior annis
Hanc quæcunq; sibi uultuq;, animoq; per æuum,
Aut cantu aut sermone placens, cupiensq; placare
Deferet ante oculos, hanc nos dum spiritus iste
Artubus hærebit miseris, & uiuere coget.
Hãc uel apud manes nebulosaq; flumina Læthes,
Exemplarq; pudicitiæ formamq; decoris
Corde sub hoc semper memori pietate feremus:
Tum nostro Galathæa tuum de pectore nomen
Exibit, fugient proprijs, dum sedibus astra
Mellis apes studium linquent, nidosq; columbæ
Coniugium turtur, prædam lupus, arbustaq; capræ,
Custodita dolos mulier, mendacia serus.

AEGLOGA XII. CONFLICTATIO.

MVLTIVOLVS, VOLVCER.

QVAE noua fers Volucer, quis nam stupor, unde uehis te?
Vol. Arduus in tenero pingues per gramine tauros,
Et molles pascebat ues, Panma, ximus olim
Pastorum, & sylua latè celeberri mus omni:
Fausula quem complexa simul mulcente fouebat,
Viderat hunc crassa, gelidaq; sub ilicis umbra:
Articus armipotens, secumq; hæc turbidus ira:
Huncine perpetua gaudentem pace uidebo?
Securoq; sinam resupinum sternere somno?
Si satis hanc noui, dextramq; erexit in altum,
Excutiam madida cerebri de sede soporem.
Dixit, & omne fretum, refugasq; exterruit undas,
Horridaq; extremis uox est audita Britannis.
At sonitu ingenti penitus torpere fugato,
Pan caput absulerat, gremioq; innixus amicæ.
Multa prius secum frendens, ac multa uoluntas.
Vnde, ait, ista tibi tam insulsa superbia demens?
Vnde furor? nescis uires stolidissime nostras
Spernis opum cumulos, spectatos spernis amicos,
Experiere quidem, ferum tentasse dolebis.
Fidus auaritiæ nunquam continget amicus
Ille refert, ac diuitiæ sunt præmia belli:
His ne putes tardare minis, incendis & urges,
Desine, nec uentos, nec turgida uerba timemus.
Est animus, sunt arma mihi, dubijsq; probatum
Pectus amicorum, sunt qui tibi terga iubente
Me feriant, dextrumq; premant latus atq; sinistrum:
Ipse genas, frontemq; manu, baculoq; retundam
Non tibi par animus, non est manus apta duello.
Pan timuit, flentes q; oculos, hic aspicis atq; hic.
Intonsis instare ferox pastoribus agmen.
Sustulit horrificam uocem qua flumina & agri,
Et mare uicinum infremuit colles q; remoti.
Ac procul aëriam clamor peruenit ad alpem,
Vndiq; conueniunt, & qui per frigida tempe
Herbiuagos aluere greges, armentaq; belli
Grata deo, & qui lanificæ dilecta Mineruæ,
Et qui frondipetas nemoroso monte capellas,
Glandilegosq; sues, & amantes prata iuuencos.
Turba ingens unoq; omnes in gurgite tandem
Sordidulum lauare pecus, quæ rura secanti
Dux Italus fluuio dedit aurea cingere templa.
Tot deerant alimenta uiris, nisi Pana uirilẽ
Fausula sollicitum curarum parte leuasse.
Nam grege de magno, decimum largissima quẽq;,
Obtulit, atq; famem sedauit pinguibus hœdis.
Ah meretrix obliqua tuens ait Articus illi,
Immemorem sponsi cupidus quã mungis adulter,
Hæc tua tota fides, sic sic aliena ministras
Erubuit nihil ausa palàm, nisi mollia pacis.
Verba, sed assuetis noctem complexibus egit.

Et tã

Et tacitam submisit opem mulieribus ardens
Atq; imbuta odijs occultans ruminat iras,
Et gelido stat flamma meu, iam brachia uteq;
Pastor ad ambigui certaminis orsa parabat.
Iam studijs aduersæ acies, iamq; arma fremebant,
Quæq; suos uocat ore deos, hæc mœnia Troiæ
Arcturumq; canit, pugilum canit illa labores
Monstriferumq; refert Carolum tum iurgia labe,
Iactantur, tota uolitant conuitia cœlo.
Pan fraudes pensiq; nihil, fandiq; pijq;
Nota quòd infamis testetur fabulæ caudæ,
Obijcit, exilijq; locos, & inhospita tesqua:
Hostibus humani generis linguæq; trementis,
Barbariem, & rauco crepitantia uerba palato.
Ille autem, tibi uerba placent, mihi facta relinque,
Et tamen expediam nodosa uolumina linguæ
Et loquar: ecce aliquid, faciet res ipsa disertum.
Te ne tegis digitos? periuria, furta rapinas,
Nouimus oppressos homines, eluía deorum
Numina, quæ dignas tandem me uindice pœnas
Exposcunt, orantq; preces, lachrymæq; perorant.
Quas anus infelix mœrer, miserabilis, expes,
Pollicitis decepta tuis noctesq; dies q;,
Fundit, & ingratum queritur deserta nepotem.
Serua canum, tu prima quidem, tu summa malorum
Causa, nega? scelerum semper tu perfidus autor,
Induis arma frement, eadem mox abijcis arma.
Illa gemit, furdumq; uocat, non irrita iusto,
Spes ubi nulla tui est, mittens suspiria cœlo!
Mater, & ipsa dolens rogitat, miseræq; sorori,
Increpitant te poscit opem, fratres q; superbo
Affusi, mœstiq; greges, sylvaeq; precantur.
Quem non mouissent? sed inexorabilis unus,
Durus, inhumanus, ferus, horrens, despicis omnes,
Quid tamen officio retrahit nisi pectoris ardor
Impius, & fului sitis importuna metalli?
Scilicet attonitus fulgenti incumbit aceruo,
Hinc stupor ille oculis, hinc illa obliuio menti
Cœlestium, atq; animæ, sed quem tibi crimina finem
Promittunt? audi, nam sæpe illustria multum,
Multum animos exempla mouent in flumine Tusco.
Pastor auarus erat, quem par sitis impulit æqui
Fœderis oblitum patrios transcendere saltus,
Occidit is meritò grauis at contagia culpæ,
Inmeritum parili traxerunt turbine natum.
Infaustumq; gregem innumeris texère sagittis,
Nunquid si fidei, uel si memor ille decoris
Partius aut sitiens, tanta cum strage suorum
Assiriae gustasset opes, auriq; saporem.
Articus hæc torrens motus Pantalia contra,
Si uacat exemplis tempus dare sæuus eorum
Pastor ad Euphratem fuerat, cui sanguine fuso,
Esset inhumanum sitienti horrenda uoluptas.
Ille ferox similisq; tui confinia raris
Sæuitia stimulante pari, dum despicit ampli,
Incustoditos uiduæ transcendit in agros,
Incautumq; neci natum dedit anxia mater.
Omnem continuit fixa sub mente dolorem
Euomitq; simul pastor temerarius ictu,
Fœminei mucronis obit truncusq; gelato
Non aurum bibit orenitens, sed pocula Martis,
Concretam saniem, & tepidum de cæde cruorem.
Ergo agè, quando pares exempli Articus insit,
Brachia tentemus, succedant uerbera uerbis.
Quid modo Colchorum uolucres, Orientis odores
Quidue gulæ & uentris irritamenta capacis.
Omnia quid pelago uehemens Echinus, inersq;
Rhombus, & ornati squamis rutilantibus olim,
Ferreus aurata quos fixerat hamus arena
Sub Venetis elam mersus aquis, quod uulnere crebro
Si qua uel Hispano natat ingens bellua ponto:
Vel Libycis iactata uadis, peregrinaq; nostra
Profuerint? quod palmitibus seu dẽpta Phalernis,
Seu Ligurum decerpta iugis ardentia uina?
Quæq; ferat gemino transmisit colle Vesœuus,
Dolia præcipiti rapidum spumantia musto?
Quæq; dedit Meroë soli subiecta propinquo:
Præterea quid lenta quies, quid mollis in umbra,
Et sapor, & rauci per florea gramina fontes?
Omnia in exitium uertent, & blanda uoluptas
Conficiet bellum, mulier tua sola iuuare
Te uolet & poterit, ualidum prius ægra leonem
Sternet ouis, prius armigerum Philomena tonãtis
Vicerat, ille autem quorsum per iurgia tandem?
Quid mecum commune tibi? nil Articus inquit,
Nil tecum commune mihi, nam iudice fato
Desituunt uictum, uictorem cuncta sequuntur.
Huius in arbitrium non nostra sponte uenimus,
Tu cogis, tu iustitiæ contemptor & æqui.
Quem cæcum fortuna facit, pariter q; superbum,
Quid tua nũc nutas? tumidos quid uoluis ocellos?
Vndiq; uenturos iam iam tibi fingis amicos:
Obstruxit tua fama uias, in tempore iussi,
Tum mihi crede aderunt, lentus dũ uoce sub una
Gramine Caucaseo pastus libet agnus Hyberum.
Hæc dicens mediæ pedibus iam stagna paludis
Frangebat, Pan contrà, aditus & ouilia sepsit
Vepribus, & fluuio circumdedit antra sequaci,
Transierat, subitoq; ingens per rura tumultus,
Exoritur, tutum fateor, meq; inde recepi,
Panaq; turbatum, penitusq; per auia liquì
Soliuagum, mox ambigua dum mente reflector,
Heu uictum, uinctumq; graui sine mora catena
Prospicio trans stagna rapi, non libera cœlo
Brachia, sed mœstæ rorantia lumina frontis
Tollentem, ac tales iactantem in nubila quæstus:
Cernitis hæc superi, seu quid nam interuenit umbræ
Cæca rotat fortuna fidem, regit omnia fatum.
I nunc, in rebus spem certam pone secundis.

FRANCISCI PETRARCHAE
V. C. AFRICAE DE BELLO PVNICO,
LIBER I.

TMIHI conspicuum meritis, bellóq; tremendum
Musa uirum referes, Italis cui fracta sub armis,
Nobilis æternum priùs attulit Africa nomen. (sugere fontem
Hunc precor exhausto liceat mihi Ex Helicone sacrum, dulces meæ cura sorores.
Si uobis miranda cano, iam ruris amici
Prata quidem & fontes, uacuisq; silentia campis,
Flumináq; & colles, & apricis ocia sylvis
Restituit fortuna mihi, uos carmina uatū
Reddite uos animos, Tuq; ô certissima mundī
Spes, superumq; decus, quem secula nostra deorum
Victorem atq; Herebi memorant quem quina uidemus,
Larga per innocuum retegentem uulnera corpus
Auxilium fer summe parens, tibi multa reuertens
Vertice Parnesi referam pia carmina, si te
Carmina delectant, uel si minus illa placebunt,
Fortè etiam lachrymas, quas si mens fallitur, olim
Fundendas, longo demens tibi tempore seruo.
Tu quoq; Trinacrij moderator maxime regni,
Hesperiæq; decus, atq; æui gloria nostri.
Indice quo merui, uatumq; in sede sedere,
Optatasq; diu lauros, titulumq; Poëtæ.
Te precor oblatum tranquillo pectore munus
Hospitio dignare tuo, nam cuncta legenti
Forsitan accurret, uacuas quod mulceat aures,
Pœniteatq; minus susceptī in fine laboris.
Præterea in cunctos pronum sibi feceris annos,
Posteritatis iter, quis enim damnare sit ausus,
Quod uideat placuisse tibi, fidentiui ista
Arguit experius, nutu quem simplice dignum,
Effecisse potes, quod non erat, aspice templit,
Dona sacris affixa, pauens ut uulgus adoret,
Exime, despiciet, quantum tua clara fauori
Fama mea conferri potest, modò mitis in umbra
Nominis ista tui dirum spretura uenenum,
Inuidiæ latuisse uelis, ubi nulla uetustas
Interea, & nulli rodent mea nomina uermes.
Suscipe iamq; precor Regum inclyte, suscipe tandem,
Atq; pias extende manus, & lumina flecte:
Ipse tuos actus meritis ad sydera tollam
Laudibus, atq; alio fortasis carmine quondam.
Mors modò me paulum expectet, non longa petuntur
Nomen & alta canam Siculi miracula Regis
Non audita procul, sed quæ modo uidimus omnes.
Omnia, namq; solent similis quos cura fatigat,
Longius isse retro, tenet hos millesimus annus
Sollicitos, pudet hæc alios consistere meta.
Nullus ad ætatem propriam respexit ut erret,
Musa, parum notos nullo prohibente per annos
Liberior. Troiamq; ideo canit ille ruentem.
Ille refert Thæbas, iuuenemq; occultat Achillem,
Ille autem Emathiam Romanis ossibus implet.
Ipse ego non nostris referam modò temporis acta
Marte, sed Ausonio scelleratos funditus Afros
Eruere est animus, nimiasq; retundere uires.
At semper te corde gerens properansq; reuerti,
Rex iter hoc ingressus agam tua maxima facta,
Non ausus tetigisse prius, magis illa trahebant,
Sed tremui me teq; uidens, atq; omnia librans.
Ingenium tentare libet, si fortè secundis,
Cesserit auspicijs, solidos tunc uiribus alta
Ingrediar, nanq; ipse aderis, meq; ampla uidebit
Inclyta Parthenope redeuntem ad mœnia rursus,
Et Romana iterum referentem serta Poëtam
Nunc teneras frondes humili de stipite nulsi
Scipiade egregio primos comitante paratus,
Tunc ualidos carpam ramos, tu nempe iuuabis
Materia generose tua, calamumq; labantem
Firmabis, meritumq; decus continget amantī
Altera temporibus pulcherrima laurea nostris.
Quæ tantis sit causa malis, quæ cladis origo
Quæritur, unde animi, quis tot tolerare coegit
Dura, per errato ualidas furor æquore gentes.
Europamq; dedit Libyæ, Libyamq; rebellem
Europæ, alterno uastandas turbine terras.
At mihi causa quidem studij non indiga longi
Occurrit, radix cunctorum infecta malorum
Inuidia, unde oriens extrema ab origine mors est.
Atq; aliena uidens tristi dolor omnia uultu
Prospera, non potuit florentem cernere Romam
Æmula Carthago, surgentī inuiderat urbi.
Sed grauius tulit inde parem, mox uiribus auctam
Vidit, & imperio dominæ parere potentis:
Ac leges audire nouas, & ferre tributum
Edidicit, tacitis intus, sed plena querelis
Plena minis, frenum funesta superbia tandem
Compulit excutere, & clades geminare receptas.
Angebat dolor atq; pudor seruilia passos
Multa uiros, animisq; insesserat addita duris
Tristis auaritia, & nunquam satiabile uotum.
Permixtæ spes amborum optatumq; duobus
Imperium populis, dignus sibi quisq; uideri
Omnia cui subsint, totius cui pareat orbis
Præterea damnumq; recens, iniuriaq; atrox
Insula Sardiniæ amissa, & Trinacria rapta
Atq; Hispania nimis populo confinis utriq;
Omnibus exposita insidijs, aptissima prædæ
Terra, tot infandos longum passura labores
Haud aliter quàm cum medio deprensa lupo sum
Pinguis ouis, nūc huc rapidus nunc dentibus illuc
Voluitur, in q; tremens partes discerpitur omnes
Bellantum proprioq; madens resupina cruore.
Accessit situs ipse loci, natura locauit
Se procul aduerso spectantes littore gentes:
Aduersosq; animos, aduersas moribus urbes,
Aduersosq; Deos, odiosaq; numina utriq;
Pacatiq; nihil uentos, elementaq; prorsus
Obuia, & infesto luctantes æquore fluctus,
Ter grauibus certatum odijs, & sanguine multo
Ai cœptum primo profligatumq; secundo
Est bellum, si uera notes, nam tertia nudus

Prælia

Prælia finis habet, modico confecta labore
Maxima nos rerum hic sequimur, medicosq; tumultus,
Eximiosq; Duces, & inenarrabile bellum.
Vltima sydereum iuuenem lassata procellis
Hesperia excussam q; graui ceruice cathenam,
Ausoniumq; iugum, Romanaq; senserat arma.
Iam fuga præcipites longè trans æquora Pœnos
Egerat, horruerant animos, dextramq; tonantis
Fulmineam, moresq; Ducis, famamq; genusq;,
Armorumq; nouas artes, atq; orsa cruentis
Nobilitata malis, uix tandem littore Mauro
Perfidus urgentem respectans Hasdrubal hostem,
Tuuerat. Sic uenantum perterritus acrem
Respicit, atq; canum ceruus post terga tumultum.
Montis anhela procul de uertice colla reflectens
Constitit, Oceana domitor telluris Hyberæ,
Qua labor ambiguus uatum, pelagiq; columnæ
Verberat Herculeas, ubi fessus mergitur alto
Phœbus, & æstiuo detergit puluere currum.
Hic ubi non uis ulla manu mortalis, at ipsa
Omnipotens aduersa aditum natura negabat.
Constitit, atq; auidis præreptum faucibus hostem
Indoluit uicisse parum, iam blandior æquum
Non mulcet fortuna animum, Carthagine recta
Gloria gestarum fordebat fulgida rerum.
Nempe uidebat adhuc profugum longinqua tenentem
Lentiq; semineci uibrantem spicula dextra.
Turbida quin etiam rumoribus omnia miscens,
Fama procul nostro ueniens crescebat ab orbe,
Arcibus instantem Ausonijs, uolitare sub armis
Hannibalem, patriæq; faces sub mœnia ferri.
Illustres cecidisse Duces, ardere nefandis
Ignibus Hesperiam, atq; undantia cædibus arua:
Vrgebat uindicta patris, pietasq; mouebat
Vt cœptum sequeretur opus, nam sanguine sæuo
Cæsorum, cineresq; sacros umbrasq; parentum
Placari, atq; Itala detergi fronte pudorem.
Hic amor assiduum pulsabat pectora clarī
Scipiadæ, in frontem eliciens oculosq; iuuenta
Fulgentes calido generosas corde fauillas.
Anxia nox, operosa dies, uix ulla quietis
Hora Duci, tanta indomito sub pectore uirtus:
Has inter curas, ubi sensim amplexibus atris
Nox udam laxabat humum, Tithonia quamuis
Vxor adhuc gelidumq; senem complexa foueret:
Nec dum purpureo nitidas à cardine ualuas
Vellere, seu roseas ausæ reserare fenestras
Excirent dominam famulæ quæ secula uoluunt.
Pessus & ipse caput posuit, cui lumina dulcis
Victa sopor clausit, cœloq; emissa silenti
Vmbra ingens, faciesq; patris per nubila rapti
Astitit, ostendens charo præcordia nato,
Et latus, & multa transfixum cuspide pectus.
Diriguit totus iuuenis fortissimus actus,
Arrectaq; horrore comæ, tunc ille pauentem
Corripit, & noto permulcens incipit ore:
O decus æternum, generisq; amplissima nostrī
Gloria, & ô patriæ tandem spes una labanti,
Siste metum, memoriq; animo mea dicta reconde:
Optimus esse breuem, sed quæ nisi despicis, horam
Multa ferat placitura dedit moderator olympi.
Ille meis uictus precibus, stellantia cœli
Limina, terrarum munus patefecit, & ambos,
Viuentem penetrare polos permisit, ut astra
Me duce & obliquos calles, patriæq; labores,
Atq; tuos, & adhuc terris ignota sororum
Stamina, tum rigido contortum pollice fatum
Aspicias, huc flecte animum, uiden' illa sub austro
Mœnia, & infami periura pallacia monte
Fœmineis fundata dolis? uiden' ampla furentum
Concilia, & tepido stillantem sanguine turbam?
Heu nimium nostris urbs insignita ruinis,
Heu mitibus trux terra Italis iterū arma retentas
Fracta semel, uacuisq; iterū struis agmina bustis?
Sic Tyberim indomitum segnissime Bagrada temnis?
Sic modò Byrsa ferox capitolia despicis altæ?
Experiere iterū, & dominam per uerbera nosces.
Is tibi nate labor superest, ea gloria iusto
Marte parem factura Deis, hæc uulnera iuro
Sacra mihi meritò patriæ quibus omne refudi
Quod dederat, quibus ad superos Mauortia uirtus
Fecit iter, non ulla meos fodientibu artus
Hostibus, atq; abeunte anima mihi multa dolentī
Occurrisse priùs tanti solamina casus:
Quam quod magnanimum post funera nostra uidebam
Vltorem superesse domi, spes ista leuabat
Inde metus alios, hinc sensum mortis amaræ
Talia narrantem percurrit, & impia mœstis
Vulnera luminibus, totumq; à uertice corpus
Lustrat ad usq; pedes, at mens pia prominet extra:
Vbertimq; fluunt lachrymæ, nec plura parantem
Sustinuit, mediisq; erumpens uocibus orsus.
Heu heu quid uideo? quisnam hæc mihi pectora duro
Confixit mucrone parens, quæ dextra uerendam
Gentibus immeritò uiolauit sanguine frontem?
Dic genitor, mi ante queras committere nostris
Auribus, hæc dicens alto radiantia fletu
Sydera uisus erat, sedesq; implesse quietas:
Infima si liceat summis æquare, marinā
Piscis aqua profugus, fluuioq; repostus amœno,
Non aliter stupeat si iam dulcedine captum
Vis salis insoliti & subitus circumstet amator.
Quam facer ille chorus stupuit, nanq; hactenus iræ
Et dolor, & gemitus, & mens incerta futuri,
Atq; metus mortis, mundiq; miseria nostri.
Milia curarum rapidæ quibus optima uitæ
Tempora, & in tenebris meliores ducimus annos.
Illic pura dies, quam lux æterna serenat.
Quā nec luctus edax nec tristia murmura turbāt
Non odia incenduni noua res auremq; deorum
Insuetus pulsare fragor pietate recessus
Lucis inaccessæ tacitum impleuerat axem.
At pater amplexu cupido, precibusq; modestis
Occupat, & grauibus cohibet suspiria dictis.
Parce precor gemitu, non hunc tempusq; locusq;
Exposcunt, sed uisa animum si uulnera tangunt
Vsq; adeò iuuat & primos agnoscere casus
Accipe, nam paucis perstringam plurima uerbis:
Sexta per Hesperios penitus uictricia campos
Nostraq; signa simul Romanaq; uiderat æstas:

Cum

Cum mihi belliq; moras curasq; peroſo
Conſilium teſte euentu fortuna dediſti
Magnificum infelix fido,ut cum fratre uiritim
Sollicitum partirer onus,geminumq; moranti
Incuterem bello calcar ſic alite læua
Diſtrahimur tandem,& ſciſſis legionibus ambo
Inſequimur latè ſparſis regionibus hoſtem.
Nondum plena colis iam ſtamina noſtra,ſorores
Deſtituunt feſſæ,iam mors ſua ſigna relinquit.
Illicet imparibus ueriti concurrere fatis.
Fraudis opem dubio poſcunt in tempore Pœni.
Ars ea certa uiris,& noſtra incognita damno,
Celtiberumq; animos quibus auxiliaribus arma
Fratris ad id ſteterant pretio corrumpere adorti.
Perſuaſere fugam noſtrorum exempla per æuum
Ante oculos geſtanda Ducum,ne robore freti,
Extremo proprio non plus in milite fidant.
Obijcit ille Deos,ius,fas,& inania uerba
Raptim abeunt,tacitoq; uale uis quanta metallo eſt?
Dij pudor,alma fides,uni ſuccumbitis auro.
Præſidio nudata acies,fraterna retrorſum
Auia conſtituit,notosq; recurrere montes:
Hæc uiſa eſt ſpes una Duci,premit hoſtis acerbus
Doctus ad extremum cædenti inſiſtere tergo.
Me quoq; iam magno diſtantem Punica tractu
Agmina cingebant,quæ clàm nouus auxerat hoſtis
Improbus inſultans,uiſum & mihi cedere fato
Ne quicquam uetitum charo me iungere fratri,
Inferior numero multum,tribus undiq; caſtris
Vallabar,multumq; locis urgebar iniquis.
Ferrum aderat,ſpes nulla fugæ quod fata ſinebant
Tempore in anguſto,duriſsima pectora ferro
Pandimus,& uaſtas Herebo detrudimus umbras.
Ira dolorq; dabant animos,ars bellica nuſquam,
Conſilijq; nihil:ceu dum uelamina paſtor
Fida gerens,apibus bellum mouet improbus almis:
Nocte ſub obſcura trepidant,mox dulcia flentes
Excedunt inopi ſubſtrata cubilia ceræ,
Inde ruunt cæcæq; fremunt,ſparſoq; uolatu
Importuno inſtant capiti,ſtat callidus hoſtis,
Inceptiq; tenax (poſtquam irrita uulnera uictor
Eruit,extirpatq; piæ cunabula gentis
Sicq; ſola ſalus miſeris & ſumma uoluptas
Inuiſam iaculis gladioq; ultore cohortem
Tundimus,& rapidas in uulnere linquimus iras.
Illi ex compoſito ſtabant,ceu flantibus auſtris
Aërius conſiſtit Erix,atq; aſtriger Atlas
Quid moror,incauti armorum ſub nube uirumq;
Obruimur,fortuna ſuum tenet inuidia morem
Aduerſata pios,gelidus mihi pectore ſanguis
Hæſerat,agnoſco inſidias,mortemq; propinquam
Nec mihi,ſed patriæ metuens,pro tempore raptim
Ingredior dictis cuneos firmare labantes.
Hæc uia præclari miles patet ardua læti
I duce me,quem ſæpe alias maiore profecto et
Fortuna nunquam fama meliore ſecutus.
Non acies ferri,facies non obuia mortis
Terreat, exiguo decus ingens ſanguine Mauors
Obijcit,& charos illuſtrat cæde nepotes.
Noſce genus,patriamq; libens amplectere ſortem.
Ignauum fortemq; mori,me tangere damno
Naturæ lux una iubet,breue tempus utriq;.
Iam licet & terræ pelagiq; pericula ceſſent
Vltrò aderit ſuſpecta dies,hoc fortibus unum
Contingit,ut læti morerentur.cætera flendo
Turba perit, lachrymasq; metu diffundit inertes,
Hora breuis longæ teſtis uenit ultima uitæ,
Ergo age ſi latio quicquam de ſanguine reſtat
Morte palàm facito:nam dum fortuna ſinebat
Vicimus,& noſtris exibant funera dextris.
At modò corporibus. (cedunt quando omnia retro)
Sit ſatis obſtruxiſſe uiam:per pectora noſtra,
Perq; truces oculos, uultusq; in morte tremendos
Tranſcendant,talem libet his opponere mortem,
His clauſtris uallare aditus:ſciat horrida ueros
Barbaries cecidiſſe uiros,& pallida quanquam
Haud ſperanda tamen Romana cadauera calcet.
Accelera bene nata cohors,in limine mors eſt,
Inuidioſa bonis,Romanas ſemper ad aras
Cum lachrymis recolenda pijs, & thure perenni.
Talibus accenſi coëunt,& grandinis inſtar
Sciſſa nube ruunt,in tela micantia,primus
Et circumfuſos furor irrediturus in hoſtes.
Conſequitur deuota neci fortiſsima pubes.
Sternimus,& morimur,paucis tot milia contra
Quid reliquum?ſed fata pij nunc ultima fratris
Expectas,neq; enim heſperia felicior ora.
Ille quidem extremo fati de turbine fruſtra
Surgere conatus,magnæ ſub molæ ruinæ
Oppreſſusq; itidem,nec mors magis ulla dicebat
Altera quàm fratris:fuerat concordia uitæ
Mira,uel exiguis nunquam interrupta querelis.
Vna domus,uictusq; idem, mens una duobus,
Et mors una fuit,locus idem corpora ſeruat
Amborum & cineres, huc tempus fermè ſub unum
Venimus,hic nobis nulla eſt iam cura uetuſti
Carceris,ex alto ſparſos contemnimus artus:
Odimus & laqueos,& uincula nota timemus,
Libertatis onus,quod nunc ſumus,illud amamus.
Ille aũt illachrymans, tua me tua chare profundo
Corde premit pietas genitor,ſed mollis inersq;
Vltio uerborum,ſemper fuit optima rerum.
Dic tamen hoc ô ſancte parens, an uiuere fratrem
Teq; putem,atq; alios,quos pridem Roma ſepultos,
Defunctosq; uocat:lentè pater ipſe loquentem
Riſit,& ô quanta miſer ſub nube iacetis,
Humanumq; genus quanta caligine ueri,
Voluitur:hæc,inquit,ſola eſt certiſsima uita.
Veſtra autem mors eſt quam uitam dicitis:at tu
Aſpice germanum,uiden' ut contemptor acerbæ
Mortis eat?uiden' indomitum ſub pectore robur?
Et uiuum decus & flammantia lumina frontis?
Quin etiam à tergo generoſum reſpicis agmen?
Hos mihi defunctos audebit dicere quiſquam?
Et tamen egregios humani ſorti tributi
Efflauere animos, ac debita corpora terræ
Liquerunt:cernis nitido uenientia contra
Per purum radiare diem lecta agmina uultu?
Immo,ait,eximie, nec quicquam dulcius unquam
Hos uidiſſe oculos memini,ſed nomina noſſe
Eſt

Eſt animus,tibi nec genitor contraria mens ſit.
Per ſuperos,ipſumq; Iouem,Solemq; uidentem
Omnia,per Phrygias,ſi qua eſt ea cura penates,
Per ſi quid patriæ uenit huc dulcedinis oro.
Aut ego fallor enim,aut quoſdam hoc ex agmine noui,
Et mores habitusq; uirum, greſſumq; manusq;:
Inſolitum licet ora micant,tamen ipſe recordor.
Vidi etenim,& patria nuper conuiximus urbe.
Vera quidem memoras, fraus hunc modo rebus ademit
Punica terrenis, perijt congreſſus iniquo
Credulus ætate,heu nimium Marcellus in illa.
Iſte memor finis,lateri lutus admouet ultrò,
Nobiſcum ue libens cœlo ſpatiatur in amplo.
Criſpinus longè ſequitur,quem perfidus uno
Abſumpſiſſe die tentauerat hoſtis,at illum
Languida dilatæ tribuerunt uulnera morti.
Alter ibi cecidit moriens,ubi furta latebant,
Inde leuis rectè penetrans huc ſpiritus: illic
Frigida carnifici dimiſit membra cruento.
Sed magis ardentemq; animis,pugnasq; frementem
Cerne per inſidias indigno funere Gracchum
Corpore ſecluſum ualido,& pollentibus armis
Præterea Aemilio nimium fors inuida Paulo.
Aſpice magnanimum terrebant quot uulnera pectus
Cannenſi Romana die defleta ſupremum
Fata putans renuit cladi ſupereſſe,ſed ultrò
Oblatum contempſit equum,multumq; rogantem
Reppulit,& nimium reſpondit nixius:At tu
Macte animi uirtute puer,diſcede,tuumq;
Victurum adde caput,teq; ad meliora reſerua.
Dic patribus muniant urbem,dic mœnia firment,
Condiſcant extrema pati:nanq; improba ſæuas
Ingeminat fortuna minas,hoſtisq; cruentus
Victor adeſt.Fabio mea uerba nouiſsima perfer.
Dic me iuſſorum memorem uixiſſe ſuorum.
Dic memorem te teſte mori,ſed fata,feroxq;
Collega ingenti turbarunt cuncta tumultu.
Nuda loco caruit uirtus,tulit impetus illam.
Effuge dum morior,ne forſan plura loquendo
Sum tibi cauſa necis:dicentem talia ferro
Circumſtant, uolat ille leuis,timor alleuat artus,
Et plumas adiungit equo,& calcaria plantis.
Anxia ceu uolucris ubi nidum callidus anguis
Obſidet,hinc uiſæ ſeſe ſubducere morti
Optat,& hinc dubitat ſua dulcia uiſcera linquens.
Infœlix pietas tandem formidine uita
Cedit,& incuſtis ſerum ſibi conſulit alis:
Vicinaq; tremens reſpectat ab arbore fatum
Natorum,rabiemq; feræ:& plangoribus omne
Implet anhela nemus,ſtrepituq; occurrit amico:
Sic ibat iuuenis memorandus ſæpe retrorſum
Lumina mœſta ferens,uidet ingens ſurgere campis
Naufragium,uidet immitem poſt publica Pœnum
Funera ſacra Ducis fodientem pectora duris
Ictibus,& cœlum gemitu pulſabat inani.
Quid moror?innumeram licet internoſcere turbam
Cæſorum hoc bello iuuenum,patriæq; cadentum
Scilicet immenſo ſtudio:dum lædere quærit
Ciuibus atq; inopem ſpoliat dum fortibus urbem,
Complecuit cœlum noſtris ferus Hannibal umbris.
Talia dum genitor memorat,ſuſpiria natus
Alta trahens,licuit fateor cognoſcere quicquid
Optabam magis,& uultus ſpectare meorum.
Cætera ni prohibes,nihil eſt ſermone ſecundi
Patris amabilius,quin tu modò cominus,inquit,
Alloquere, atque aures quàm primum inuade paratas.
His dictis tulit ante gradum,frontemq; modeſtam
Demiſit, patruumq; tenens,ſic incipit ore:
O ueneranda mihi uerò,nunquamq; parente
Clare minus,ſi noſtra Deus dedis ora uidere
Mortales oculos,alti ſi lumina mundi.
Indignoq; mihi clarum ſeruauit olympum:
Da precor exiguam noſtris affatibus horam,
Nam breue tempus adeſt,moneorq; in caſtra reuerti
Oceani ſubnixa uadis,ubi maxima Calpes
Impendet pelago,cœlumq; cacumine pulſat.
Illic me Romana manent modò ſigna,Ducemq;
Expectant rapidum,hoc tandem ſtat limite bellum.
Suſcipit amplexu iuuenem placidiſsimus Heros,
Atque ita: Si iuſſu ſuperum mortalia cœlo
Membra uehis,nec enim tam magni muneris autor
Eximiumq; decus,quam de te concipiam ſpem?
Dictu difficile eſt,cui tantam numina uiuo
Conceſsêre uiam:nam ni diuinus ineſſet
Spiritus,haud quaquam hoc homini fortuna dediſſet.
Quæ faciles diſpenſat opes,arcana uidere
Cœlica,uenturos longè prænoſcere caſus,
Et fatum,præſcire ſuum,ſpectare beatas
Has animas,ſubterq; pedes radiantia Solis
Lumina,& aduerſos tam uaſtis tractibus axes,
Hæc nunquam fortuna dabit:quia cuncta potenti
Sunt ſeruata Deo,qui ſi te lumine tanto
Illuſtrat,quo nam te alio dignetur honore?
Non ergo immeritò fractos,paſsimq; iacentes
Heſperiæ campis totiens deſpeximus hoſtes:
Vidimus & noſtræ uindictam mortis.Ab illa
Egregiæ pietatis habes per ſecula famam.
Quidlibet hinc aude,mecum nam protinus aurem
Iuuenis,atq; animum uacuum,quin ocyus ergo
Ingredimur, fandoq; breuem conſumimus horam.
Dic,ait is,ſi uita manet poſt buſta,quid almus
Teſtatur genitor?ſiq; hæc eſt uera perennis,
Noſtra autem morti ſimilis:quid demoror ultrà
In terris,quin huc potius quacunq; licebit
Euolat aſſurgens animus tellure relicta.
Non bene ſentis,ait,Deus hoc naturaq; ſanxit
Legibus æternis,hominem ſtatione manere
Corporis,edicto donec reuocetur aperto.
Non igitur properare decet,ſed ferre modeſtè
Quantulacumq; breuis ſuperant incommoda uitæ.
Ne iuſſum ſpreuiſſe Dei uideâre,quòd iſta
Sunt geniti ſub lege homines,ut regna tenerent
Infima:nanq; illis cuſtodia credita terræ,
Et rerum quas terra uehit,pelagusq; profundum.
Ergo tibi,cunctis bonis,ſeruandus in iſta eſt
Carne animus,propriamq; uetamur linquere ſedem.
Nobilibus curis,ſtudioq; & amore uidendi
Promineat ni fortè corpusq; relinquat,
Ac longe fugiat ſenſus,ſeq; ingerat aſtris.
Hic decet egregios animos,hic exitus eſt quem noſtri
Diuini

Diuini fecêre uiri meliora sequentes.
Sed dum membra uigent, breuis est mora, suscipe nostrũ
Consilij quid summa uelis, tu sacra fidemq́
Iustitiam cole, pietas sit pectoris hospes
Sancta tui, morumq́ comes, quæ debita uirtus
Magni patrĩ, patriæ maior, sed maxima summo
Ac perfecta Deo, quibus exornata profecto
Vita, uia in cœlum est, quæ uos huc tramite recto
Tunc reuehat, cum summa dies exemerit istud
Carnis onus, puraq́ animam transmiserit aura.
Hoc etiam monuisse uelim, nil gratius illi
Qui cœlum terrasq́ regit, dominoq́ patriq́
Actibus ex nostris, quàm iustis legibus urbes,
Conciliumq́ hominum sociatum nexibus æquis.
Quisquis enim ingenio patriam, seu uiribus altè
Sustulerit, sumptisq́ oppressam iuuerit armis:
Hic certum sine fine locum in regione serenâ
Expectet, ueraq́ petat sibi præmia uitæ,
Iustitia statuente Dei: quæ nec quid inultum
Nec pretio caruisse sinit. sic fatus, amoris
Admouitq́ faces auido stimulosq́ nepoti
Accensoq́ Duci simul hæc placidissimus addit.
En Fabium cœlo maiestas maxima tanti
Nominis ac uirtus & Iuppiter ipse reseruat,
Cerne Ducem quantum licet hinc cunctator ac omnĩ
Dictus eat populo, tamen ingens gloria tardis
Debita consilijs uiget, hunc non flamma, nec ensis
Eripiet Latio, sed dum magis arma tonabunt
Punica, tranquilla feret hoc annosa uetustas.
Ecce autem interea uenientum turba, nec ulli
Nota fuit facies, habitus tamen omnibus unus,
Sydereoq́ leuis fulgebat lumine amictus.
Angusta pauci procul omnes fronte præibant
Iam senioq́ graues, & maiestate uerendi.
Hæc acies Regũ est, quos tempora prima tulerunt.
Vrbis, ait, nostræ, frons arguit inclyta Reges.
Romulus ecce prior famosi nominis autor
Publicus ille: parens cernis dulcissime, quantus
Ardor inest animo, talem uentura petebant
Regna uirum: uenit incessu moderatior alter
Religione noua, populum qui temperat acrem.
Hic uirtute prius patriæ Curibusq́ Sabinis
Insignis, nostraq́ ideò transuectus in aream est.
Aspice sollicitum, monitis ceu coniugis almæ
Instituit leges, & euntem diuidat annum.
Extulit hunc natura senem, primoq́ sub æuo
Hanc habuit frontem, sic tempora cana genasq́.
Tertius ille sequens qua tu nunc uteris, omnem
Militiæ expressit Regum fortissimus artem.
Fulmineus uisu, uictus quoq́ fulmine solo.
Quartus arat muros, & Tybridis ostiæ fundat
Præsagus quas tutus opes huc conuehat orbis,
Sectaq́ primæuò conuectans mœnia ponte.
Frons quinti mihi nota parum, sed suspicor illum,
Quem nobis Regem longè dedit alta Corinthus.
Ille est haud dubiè, uideo tunicasq́ togasq́,
Et faces, trabeasq́ graues, sellasq́ curules.
Atq́ leues phaleras, & cuncta insignia nostri
Imperij, currusq́ & equos, pompasq́ triumphi.
Illum autem numero quem cernis in ordine sextum,
Seruilis solio Regem transmisit origo.
Et nomen seruile manet, sed Regia mens est.
Dedecus hic generis uirtute piauit & actis,
Condidit hic sensum prior ut se noscere posset
Roma potens, altumq́ nihil sibi nota timeret.
Fmierat, tunc ille iterat, Si lecta recordor,
Romuleo cinxisse comas diademate septem
Audieram, totidem cognomina certa tenebam,
Alter ubi est igitur? Fili charissime dixit,
Huc & luxus imers, & dura superbia nunquam
Ascendunt, atrox animus, nomenq́ Superbum.
Hunc exposcis enim qui sceptra nouissima rexit?
Rex ferus & feritate bonus, nam tristia passæ
Hic libertatis primum urbi ingessit amorem:
Quin animas lætas, melioraq́ regna tenentes
Cerne cateruatim ueræ uirtutis amicos.
Tres simul ante alacres alternaq́ brachia nexi
Ibant, hos læto celebrabant agmina plausu
Vmbrarum, atq́ omni deuotum ex ordine uulgus
Substitit admirans, quæ tanta est gratia, dixit,
Ista triumphantis tanus amor connexit euntes?
Hos idemq́ parens, eadem ait, extulit aluus,
Hinc amor: hisq́ ipsis libertas credita quondam,
Hinc fauor, heu iugulos & uulnera cruda duorum
Aspice, utriq́ recens nitet ut generosa cicatrix
Pectore in aduerso, populorum pugna potentum
Ter geminis mandata uiris, ut sanguine pauco
Scilicet innumeræ cessarent funera gentis.
Diuisis exercitibus, conspecta suorum
Aduersisq́ oculis sex ultima bella gerebant.
Libertas tunc nostra tremens, similisq́ cadenti,
Vnius ad fatum dubio sub Marte pependit.
Vnius est asserta manu, Germanus uterq́
Occiderat, populoq́ nimis fortuna fauere
Cœperat Albano, nisi tertius ille superstes
Inter, & fratrum mortes, & publica fata
Resituisset, agens uictricia corpora campo.
Donec se uictos spatijs, largoq́ cruore
Defectos, plagisq́ graues, & cursibus haustos
Impiger alterno iugulasset uulnere fratres.
Id recolens nunc exultat, gaudentq́ uicissim
Germani, ad superos nec multo funere missi.
At quibus imperium uirtus ea contulit ultrò,
Circumstant memores, sed quid per singula uersor?
Millia non'ne uides spatiosum implentia cœlum?
Publicolam ante alios tanto cognomine dignum,
Præclarum pietate Ducem, patriæq́ parentem?
Lumina uisendi cupidus flectebat & ingens
Agmen erat iuxtà, stabilem qua uergit ad Arctos
Lacteus, innumeris redimitus circulus astris.
Obstupuit, quæritq́ uiros, & nomina, & actus.
Chare nepos, si cuncta uelim memoranda referre
Altera nox optanda tibi est ait. Aspice ut omnis
Stella cadit pelago, cœlumq́ reflectitur, & iam
Candidus auroræ meditantis surgere uultus
Vibrat, & Eoa iam somnum diluit unda.
Tum pater admonuit, fugientia sydera nutu
Ostendens, uetuitq́ morâ. Hæc nosse satis sit
Romanas has esse animas, quibus una tuendæ
Cura fuit patriæ, proprio pars magna cruore

Effuso

Effuso has petijt sedes, meritoq́ caducæ
Pertulit æternam per acerba pericula uitam

AFRICAE FRANCISCI PETRARCHAE.

LIBER II.

ALIBVS intentum pater urbi pit, atq́ benignè.
Tempus ait cœlo descendere, gratia rara.
Huc uenisse fuit, patienter abire decorum est.
Ne propera precor alme parens, quam aegreris inquit,
Pauca mihi dubio, certumq́ remitte futuri
Onate, exigui solatia temporis insit
Exigis, ambiguæ subitò tibi somnia noctis,
Omniaq́ implicitæ uanescent uisa quietis.
Si qua animo memori uestigia fortè manebunt.
Somnia uana tamen, mentemq́ errasse putabis
Sed nequeo spreuisse preces, die nate quid angit
Te magis? & breuibus celeri te subtrahe Phœbo.
Ogemtor, si nota tibi diuina uoluntas,
Sicq́ tibi ante oculos uenturum est cernere tempus,
Scire uelim quid fata parent, nam bella uidemus
Aspera terribili latium quassantia motu.
Hannibal in foribus stat perfidus, omnia retro
Versa cadunt, nostro pinguescunt arua cruore.
Tot clari cecidere Duces, tuos lumina tanti
Imperij tam magna, duo cecidistis eodem
Tempore, tunc Italis raptus regionibus est Sol:
Magnaq́ sub gemina mutauit Roma ruina.
Quid superest dominam, quis nunc manet exitus urbem?
Corruet, an stabit? quod si frustra arma mouemus,
Eximе tot curas animo, tantosq́ labores,
Somnum redde oculis, & membris redde quietem,
Nam mihi si, cogente Deo patriæq́ cadendum est,
Quid iuuat obniti contra? fatoq́ prementi
Humanas afferre manus? moriamur inermes.
Viuat, & in toto regnat ferus Hannibal orbe.
Non tulit indignantem animo pater optimus, imò,
Imò ait, armato latronem pellere luscum
Finibus Ausoniæ dabitur, discedet iniquo
Inde animo, metuetq́ alienam linquere terram
Sanguinis ac prædæ sitiens, at mœsta suorum
Plebs metuens, belloq́ nimis turbata propinquo,
Hunc repetet retrahetq́ domum, post quam effera tanget
Littora, funesto ueritus confligere campo
Congressus uolet ante tuos, tu furta caueto.
Insidiasq́ uiri, doceat te dira tuorum
Funera Barbarico confecta ferociter æstu.
Itamen, atq́ hostis crudelem conspice uultum
Et dictis intende aurem, cautusq́ uigilq́
Insidiosa, si nis uersuti percipe uerba.
Si renuit, retrahisq́ pedem, nihil crede per orbem
Aut timidus uideare alijs, aut fortè superbus.
Ille quidem uaria tentabit flectere mentem
Arte, dolisq́ nouis, dulcem per secula pacem,
Pacem iterans, pacisq́ tegens sub nomine fraudem.
Vnicus euersor pacis firmissime præsta,
Propositumq́ tene, nil de patriaq́ tuaq́
Maiestate cadat, fremet ille, & tristia coràm
Fata uidens, humiles uoces submissaq́ uerba
Ore dabit ficto: iuuenem semperq́ secundis
Assuetum, casus uarios librare monebit.
Fortunæ ac multa ancipiti sermone tremendæ
Proferet, euentusq́ Ducum, cum nulla uidebit
Verba altum mouisse animum, tum tristis, & ira
Feruidus, arma fremens bellumq́ in castra redibit.
Pugna erit ambiguo quam spectant fata fauore,
Cuius ad euentum toto timeatur in orbe.
Sanctior is præerit castris, Dux impius illis.
Hinc uirtus obiecta malis, cultusq́ modestus.
Et pudor, & bene suada fides, pietasq́ comesq́.
Iustitia & reliquæ uibrabunt arma sorores.
Inde furor, dolus & rabies, & nescia ueri
Pectora, contemptusq́ Dei, feruensq́ libido:
Cæcaq́ perpetuis crescens subtilibus ira,
Et scelerum species horrendæ, ac nomina multa.
Victor eris bello tandem, uictoria nec te
Efferat. ast illum fortuna aduersa repentè
Prosternet, uictus fugiet, peregrinaq́ tanget
Littora, qua Grais Asiam regionibus æstus
Hellespontiaci dirimit maris: omnia tandem
Tentabit, regumq́ pedes, indignaq́ supplex
Continget genua, atq́ aliena precabitur arma
Italicas ardens iterum ruiturus in oras.
Si fortuna sinat, nobis sed amicior illa
Iam longis satiata malis, funesta retrorsum
Consilia euertet. quid multa? uacabitur exul
Pessimus, & terras uirus dispergit in omnes
Romanos in morte petens, ceu saxea sæuum
Cum fortè in triuijs tempestas obruit anguem
Ille furit, morienisq́ minas uomit atq́ uenenum,
Mille ligans caudam, squamosaq́ corpora nodis
Horrificus solo aspectu, postrema eruentus
Sibila, languentesq́ oculos attollit & ipsum
Sæuit in autorem frustra: sic turbidus iste
Mille uias moribundus aget, quo tempore fortè
Publica dum perages mandata uidebis inermis
Securus, faciemq́ trucem quæ terruit urbem
Colloquio festina dies uideatur amico
Tantorum felix Ephesus sermone uirorum
Fama quidem mendax, falsa cum lance nefandos
Aequat iniqua bonis facinus, dum grande tremendum
Horrendum dictu inuenit: canit orba per orbem
Nec dirimit causas, patriam iuuat ille cadentem.
Laudatur, multaq́ alius cum strage eruentas
Captat opes. Regumq́ sibi uicturus in auro.
Hic quoq́ laudatur, laudabitur Hannibal atq́
Scipio, posteritas mirabitur omnis utrunq́,
Heu par dissimile, & diuerso sydere terris
Illatum, ac uulgus discernere quanta sit inter
Magnificum ac tetrum faenius distantia nescit.
Quam subitò miris animum uolet ille loquendo
Flectere blanditijs, seu sunt hæc, Punica semper
Pectora, seu laudem uirtus, uel ab hoste meretur
Præcipuè, tam rara quidem uerùm illa iocosum
Qualiacunq́

Qualiacunq; tibi risum fortasse mouebunt.
Nil aliud: sic ille graues in morte reflexus
Cum dederit, falsaq; animum spe pauerit amens
Tandem Bythinica ruet imperterritus aula
Dux attrox, ubiq; metum depellet, & orbi.
Hostis fata uides. tanto quem tempore tellus
Sustinet Ausonia, quod si Romana requiris,
Pauca sed è medio fatorum intentus aceruo
Accipe. Procliuem faciet victoria præsens
Ad reliquas, facilemq; uiam, nullumq; pudebit
Quem teneat Carthago potès apprędere portum.
Illa iugum populos, & ferre tributa docebit,
Illicet Aetholus consurget, uanus ad arma
Proruet Antiochus, fratris iunioris & illum
Vincitis auspicijs, teq; orbis noscet Eous,
Vt Zephyrus pridem ac pluuialis nouerat auster.
Inde alia ex alijs nascentur bella, sed omnes
Vincet Roma minas, & totum proteret orbem,
Victum iugum regna excipient, sub legibus ibunt,
Mox Galatæ, Macedumq; furor, nil regia possunt
Nomina nil patrum egregij prodesse labores
Magnus Alexander totiens reuocatus ab una
Si redeat, mea sit quæ nam sententia nosti.
Græcia tota breui procumbet tempore victa.
Et male cæsorum pœnas dependet auorum.
Hic placet, et Glabrio, et spectata modestia Mœni,
Flaminijq; animus, claris quæ creuere facilis
Ineipit, & tecum tentat certamina famæ.
Res instant uariæ series quoq; longa laborum,
Florida iamq; uiris uenit armipotentibus ætas.
Hæc mihi iã Scauros, Drusos, crebrisq; Metellos
Insignes titulis, & nomina clara Nerones
Protulit, hoc olim ueniet de stipite ramus
Pestifer, ac populis umbra nociturus iniqua.
Tum sensim assurgunt rigida uirtute Catones.
O utinam domus illa minus foret inuidia nostræ.
Surgunt Aemilij, quorum de gente nepotem
Elige, qui nomen gestis mereatur auitum
Reliquiasq; tuas ferro consumat & igni.
Durior id meritis odioq; accensus honesto.
Longius incedam, iamq; hinc Syllamq; ferocem,
Pompeiosq; graues, animosq; pectora Bruti
Ante oculos habeo, stupeoq; ubi condere ferrum
Audeat, hinc rerum summa ad fastigia uentum est.
Cæsareumq; genus, toti dominarier orbi.
Prouideo, quid cuncta sequar? non ditior unquam
Vrbs animis erit egregijs, Ducibusq; supremis.
Crederet hoc aliquis, Campano raptus aratro,
Vnus erit bello eximius, qui nostra sub austrum
Signa ferat, Lybiamq; iterum premat, inclyta Regum
Colla triumphali victor fracturus ab arcu.
Bisq; sub extrema Latium formidine soluat
Obsidione graui, calidaq; reuersus ab ora,
Atq; alpes subitò iussus transire niuosas
Præter aquas Sextias (dicunt sic nomine uallem)
Theutonicum insigni compescat strage furorem.
Post simili ardentes prosternat uulnera Cymbros
Orbis in extremi latebras, ubi castra locasti
Nunc iuuenis memorande tuis per secula factis.
Magnus item iuuenis ueniet, nec dignior alter.
Nomen habet Magni. hic Tagum, Betimq; & Hiberum
Coget ferre iugum, dominumq; agnoscere Tybrim.
Hic idem nimia ciuem feritate rebellem
Contundet, tibi nulla animum contingat honestum
Inuidia, atq; alios patiaris ad alta uolare.
Nullus erit, nullusq; fuit cui gloria tota
Cesserit, illa nouis semper parat integra partem
Vita breuis, rerumq; uenit longissimus ordo
Quid fiet nisi quæq; suos produxerit ætas
Venturus qui sponte uelint occurrere fatis?
Sufficeret cunctis spacioso temporis unus:
Publica res poterat duce te contenta fuisse.
Tu siquidem lætus mecum dum bella gerentur
Hic eris, & iuuenem egregium laudabis ab alto.
Pauca sed innumeris memoro, maiora supersunt
Gesta uiri plectroq; alijs maiora canenda.
Nanq; hic præcipiti (si fas dixisse) uolatu,
Victor ab occasu descendens victor ad ortus
Perueniet, nomenq; Italum super astra leuabit.
Omnia succumbent, multis fortuna triumphis
Larga uolet ditare Ducem, moderatior autem
Implendusq; animus paucis quòd laurea triplex
Stringet honesta comas: quod te sua Roma uerendo
Exeantem curru uideat, contentus abibit.
Hic & Pyratas pelago depellet ab omni,
Vincetur Iudæa tenax, Armenia duplex:
Cappadoces, Arabesq;, & lato corpore Gangen
Persis, & Arsacides, rubroq; à littore tandem
Omnia uincentes rigidam ueniemus ad Arctos:
Et glaciale solum, Tanaym, & Mœotida duram.
Riphæoq; procul tangemus in æthera montes.
Attriti longo fugient certamine Reges.
Et uitam simul, & regnum bellumq; perosi
Caspia calcabunt uictores claustra, Sabæam,
Thuricremasq; domos, intacti limina templi
Intrabunt, cernentq; adyti penetralia sacri.
Purpura non illos, non gemmæ, aurumq; mouebunt
Thesauros inter medios mucrone trementi,
Paupertas Romana uenit, nec tangitur illis.
Insula non tot restabit libera Ponto
Non tellus, seu pressa uagis, seu stantibus astris.
Aula sub imperium uenier ditissima Cypri.
Cræta superstitionem ingens domus atq; magistra,
Euboicumq; latus Phœbo Rhodus inclyta & undis.
Tum salis Aegei cœlo, uelut astra sereno
Cyclades effuse medio clypeusq; potentis,
Trinacriæ, & crasso diues Sardinia cœlo.
Pauperiorq; solo. sed apricis Corsica saxis.
Et quicquid Thusco iacet æquore, quicquid Hibero,
Quicquid & Adriaco. sed quis cum classe frementem
Ibit in Oceanum? fortissimus illi nepotum
Vnus erit magno semper cantandus in orbe
Gallica, qui uario complebit rura pauore.
Et fluuios atri uiolabit sanguinis unda.
Inde procul cœlo & terra pelagoq; repostos
Auricomas rapido caleabit marte, Britannos
Stringet, & indomito luctantem gurgite Rhenum
Pontibus, hostilesq; tenens cum milite fines.
Tristia cæruleis Germanis bella mouebit.
O fœlix, si fortè modum sciat addere ferro.

Nescit

Nescit heu noleq; miser, sed turbine mentis
Victrices per cuncta manus, in publica uertet.
Viscera, ciuili fœdans extrema cruore
Prælia, & emeritos indigno Marte triumphos.
Me tamen infamiam multa decora furore
Commaculare pudet, quàm turpiter omnia calcat
Ambitus? ut totum imperium sibi uendicet unus?
Primus, & exemplum reliquis, spolietq; superbus
Tarpeiam, miserosq; nouo legat ordine patres.
Hæc & Pharsalicas mortes, Ephyræaq; arma,
Tharsonq; & mundam, & capitolia sanguine tincta,
Omnia prætereo. Succedet maximus illi
Inde nepos, clara ueniens à stirpe sororis.
Hic mihi longinquos mittet sub legibus Indos,
Aegyptumq; ferox, & Barbara castra mouentem
Vxorem latij capiet Ducis: inde per omnem
Fulminet ense diem, Reges pede supprimat altos
Hic parêre ferum Romanis fascibus Hystrum
Perdoceat, geminaeq; solum quod subiacet ursæ.
Hic urbem tribus inuectus de more triumphis,
Edicet toti præcepta incognita mundo:
Et summo celsus solio submissa uidebit
Sceptra sibi, clasos; Duces, atq; agmina uulgi,
Munera ferre omnes studioq; ardere placendi.
Iam senior rigidos bello contundet Hyberos,
Vltimus ille Babos, exhinc tranquilla sequuntur
Secula, tum gemini claudentur tristia Iani
Limina, & Erati iungentur cardine postes.
Inde grauem tumulo mittet ueneranda senectus.
Digressum amplexu, & dilectæ coniugis ulnis.
Huius post cineres uideo Romana reuerti
Fata retrò, & prolabi pulchros ad turpia mores.
Hei mihi quid moreris, tecum moritura propago
Nominis est nostri, sed tu tibi debita nactus,
Alta petes conuexa poli. quid turba superstes
Ludibrium mundo, generisq; infamia primi
Tartara conspiciet meritis, Stygiosq; recessus.
Ac nimium propero, uideo par nobile natum
Atq; patrem, & gemino capitolia læta triumpho
Laurea bina uiret, duplex quoq; purpura. currus
Non uideor spectare duos, contenta sed uno
Itpietas, noua res equidem, & dignissima fama.
Corruet his ducibus Hierosolyma, victaq; ferro
Inclyta religio, & gladijs prærumpere sacra
Fas erit, & poterunt populi peccata mereri.
Vlterius transire piget, nam sceptra decusq;
Imperij, tanto nobis fundata labore,
Externi rapient Hispanæ stirpis & Afræ.
Quis ferat has hominum sordes? nostriq; pudendas
Reliquias gladijs? fastigia prendere rerum?
Amplius urgentem quoniam frenare dolorem,
Non poterat, rupit lachrymis, & uoce loquentem.
Quid miserum pater alme refers? tantum'ne licebit
Fortunæ? prius in stygias conualsa paludes
Astra cadent, prius æthereo trux arbiter orci
Victor erit solio, cœliq; tonabit ab arce
Africa, quàm Romæ uictrix sua iura, suumq;
Nomen in æternum rapiat, non longa dolentem
Passus, ait, depone precor lachrymasq; metumq;.
Viuet honos latius, semperq; uocabitur uno
Nomine Romanum imperium, sed rector habenas
Non semper Romanus aget, quin Syria mollis
Porriget ipsa manum, mox Gallia dura, loquaxq;
Græcia, & Ibricum tandem cadet ista potestas
In Boream: sic res Romanas fata rotabunt:
Fortè sub extremos annos mundiq; ruentis
Interitum, ad proprias sedes fortuna redibit.
Alitus incumbens atq; urbis cætera nostræ
Fata petens, unum hoc de pluribus ille supernus
Abscondit sub nube Deus, sed noscere quantum
Permissum est animi augurio, non uita sub hoste
Roma ruet, nulliq; data est ea gloria genti.
Nulli tantus honos populo, uincetur ab annis
Rimosoq; situ paulatim fessa senescet.
Et per frusta cadet, nulla unquam, nulla uacabit
Ciuiliq; odio & bellis furialibus ætas,
Tempus adhuc ueniet, cum uix Romanus in urbe
Ciuis erit uerus, sed terras lecta per omnes
Fex hominum: tamen & tunc se mala sana cruentis
Turba premet gladijs, & ni fortissimus unus
Vir aliquis dignus meliori tempore nasci
Opponat sese medium, frontemq; manumq;
Litibus ostendat, superest quodcunq; cruoris
Pectoribus miseris per mutua uulnera fundant.
Hoc solamen habe, nam Roma potentibus olim
Condita syderibus: quamuis lacerata malorum
Consilijs, manibusq; diu durabit, eritq;
Has inter pestes nudo uel nomine mundi
Regina, hic nunquam titulus sacer excidet illi.
Qualiter annosum uires animusq; leonem
Destituunt, sed prisca manet reuerentia fronti.
Horrificus sonus, quanquam sit ad omnia tardus,
Vmbra sit ille licet, circum tamen omnis inermis
Paret sylua seni, sed quis uel noscere certam
Audeat, aut rebus tantis præfigere metam?
Vis loquar? in finem quamuis ruinosa dierum
Viuet, & extremum ueniet tua Roma sub æuum,
Cum mundo peritura suo. sic fatus, ab alto
Pectore suspirans, tacuit dextraq; sequentem
Per nitidum conducit iter. iam prona cadentis
Calcabant conuexa poli, gradibusq; suprema
Linquebant leuibus, qui lumine terga feriret
Lucifer altus erat, tamè una erat umbra duorum.
Athlantisq; ruens de uertice plena propinqui
Cynthia conspecti splendebat imagine fratris.
Hic iterum genitor sacro ueneranda resoluit
Ora sono, stetit eximia dulcedine mundus
Captus, & æternos tenuerunt astra meatus.
Nate prioris, ait, solamen & optima uitæ
Pars mihi, qui læto cumulas nunc gaudia cœlo.
Quodq; ego non rebar facis, ut spectando beatus
Mortalem uidear mihi me fœlicior ipso.
Huc aures intende piar, & pectora ueri
Plena refer, mora nostra breuis, namq; inuida noctis
Vmbra abijt, pelagusq; operit iam fluctibus astra.
Omnia nata quidem pereunt, & adulta fatiscunt:
Nec manet in rebus quicquam mortalibus, unde
Vir etenim sperare potest, populusue, quod alma
Roma nequit. facili labuntur secula passu.
Tempora diffugiunt, ad mortem curritis, umbra

Vmbra estis,puluisq; leuis,uel in æthere fumus
Exiguus,quem uentus agat,quo sanguine parta
Gloria? quo tanti mundo fugiente labores?
Stare quidem uultis,sed enim rapidissima cœli
Vos fuga præcipitat,cernis quàm parua pudendi
Imperij pateant circum confinia nostri?
Hæc tamen heu quanto nobis extenta labore,
Nunc quoq; quàm multo uobis seruanda periclo?
Finge quod esse potest,& erit nisi fata benigni
Pœnitet incœpti.totius sola sit orbis
Roma caput,terris dominetur sola subactis.
Quid tamen hic magnum?tanto quid nomine dignum
Inuenis?angustis arctatus finibus orbis,
Insula parua situ est, curuis quam flexibus ambit
Oceanus,uiden' ut paruus cognomine magno?
Nec tamen hanc totam incoluis,nam multa paludes,
Multa tenent syluæ,pars rupibus hispida torpet:
Pars riget glacie,pars squalet inusta calore,
Serpentumq; domos calidus tegit æstus arenis.
Vtq; simul totum uideas,huc lumina uolue
Verticibus cœli aduersos,atq; alta ruentes
Cernis stare polos?subiectaq; cuncta duobus
Perpetuo durata gelu,prohibetur ab illa
Stirps regione procul,nil nascitur illic
Quod uictum præstare queat,qua semita solis
Latior,obliquusq; uagis it circulis astris.
Ignibus arua rubent,mediusq; exæstuat ingens
Pontus,& ardorem cœli malè temperat humor
Subditus,huc olim prisci finxére Poëtæ
Conuenisse Deos,potuq; ciboq; refector
Aethiopum cum Rege: grauis duxisse sub umbra
Athlantis placidam tranquillo numine noctem.
Quod fictum est ideò,quia numina magna putabant
Sydera, quæ liquidis primum uescuntur in undis
Aethiopum quas littus habet,mox fessa uidentur
Vergere ad occasus ubi maximus eminet Athlas.
Vltima terrarum, qui possidet,ille paratus
Excipit,ac magno uenientia contegit antro.
Sed redeo, mediam uetitum est attingere zonam
Aetheris,hinc etenim uos inclementia longe
Submoueat,ac circum flammis permixta tepescit
Frigora, sic gemina mortales sede fruuntur.
Altera sed uobis est inuia,separat illam
Et calor & pelagus,statio tantum unica restat
Parua,sed hæc uasto nimis interrupta locorum
Desertoq; habitu,linguarum dissona multum
Murmura,diuersi mores,hæc crescere famam
Impediunt nulli toto cognoscier orbe.
Contigit extrema quis erit benè motus in arthos:
Et uili ignotum continget nomine fontem?
Quem sua probatum commendet gloria, & idem
Littus ad Hiberum resonet?mortalia quorsum
Vota ruunt?amplam cupiunt diffundere famam,
Septa sed arcta uetant,angusto carcere clausos
Somnia magna iuuant, at cũ lux ultima somnum
Excutit,ac tenebras adimit,tum cernere uerum
Heu miseri serò incipiunt,& tempora retrò
Nequicquam aspiciunt abeuntq; amissa gemẽtes:
Illa quoq; in nobis ridenda insania mentes
Occupat,æternum cupitis producere nomen,
Secula demulcent animos numerosa,ueniatq;
Posteritas longa ante oculos,libet ire per ora
Doctorũ,extinctos hominum clausosq; sepulchro
Liberiore uia per mundi extrema uagari.
Viuere post mortem,uiolentas spernere Parcas,
Dulcia sunt fateor, sed nomine uiuere nil est,
Viuite,sed melius sed certius:ardua cœli
Scandite fœlices,miserasq; relinquite terras.
Hic uos uita manet,quam secula nulla mouebunt,
Quã nec tristis hyems,nec noxia torqueat æstas,
Anxia sollicitam quam non opulentia reddet.
Quærula non mœsta pauperias,pallida non mors
Obruet,aut nocuo uexabunt sydere morbi
Corporis atq; animi sine tẽpore uiuite:nam uos,
Et magno partum delebunt tempora nomen.
Transibunt citò quæ uos mansura putatis.
Vna manere potest ô casus nescia uirtus.
Illa uiam facit ad superos,hac pergite fortes,
Nec defessa graui succumbant terga labori.
Quòd si falsa uagam delectat gloria mentem:
Aspice quid cupias,transibunt tempora,corpus
Hoc cadet,& cædet indigno membra sepulchro:
Mox ruet & bustum,titulusq; in marmore sectus
Occidet,hinc mortem patiaris nate secundam.
Clara quidem libris fœlicibus insita uiuet
Fama diu,tamen ipsa suas passura tenebras.
Ipsa tuas laudes ætas uentura loquetur,
Immemor ipsa eadem,seu tempora fessa tacebit.
Immemoresq; dabit post secula longa nepotes.
Magna geris,maiora geres,immensaq; uictor
Conficies tu bella manu,& dignissima fama:
Res multis laudata quidem,laudandaq; multis.
Cernere iam uideor genitum post secula multa
Finibus Hetruscis iuuenem,qui gesta renarret
Nate tua,& nobis ueniat,uelut eminus alter:
Charus uterq; mihi,studio memorandus uterq;.
Iste rudes latio duro modulamine musas
Intulit,ille autem fugientes carmine sistet.
Et nostros uario cantabit uterq; labores,
Eloquio nobisq; breuem producere uitam
Contendet:uerùm multò mihi charior ille est,
Qui procul ad nostrum reflectet lumina tempus:
In quod eum studium,non uis pretiumúe mouebit.
Non metus aut odium,non spes aut gratia nostri:
Magnarum,sed sola quidem admiratio rerum.
Solus amor ueri,sed quid tamen omnia prosunt?
Iam sua mors libris aderit,mortalia namq;
Esse decet,quæcunq; labor mortalis inani
Edidit ingenio,quos si tamen illa nepotum
Progenies seruare uelit,senioq; nocenti
Vim facere,ac rapido uigilans obsistere seclo.
Non ualeat tàm multa uetant,fatalia terris
Diluuia & populos uiolentior æstus adurens.
Et pestes rerum uariæ cœliq; marisq;
Bellorumq; furor,toto nil orbe quietum
Stare sinens,liberis autem morientibus,ipse
Occumbes etiam:sic mors tibi tertia restat.
Quot modò in extremo claros oriente uel austro
Esse uiros rerisne? tamen ad uos mittere nomen
Non potuêre suum:quot prima ætate fuisse

Illustres

Illustres,famamq; ausos sperare perennem,
Nunc tamen ignotos? annorum nate locorum &
Estis in angusto positi,quæ cuncta uidentem
Huc decet huc animos attollere,uulgus inane,
Videris in terris,quo te sermone loquatur.
Despice quisquis is est,& si mea iussa merentur
Te docilem:humanum iubeo contemne fauorem,
Neúe ibi uel nimiam rerum pone tuarum.
Illecebris trahat ipsa suis pulcherrima uirtus.
Gloria si fuerit studiorum meta tuorum,
Peruenies equidem,sed non mansurus ad illam.
Præmia sin autem cœlo tua nate reponis,
Quo semper potiaris habes,sine fine beatus
Et sine mensura:sin tu dulcedine famæ
Tangeris,& stimulis etiam nunc pungeris istis
Quàm præclara tuo stet gloria fixa labori,
Polliceor,ueniet pretium tibi nate quod optas.
Illa uel inuitam fugias licet,illa sequetur.
Vt sub Sole uagum comitatur corporis umbra
Ipsa tui:quocunq; gradum tu flexeris,illa
Flectitur,& stat si steteris:sic fama uolentem,
Nolentemq; simul sequitur,sed nunquid ineptum
Dixeris arenti gradientẽ in puluere,ut umbram
Aspiciat post terga suam?non sanior ille est,
Qui terit ætatem frustra,corpusq; fatigat,
Aut animum curis onerat,nihil inde reposcens
Ni laudem,& uarios populi per compita uentos
Quæ nam igitur quæres mea sit sententia?dicam,
Ille erat,ut metam teneat licet inter eundem
Vmbra sequatur iter,uirtutis amore laboret
Hic alius,cœlumq; sibi sit terminus,& non
Gloria quæ meritos sequitur uel spreta labores.
Ergo agè,nate uiam tibi quã super ardua monstro
Ingredere,aut potius cœptum ne desere callem.
Publica res duce te uigeat,uictrixq; supremo
Cardine fortunæ sedeat,spectabit ab astris
Quicquid ages placidus Rex cuncta regentis olympi.
Lætus honore tuo,sed nullo lætior actu
Quam quòd te patriæ baculum superesse libanti
Nomen & hoc meritò Scipionis habere uidebit
Cognomenq; aliud tibi quot tua facta parabunt.
Insuper id moneo,memoriq; hoc imprime menti
Post studium recti,patriæq; parentis amorem
Proxima de charis tibi cura supersit amicis.
Pronus amicitias amplectere quas tibi uirtus
Conciliat,partesq; cole:hoc da nate roganti
Rebus in humanis nil dulcius experiere.
Alterno conuictu,& fido pectore amici.
Est equidem ex multis tibi nunc certissimus unus
Lælius,arcani sit conscius atq; minister
Ille tui,regat affectus,pectusq; profundum
Cernat inaccessum reliquis, post tempore multo
Lælius alter erit,domui claroq; nepoti
Charus,& eximio pariter coniunctus amore.
Hinc olim multi errabunt,parq; omnibus unum
Lælius & Scipio celebrabitur inter amicos.
Quos tulit extrema ueniens ab origine mundus.
Cum duo sint paria,& longo distantia tractu.
Suscipe tu primum,nec sis licet altus,amicum
Despice plebeium,quoniam de plebe uerendi
Surrexere uiri,quos nobilioribus æquos
Viua tulit uirtus,animusq; parentibus impar.
Dixerat,ille autem tua per uestigia quanquam
Ingressus,nunquam primo memor ipse decori
Defuerim,tamen admonitus uigilantior ibo
Quo me sancte uocas genitor,sed multa mouẽtem
Te factum tacuisse meum,pater optime miror.
Mœstior ille equidem,tua te dulcissime uirtus
Aspera cuncta pati doceat,quid fata reseruent
Vltima præclaro malis nescire labori.
Ingratam patriam,piget heu narrare pudetq;
Experiare licet,facili contentus abito
Vindicta non arma tibi,non castra mouenda
Et si fortè queas,præstat quamcunq; subire
Fortunam,patriam seruatam perdere noli,
Et meritum maculare tuum,fugat illa,recede,
Non reuocat,persta,sed præclarissimus exul
Viuens illarum moriens ulciscere uerbo
Dedecus & patriæ cineres,atq; ossa negato.
Ingratumq; uoca,memoriq; inscribe sepulchro.
Hoc liceat tantum,tibi nil permiseris ultrà.
Iamq; uetor traxisse moras,memor ergo parentis
Nate uale,& mitis surgentem dirige fratrem.
Isq; uiam post te tua per uestigia seruet.
Dixit,& æquabit fugientia sydera cursu.
Interea lux orta,super tentoria fulsit,
Irrupitq; Ducis durum rubicunda cubile.
Buccina castrorum cecinit,sonituq; tremendo
Attonitum subitò somnusq; paterq; reliquit.

AFRICAE FRANCISCI PETRARCHAE.

LIBER III.

IMpiger astrigerum postquam Sol pertulit axem,
Et rapidos immisit equos, cessere trementi
Sydera cuncta fuga:cõsurgit maximus Heros.
Singula pertractans animo quæ uisa per umbras
Intulerat nocturna quies,cur dulcia patri
Oscula non rapui?cur uertere terga parantem
Non tenui?prendiq; manu?cur ista ruit nox
Tàm citò,nec licuit placido sermone morari?
Multa petiturus fueram,quibus ultima campis
Agmina concurrant,seu qua regione profundi.
Quantũ in amicitijs fidei,quàm Barbara Regum
Pectora fida forent,qua nam tellure sepulchrum,
Quodúe genus mortis sors imperiosa reseruet
Vel mihi,uel fratri,qui sit patruelis amati
Exitus aut fatum:nam pridem est cognita uirtus
Omnibus an soli mihi nunc iniuria charæ
Impendet patriæq; nefas.at forsitan ista
Sit melius nescire mihi,ne conscia finis
Aduerso retrahat uirtus sua carbasa uento.
I modò quà cœptum est,patriæq; ignosce furenti,

Nescit enim quid agat, sic secum fatus, amicum
Accire properè Lælium iubet illicet ille
Affuit, atq; oculos taciturn frontemq; uerendam
Suspiciens immotus erat. charissime Læli
Magna animo uoluuntur, ait, quæ gessimus ambo
Sufficiant fortasse alijs, at quantula res est,
Italicas inter clades, miserandaq; fata
Hispanas fregisse acies? uacua ista pericło
Militia & matris quæsitum est dedecus armis.
Ni cœptum peragatur opus. timuisse uidemur
Horrifici ducis aspectum, & longinqua petisse
Prælia, non ausi patria concurrere terra,
Mœniaq; obsessæ defendere dulcia Romæ.
Exilium ne fugam, ne hostes ciuesq; uocabunt?
Nescio quid tibi nunc animi, quid roboris insit.
Sed mediocre aliquid nequeo sperare, sit ergo
Incœpisse alijs clarum, & memorabile fatum:
At mihi nil, satis est aliquid dum restat. iniquam
Hannibalem reuomentem animam prius ipse uidebo
Tu nostros placare ducet, Carthago profundo
Perfida subsidet, quàm pectoris ira quiescat
Alta mei: moriarq; libens, dum tristia possint
Morte mea æquari Pœnorum uulnera nostris.
Nunquid iusta Deus pro nobis tela mouebit
Tantorum uindex scelerum? num fulmina cœlo
Descendent? num periuræ densissimus Athlas
Telluris clypeus, mundi tutela nefandi?
Cedet sponte loco radice reuulsus ab ima?
Serpentumq; acies montesq; immittet harenæ
Ardentis? faciesq; uiam spirantibus austris
Num piger infames contorto uertice muros
Bagrada discutiet gelido uiolentior hiatu?
Scelestesq; animas ultricibus obruet undis?
Vicimus, imbelles teneant licet arma lacerti.
Bella Deus peraget, periuria crebra perosus.
Iam tamen hinc humeris onus hoc incũbere nostris
Prouideo, tædetq; moræ: sed multa necessè est
Scrutari, & longe uenientes cernere casus.
Africa tota odijs ardet: non littora portum,
Non domus hospitium præstat, non pabula terræ
Quocunq; intendas oculos, hostilia cernas
Omnia, quæ primum teneat nauilia classis?
Miles agros? ubi nostra duces tentoria figent?
Quis tutum monstrabit iter? quis rura, quis urbes
Edoceat? mores q; hominum quis fluminis alti
Ad uada præcedat trepidantes ire cohortes?
Singula sunt igitur studio tractanda sagaci.
Id primum tentare uelim, si Barbara corda
Vlla fides habitat, nomen fortasse Syphacis
Audisti, cunctos illum præcedere Reges
Fama refert opibus, nec aurũ sanguine quisquam
Altior incedit, populisq; uel ubere regni.
Is nobis tentandus erit, si fama Latini
Nominis in Lybicos potuit penetrare recessus.
Flectetur alloquio, precibusq; benignis.
Barbara nam q; etiam nõnunquam gloria mulcet
Pectora, & agrestes animos, ea littora nobis
Hostilem in patriam congressis: nam q; ea mens est
Optima reor, cœptoq; accommoda bello.
Hæc tibi cura datur uir optime, nam tibi sermo
Dulcis adest placidæq; ingens solertia mentis.
Perge animum placare ferũ, & melire loquendo.
Dixerat is raptim religans à littore funem,
Aequoreas superat fauces, qua littus Hiberum
Diuidit à Lybicis pelagi breuis æstus harenis.
Illa dies Maura proram statione recepit.
Hinc properè ad Regem niueis suggesta columnis
Atria surgebant, fuluo distincta metallo
Regia præfulgens.
Ordine gemmarum uario radiabat in orbem.
Hic croceos, illic uirides fulgere lapillos
Aspiceres, altoq; uelut sua sydera tecto,
Signifer in medio sinuosi tramitis arcu,
Aureus obliquos supremo culmine cursus
Assiduè faciebat, ibi ceu lumina septem
Quæ uaga mundus habet: septem uafer ordine gemmas
Clauserat ingenio nondum lapis optimus Atlas
Tardior hæc, gelidoq; seni magis apta placere.
Illa minax, longeq; rubens, astilla benignis
Ire uidebatur radijs, tecumq; serena
Luce coruscabat medio carbunculus ingens,
Aequabat solare iubar, largoq; tenebras
Lumine uincebat, mira uirtute putares
Hunc proprios formare dies, hunc pellere noctes
Solis ad exemplum. post hunc duo lumina motu
Splendebant parili, sed quod rutilantius ibat
Spectando subitos animis spargebat amores.
Cornua de fusco simuans adamante deorsum
Impigra præcipiti celebrabat luna meatu,
Atra quidem, at radijs circum illustrata supernis.
Hæc suprà, horrificis diuersa animalia passim
Vultibus & uarijs cernuntur sculpta figuris.
Cornibus intortis aries stat in ordine primus,
Deuexa in tergum facie, ceu mœstus in undis
Horreat egregia fluitantia membra puellæ.
Inde ferox taurus, faciesq; imposta natanti
Stirpis Agenoreæ, iuuenum mox clara duorum
Corpora progenies Lædæ, par nobile fratrum,
Quarta sed æquorei species uenit horrida caneri
Quem fons prærapidi sequitur metuenda leonis.
Post illum it uultu roseo pulcherrima uirgo.
At grauis hinc illinc extantia brachia libræ,
Instabiles paribus compensant passibus horas.
Scorpius hinc cauda perlustrat tecta minaci,
Ingentesq; aperit chælas, hinc Thessala monstra
Semiuiri informis species, cui uultus & armi
Sunt hominis, tonsoq; senex spectabilis arcu.
Horrifer occursu, pharetraq; incinctus & urna,
Infima pars quadrupes, iuxtaq; essurgit in altum
Forma leuis capreæ, rutilo cui cornua in auro
Effulgent, fissoq; riget pes ungue bicornis.
Post ingens nudi effigies, nimboq; migranti
Fronti uelata hominis uelut æthere pronus ab alto
Fundat aquas, factoq; natant in gurgite pisces.
Pectoribusq; secant caudiq; trementibus undas.
Signa poli duodena uago, dum lumine raptim
Collustrant, operiq; inhiant, & cuncta sequuntur
Vndiq; fulgentes auro, speciesq; Deorum
Et formæ Heroum stabant atq; acta priorum.
Iuppiter ante alios angusta in sede superbus

Scepira

Scepira manu fulmenq; tenens: leuis armiger ante
Vnguibus Idæum iuuenem, super astra leuabat.
Inde autem incessu grauior, tristisq; senecta,
Velato capite & glauco distinctus amictu,
Rastra manu falcemq; gerens Saturnus, agresti
Rusticus aspectu, natos pater ore uorabat.
Flammiu musq; draco caudæ postrema recuruæ
Ore tenes, magnos sese torquebat in orbes.
Nec procul ingenti diffundens cornua gyro
Atq; agilem arcendis Neptunus ferre tridentem
Cernebatur aquis, pelagoq; natabat in alto,
Tritonumq; greger, Nympharumq; agmina circum
Errabant procul, æquoreum uenerantia Regem.
Hinc quoq; iussus equus percusso mergere saxo
Litoream pedibus rapidis pulsabat harenam.
Proximus imberbi specie crinitus Apollo:
Hic puer hic iuuenis, nec longo tempora tractu
Albus erat sacer, ante pedes rapidusq; fremensq;
Stabat equus, quatiensq; solũ mandebat habenas.
At iuxta monstrum ignotum immensumq; trifauci
Assidet ore sibi, placitum blandumq; tuenti
Dextra canem, sed læua lupum fert atra rapacem
Parte leo media est, simul hoc serpente reflexo
Iunguntur capita, & fugientia tempora pugnant.
Nec non & cytharæ species angusta canoræ
Ista uidebantur somitum perducere ad aures
Et pharetra atq; arcus uolucresq; in terga sagittæ
Cirræoq; ingens Phiton resupinus in antro.
Hic etiam Graijs Italisq; optanda Poëtis
Dulcis odoriferæ lauri uiridantis in auro:
Vmbra nouem placido refouebat tegmine Musas.
Illas carminibus uarioq; manentia cantu
Sydera mulcentes alterna uoce putares.
Frater it hunc iuxta iunior, frons ipsa fatetur
Arguum, uirgamq; gerit serpentibus atris
Intextam caput insigni exornante galero.
Circundantq; pedes nitidis talaria plumis.
Gallus adest uigil, & cornu cadit Argus ab enses
Ad læuam noua sponsa sedens, faciesq; superbit
Egregia, & raræ lætatur imagine dotis.
Hæc propè Gorgonidum stat fabula nota sororum
Anguicomumq; caput fraterna Perseus Harpe
Obtruncans fisus speculo, & ceruice reflexa
Marmoreusq; senex, atq; ortũ sanguine monstrum:
Atq; latus sonipes. & Musis fons sacer almis.
Nec non funerei post hæc, Mauortis imago
Curribus insistens aderat furibunda cruentis.
Hinc lupus, hinc rauæ stridentes tristia diræ
Cassis erat fulgens capiti, manibusq; flagellum.
Hinc ignominiam, compertaq; furta dolosæ
Coniugis aspiciens, Vulcanus abire parabat:
Sed pede tentus erat claudo, quem turba Deorum
Vidit, & obliquum riserunt astra maritum
Cornua tollentem cœlo faciemq; rubentem
Pectora syderibus distinctum pauca uideres
Hispida crura rigant pedibus terit antra caprinis.
Et pastorali baculum fert more recuruum
Texta sibi ex calamis sonat ingens fistula septem.
Parte alia sua scepira gerens Regina Dearum
Chara Iouis soror & coniunx angusta sedebat.
Hinc sublime caput uelatum est nube decora.
Discolor aspectu quam circum amplectitur iris:
Pauonesq; pedum dominæ uestigia lambunt.
Proxima terrificæ species armata Minervæ
Virginis ut perhibent, dextræ æui longior hasta
Et cristam galea alta mouens, hanc Gorgonis ora
Cristallinis habens clypeus tegit, inq; tenebris
Prospectante Dea uolitat nocturna uolucris
Cecropiusq; noua frondescit campus oliua.
Hæc cerebro prognata Iouis Veneriq; pudendum
Illudit genus, & primordia fœda sororis.
Nuda Venus, pelagoq; natans, ubi prima refertur
Turpis origo Deæ: quondam lasciua gerebat
Purpureis ornata rosis, uolucresq; columbas
Semper habens, nudisq; tribut comitata puellis.
Quarum prima quidem nobis auersa, sed ambæ
Ad nos conuersos oculos uultusq; tenebant.
Innexæ alternis percandida brachia nodis,
Nec puer alatus, nec acutis plena sagittis
Post tergum pharetra deerat, nec mortifer arcus
Ille unam ex multis iaciens in Apolline fixam
Liquerat, hic superi rumpebant astra fragore:
Trux puer in gremium charæ genitricis abibat.
Inde choris Dryadũ nemus omne Diana replebat
Horeades, Pauisq; leues, Satyrisq; frequentes,
Plaudebant in circuitu multumq; Dianæ
Dilectus uiridi flectebat cespite pastor.
Fonte miser nitido pulcherrima membra lauantem,
Viderat Actæon, rapido mox ipse repentè
Dente canum laceratus erat, sibi cerua cadebat.
Sacra deæ in Scithica non sit placabilis ara.
Vltima, sed mater Cybele, cui gratior Ida
Nulla fuit tellus, magno grandæua sedebat
Corpore consistens elaui, sceptroq; uerenda:
Vestis honos uarie Phrygijsq; ex turribus altam
Gestabat capiti, sobolis fœcunda coronam.
Namq; omnes peperisse Deos, ipsumq; tonantem
Hanc ueteres memorant, liceat si uera fateri
Hæc eadem senes utero, uariante Gigantes
Protulit, infandas mundo per secula pestes.
Curribus hæc agitur domita ceruice leonum.
At procul inferni moderator turbidus orbis
Sulphureo insistens solio tenebrosa regebat
Tartara, quem iuxta coniunx inamœna sedebat.
Rapta olim, ut fama est, Siculi sub uallib. Aethnæ.
Hic dolor, hic gemitus animarum amissa luentum.
Et claustrit distincta nouem pallentia regna
Cernuntur, flygijq; nigræ stant gurgitis unde.
Tristior hac Acheron flaclu perlabitur atro,
Concretam limo cogens fluitare paludem
Cocytusq; gemens lachrymoso flumine auernum
Circuit hinc oriens, & ripis antra pererrat.
Vmbrarumq; choros, nec non Phlegetontis adusta
Gurges aqua tacitiq; satus obliuia latè
Funduntur. Christiq; animas qui transuehat amni
Puppe senex fusca residet remoq; gubernat.
Hæc rex cuncta uidet flygius cum coniuge torua
Per tenebras longè aspiciens & lurida pascit
Lumina supplicijs uarijs, sæuosq; ministros
Imperio exagitat: cui nox tristia quæq;

Et fune, & torto famulantur stamine Parcæ.
Sub pedibusq; triceps iacet atræ ianitor urbis
Hæc uarijs insculpta modis atq; ordine miro
A superum regnis centrum, perducta sub imum
Lælius aspiciens puro nil uilius auro
Agnoscit, pedibusq; premit quæ rara putantur.
Inde procul magnæ transcursis finibus aulæ
Peruenit ad Regem, solio tunc ille superbo
Surgit, & amplexum cupidè petit hospitis, inde
Considunt, placito mox Lælius incipit ore:
Optime Rex tanto quem sors dignatur amico,
Quantum non alium rediens Sol littore ab Indo,
Dum petit Hesperium despectans cuncta cubile,
Aut uideat uidit mens aut nisi cæca uidebit.
Suscipe, ne uanas abeant mea uerba per auras.
Maximus in magno Scipio notissimus orbe,
Te saluere iubet, si quid sanctumq; piumq;
Est usquam, si pura fides, si cura decoris
Durat apud gentes. populo sunt largiter uni
Omnia, sed populi summum uir possidet unus.
Roma caput rerum, Scipio dux summus in illa est,
Haud equidem conficta cano, nũc ille tuam Rex
Poscit amicitiam, uidisti qualia Pœnis
Pectora sint, quàm fluxa fides. mihi crede secundos
Bellorum euentus, si quos Deus ille Deorum
(Auertat fortuna) daret: tibi pessima regni est
Conditio, & multis obnoxia uita periclis.
Et modò terror eos non spiritus ullus amoris
Continet: at nulla Romanis certior ars est,
Quam seruare fidem. nil illa est charius, amplæ
Diuitiæ nobis dulces numerantur amici.
Testis adest paruo distans Hispania tractu,
Testis & Ausonia est: at tu nunc Africa nostram
Experiare fidem, & populi promissa togati.
Ipse tibi nostra nihil opportunius usquam
Cernis amicitia, procul absumus unde timeri
Tædia rara queant, si poscimur, ampla paratis
Classibus exiguo transmittimus æquora uento.
Nostra ubi tempus erit, medio radiantia campo
Improuisa tuis occurrent hostibus arma.
Præterea nisi sæua uiam quam sternimus ultrò
Obstruit ac medios fortuna intercipit actus:
Fixa manet populo sententia tollere turbas
Regum, atq; indignis sceptrum extorquere Tyrannis.
Omnia ut ad paucos redeant, nam Rege sub uno
Optimus est patriæ status, & malè uiuitur inter
Regnantum sine lege greges. tunc Africa tandem
Omnis ad unius redeat moderamina Regis.
Cætera prætereo, nam quis te dignior alter
Littus Atlantæum rubrasq; intricaret umbras?
Munera quin etiam ne despice fortis amici,
Is tibi namq; Apulis rapidum sub finibus ortum
Mittit equum, bellis habilem: qui cursibus Austros
Aequat, & infesto uenientia tela tonante.
Iungit equo phaleras, niueo monilia collo
Aurea Samnitico quondam prærepta tyranno
Addit & arma uiros, rigidis fortissima uenis
Quas aperit uario præfertilis Ilua metallo.
Aspice nigrantem galeam, gladiumq; nitentem:
Aspice quàm tutum tegit ingens lamina pectus,
Vt faciles ocreæ, uarijs ut purpura bullis
Intertexta micat, ferrumq; obnubit opacum.
Ferreus ut fuluo stimulus splendescat in auro.
Vt procul hasta ferit, clypeusq; ut uulnera curuo
Excutit obiectu chalybum. Romana deinceps
In bellum fer signa precor, fœlicibus ista
Sumpseris auspicijs, magni Scipionis amicus
Hoc petit ille uolens hoc te tua Roma precatur.
Iunge fidem, fœdusq; feri, sit faustus utrisq;
Iste dies, gemina semper celebrandus in ora
Europæ, Lybiæq; bonus. Sic ille locutus
Conticuit, uocemq; simul uultumq; remisit.
Tunc rex blandus ait, uestrum Romane libenter
Propositum amplector, nec amici munera tanti
Despicio, uestramq; fidem, sed iungere fœdus
In partemq; noui subitò transire pericli
Sponte mea uereor, nisi primum cernere coram
Magnanimum facis ipse Ducem, mihi summa uoluptas
Victricem tetigisse manum, quæ fœderis obses
Fida sit, & pignus uenturæ in secula pacis.
Scimus quanta quidem uirtus, quàm clara per orbem
Fama uiri nullus Romano illustrior usquam
Viuit in imperio, nullusq; potentior alter
Flectere uoce animos, & pectora fronte mouere.
Tangimus & meritis, & nomine tangimur ipso,
Optamusq; ducis congressum, dextera dextræ
Hæreat, atq; oculis oculi, permixtaq; uerbis
Verba sonent, faciatq; fidem præsentia famæ.
Nam neq; usq; adeò sunt corda ferocia nobis
Pectore sub nostro, nec mens tàm Barbara uiuit:
Vt non pulchra oculos moueant, spectataq; uirtus
Alliciat, capiatq; animos. me maxima regni
Cura tenet dubij, finesq; excedere auitos
Circumfusa uetat regio fœcunda Tyrannis.
Iuissem uisurus eum, nec gloria facti
Parua foret, tantum quæsisse per æquor amicum.
Ille igitur quem degeneris non lenta morantur
Frena metus, quem ferre mali patientior ætas
Aspera quæq; monet, si nostri est cura per undas,
Tuta uia est, sociam, si quid mihi credis, ad aulam
Colloquium petat, & sermone fruatur amico
Interea tamen ad nostras accedere mensas
Vmbra monet crescens, & pars extrema dici.
Dixit, & exurgens solio dextramq; benignè
Apprendens stratis sublimen ex more locauit
Purpureis. notum mox ampla per atria signum
Dat tuba: conueniunt famuli, turmæq; frequentes
Discurrunt, non una dapes, non pocula simplex
Cura fuit uariare uiris, pars aurea gestant
Vasa manu, pars cristallo splendentia puro.
Ast alij effossos gemma crateres in ampla
Implebant spumante mero, quod miserat olim
Ipsa parens Meroë Phœbo succensa propinquo.
Ardescit splendore domus, fremituq; redundat.
Talis apud mensas (nisi testem spernis Homerum)
Cœna fit Alcinoy: sedet illic blandus Vlysses,
Lælius hic hospes mellito affabilis ore.
Vix dum finis erat dapibus, cum comptus in ostro
Astitit argutus iuuenis, patrioq; canoram

Increpuit de more lyram dulcedine mira.
Obstupuere omnes, sonitum mox uerba secundant.
Maximus Alcides postquam fera monstra per orbem
Perdomuit, fecitq; uiam sibi uiuus ad astra:
Euacuans saltus Nemeos, Lernamq; paludem,
Terribilesq; diu umbrosi colles Erimanthi
Faucibus Hemoniæ scissis, clarisq; duabus
Vrbibus euersis, stratisq; bimenibribus altis,
Et cæso Gerione ferox. dignatus ad istas
Ferre gradum terras, & nostra pericula tandem
Discutiens, patrijs Anthæum extinxit in aruis:
Libertas hinc nostra uenit, teterrima pestis
Herculea compressa manu, tuta omnia latè
Liquit, & insolitis patuerunt rura colonis.
Omnibus ex actis pacati conscius orbis
Ipse sibi. Limenq; petens interritus orci.
Cominus horribilemq; ausus spectare Megæram
Haud procul à nostris, memorandum, finibus altè
Erexit geminas pelago turbante columnas
Vtq; pererrati foret illic terminus orbis
Edixit fueratq; diu, sed nuper ab orco
Vesanus ueniens iuuenis, conuellere metam
Est ausus, nomenq; ideò mutare nequiuit
Herculis autoris. Lybiæ cui rura tenenti.
Longæuus nimioq; Atlas sub pondere fessus
Deposuit cœlum ac stellas, sic ipse quieuit
Nec sibi longa quies: nam mox dulcedine captus
Heu miser, atq; oculos ausus uidisse Medusæ.
Vertitur in scopulos, nunc stat quē cernimus ipsi
Magnus, & ingenti tellurem contegit umbra,
Immensoq; iacet spatio porrectus, & astra
Vertice tangit adhuc, illum uix hospita semper
Et nymbi atq; auræ quatiunt, & fulmina & nubes
Non tamen ipse diu post casum mansit inultus
Vltor ab Arcadia nam Palladis arte tremendi
Colla tulit monstri Lybicas cruor ille nefanda
Infecit sanie tabi stillantis harenas.
Sic nocuit mundo uiuens moriensq; Medusa
Post regina Tyro fugiens his finibus ampla
Mœnia construxit, magnam Carthaginis urbem
Ex re nomen ei est: mox aspernata propinqui
Coniugium Regis, cum publica uota suorum
Vrgerent, ueteris non immemor illa mariti
Marte pudicitiam redimit, sic urbis origo
Oppetijt Regina ferox, iniuria quanta
Hinc fiat, si fortè aliquis quod credere non est
Ingenio confisus erit, qui carmine sacrum
Nomen ad illicitos ludens traducat amores
His igitur fundata modis urbs tempore creuit
Exiguo, ac rebus semper coniuncta secundis
Inuidia exciuit ualidas in prælia gentes.
Tunc acres uixere uiri, quos inter amore
Insignes patriæ fratres Carthago Philenes
Nunc colit extinctos, numerumq; auxisse Deorum
Extimat, ac gemini ueneratur nominis aram.
Hi patriæ uitam cupidi si fortè negassent
Plura Cyrenæo cecidissent millia campo.
Vltima nunc bellis agitur feruentibus ætas,
Nec mare quod sæuit medio, nec iuncta Charybdi
Scylla rapax, Italis Pœnos à finibus arcet.
Hannibal æterno dignus cognomine montes
Perfregit latios, atq; inuia rupit aceto
Saxa prius, strauitq; uiam legionibus aptam.
Hic ubi syluestres soleant titubare capellæ
Concursum est totiens, iam sanguine rura madescunt
Iamq; rubent fontes, Italis iamq; altior aruis
Exerit herba caput. subitò dimissus ab astris
Cum iuuenis memorandus adest, patriæq; ruinas
Fert humero. uidet hunc claris Hispania factis,
Africa iamq; audit, sic nunc ui uicta duorum
Stat fortuna Ducum: sic iam sub pondere nutat.
Finis erit quem fata dabunt, sed magna parantur
Huc ubi perduxit carmen cytharista repentè.
Subticuit, digitoq; lyram percussit inanem.
Plausus ad hæc sequitur procerum, populiq; fauentis.
Rexq; iterum Lybicos audisti ex ordine casus
Hospes ait: nostræq; uides primordia gentis.
Græcia si dictis est debita nostra retexe
Principia, nostrosq; duces. hic leniter ille
Subridens, quam congeriem Rex optime rerum
Exigis? an breuiter nostros audire triumphos
Fortè putas breuior narrantibus exeat annus
Tu petis anguste conferre in tempora noctis
Cuius magna retro pars est, tum lingua uolentem
Deserit, impediunt curæ, sonusq; laborq;
Non uacat hæc inter tempus sermone tenere.
Quis facilè Italiam per secula longa frementem,
Tuscorumq; acies, & tot Samnitica bella:
Ac totiens uerso fugientes agmine Gallos
Explicet? aut nostros & in hac tellure labores
Et pelagi medio: quos sors contraxerat ambas
Protinus infesto coëuntes remige classes.
Aut quas infœlix passa est Hispania clades,
Plena cadaueribus nec habentia flumina cursum:
Assiduæq; noui fumantia cædibus arua
Quæ nostri fecere Duces, annalibus altis
Tantarum capitur uix pars millesima rerum
Quos si fortè iuuat, Tarpæia mittet ab arce
Scipio transcriptos, ibi nam custodia templi
Publica nostrorum seruat monumenta laborum.
Illic multa leges, quæ sint licet ampla, putato
Esse minora tamen uero, nec teste citato
Est opus, acta patent, scriptorum copia nunquam
Romano fuit in populo, quos grauis abundè
Orbis habet nostris, facere est quã scribere multo
Dulcius, atq; alijs laudanda relinquere facta
Quàm laudare alios: quin angustissima libris
Si quis interdum uideas quæ gessimus illos
Externæ scripsere manus, at Græca Latinis
Addita res nequeunt tantas æquare loquendo
Ingenia, hoc uestro maneat sub pectore certum.
Nunc quantum nocturna patet sermonibus hora,
Principia expediam. Teucrorũ à sanguine longæ
Gentis origo uenit, uictrix quem Græcia bello
Ditior ad patrios muros sparsisse bilustri.
Et fortassè aliquis iam tanti criminis ultor
Natus in Italia est: sed nunc ad cœpta reuertor.
Naufragio ex tanto, uixq; ex tot millibus unus
Integer euanuit sine crimine: namq; ubi Troiæ
Matris adhuc phrygio fumabat littore bustum.

Iamq́ ciuis facilem incipiẽs glomerare fauillam,
Inclytus & claris multum spectatus in armis
Dux Anchisiades, cui non uia prona salutis
Viribus aut proprijs, aut urbibus esset amicis.
Destituit patriam lachrymans, charamq́ cubilis
Consortem, & passus terra casusq́ tremendos
Errores q́ uagos & mille pericula ponti.
Impiger Ausonias tandem tamen attigit oras.
Isq́ ubi belligerum Latij sensere colonj
Troiugenam: externoq́ uiro lauinia pactos
Reddidit amplexus: sacro pia flumine membra
Deseruit moriens, puer hunc excepit Iulus
Succedens, illumq́ alij: sic omnia Regum
Tempora fluxerunt longam qui mœnibus Albam
Sub sceptris habuere suis ad Tybridis undam.
Donec magnanimus posuit noua mœnia pastor,
Vltor aui, uindex scelerum, quẽ nostra parentem
Dixit, & æthereas defunctum traxit ad arces
Posteritas, raptoq́ tulit sua thura Quirino.
Fundamenta uides urbisq́ exordia nostræ,
Quos tibi nũc sermone duces? quæ nomina fando
Exequar? innumeram uideo concrescere turbam.
Præcipuè ex quo libertas tulit ampla uirorum
Semina nobilium, & tranquilla pauit in urbe
Ingentes animas. stellatæ sydera noctis
Et pelagi fluctus, & harenas littoris antè
Enumerem, quàm cuncta quibus mea Roma superbit
Nomina clara Ducum, Curios fortesq́ Camillos,
Et Paulos bello claros, Fabiosq́ trecentos,
Quos simul una dies patriæ subduxit egenti.
Torquatosq́ truces, Lepidos, durosq́ Catones,
Fabricios modico contentos. Indica cursu
Nomina quæq́ dedit cœlo demissa uolucris.
Marcellosq́ animi illustres, Graiosq́ feroces:
Et regulos fidei plenos, quæ nomina belli
Fama tulit prisdem uestras, nisi fallor, ad aures.
Et qui magna procul transcendũt omnia summos
Scipiadas, quos alma domus Cornelia cœlo
Extulit: atq́ hominum superis æquauit alumnos
Vnde Ducum dux ille genus trahit. est mihi magnus
Enumerare labor uel nomina sola domorum.
Quòd si gesta uelim percurrere digna relatu
Quantus erit? non usquam mihi ferrea lingua est
Nec tibi sunt aures, at ne fortasse putentur
Exemplo caruisse fides, quam uestra Philenis
Fratribus altisono cecinerunt carmina cantu:
Pauca sed è pleno longè repetentur aceruo
Namq́ olim aut uento terram impellente latenti,
Aut causa quacunq́ alia, prærupta uorag̃o
Romano patefacta foro, conterruit urbem.
Stebant attoniti pleno circum agmine patres,
Vndiq́ sollicitum, prægrandia uolucre saxa.
Vulgus anhelabat, pars conuectare canistris
Tellurem, magnasq́ trabes. nil molibus ullis
Cum fieret, simul ira Deum manifesta moueret
Consilio superum uisum est compescere pestem
Dum pauidi responsa petunt, consultus Aruspex
O præclara nouis gens, inquit, territa monstris.
Hoc specus explendũ est. non qua ratione putatis:
Quid iuuat aggestu lapidum, & telluris inani
Flectere uelle Deos? nonsi Tarpæius in imas
Sexq́ alij latebras descendant ordine colles,
At super incumbat grauis Apenninus & Aethna
Finis erit, sunt quæ uobis pretiosa dehiscens
Fossa petit, paucis plenus concurret hiatus.
His dictis riguere animi, pallorq́ per omnes
Mœstus erat: multi gemmas, aurumq́ ferebant:
Argentumq́ alij, namq́ hæc meliora putantur
Inter inexperta, & uerorum ignara bonorum.
Corda hominum quot cæca ligat terrena cupido,
Nigraq́ corporei quot carceris occupat umbra?
Vnus ibi ante alios iuuenum fortissimus altè
Exclamat, quæ tanta animis ignauia cæcis?
Vilia pro charis, pro magnis parua tulistis.
Nil opus est auro, fœdis quod terra cauernis
Euomit, aut lectis inter deserta lapillis.
Vnum ego uos moneo: nobis uirtute uel armis
Nil melius tribuisse Deos, hæc summa profectò
Hæc uerè Romana bona, & si summa reposcunt,
Arma uirumq́ dabo, dicens hæc, lumina cœlo
Erexit, templumq́ Iouis quod præsidet arci
Suspiciens, tendensq́ manus sursum atq́ deorsum:
Atq́ omnes superosq́ Deos, manesq́ precatus
Ad quos tendebat. ualidum calcaribus ultrò
Vrget equum, barathroq́ uolens infertur aperto.
Arma ruente uiro lucem sonitumq́ dedere.
Fit strepitus, coëunt ripæ, & iunguntur in unum,
Virq́ sequens tremulæ pars ultima transilit hastæ,
Ceu quondam in modico cœlũ splendore dehiscit,
Et uelut ætherei referat penetralia mundi:
Inde repentino transcurrens turbine flamma
Visa fugit, cœloq́ redit sua forma sereno.
Hic tibi uir quantus, patriæ quem reddere uitam
Ac uiuum terræ liceat dixisse cadauer.
Cernis & armatum stygios inuisere lucos.
Curius in nostris fuit hic annalibus ingens.
Vis referam Decios, quorum prior ille latinas
Fortè uidens acies nostrorum terga prementes
Constitit ingemuitq́ ferox, mox magna precatus
Numina, deuotum medios se misit in hostes
Victato capite, & succinctus more Gabino.
Ipse quidem in gestis prosternitur undiq́ telis
Nobis morte sua uictoria contigit illo
Certa die, secumq́ simul mens cæca tremorq́
Omnis in aduersos subitò transisse Latinos
Creditur, ipse habitu horrifico spectabilis atro
Celsus equo, specieq́ humana angustior ire
Visus erat. Decus id paruo post tempore natus
Iure uelut proprio pugnantibus agmine Gallis
Rettulit, & nomen patris, & pia facta secutus.
Quin etiam clara compellans uoce parentem
Traditur ad mortem indubiam per tela per enses,
Gallorumq́ aciem, & cuneos penetrasse fremẽtes.
Secum ad uictores fuga transijt & metus & mors.
Tertius inde nepos, ut auitis atq́ paternis
Accedat titulis, quamuis obscurius illi
Fama dedit nomen, simili pietate Lucanus
Strauit opes. simili descendens tramite ad umbras
Sic tribus in campis: totidem patet ordine ciues
Et palmam peperisse nece, & perijsse uolentes.

O genus

O genus eximium, dignum cui secula cuncta
Rite canant laudes, cui nulla obliuio sensim
Obrepat, seriosq́ uetet celebrare nepotes.
Cætera nota tibi, ac passim uulgata relinquo.
Vidisti, neq́ enim tam longa interuenit ætas,
Vt nequeas uidisse quibus fortissimus olim.
Regulus expositus seruarit sacra fidemq́
Supplicijs, quanto patriæ inflammatus amore.
Heu bene nate senex, nunquam tua fama peribit,
Tu moreris, tamen illa tibi mansura superstes
Viuit & æternum uiuet.
Quanquam quid genera, atq́ uiros memorare necesse est?
Cum sæpe ad certam legiones currere mortem
Viderimus monstrante Duce, & sua fata docente:
Ire licet clamante uiri, uetitumq́ redire est.
Nec flexisse animos, ideo nec lumina quenquam:
Prærapidoq́ leues iussse in uulnera saltu.
Romanum est si nescis opus, contemnere casus
Fortuitos, placidè uenienti occurrere morti.
Spernere quæ gentes aliæ mirantur & optant:
Contrà autem amplecti quæ formidanda uidetur.
Vincere supplicia, & tristes calcare dolores,
Sponte mori potius, quàm turpem degere uitam.
Dixerat ille autem, medio interrumpis & auferr
Plurima, quid Regum nostrorum extrema relinquis?
Hospes ad hæc: fateor fortunas quærere Regum
Regius est sermo, tamen hæc breuitatis amore
Transieram, tibi sed suspecta silentia forsan
Neue putes ideò quòd nostris regibus ausi
Insultare sumus nos fortè cupidine prædæ
Incensos, nomen sceleri quæsisse decorum.
Accipe uera rei fuerit quæ causa nouandæ.
Libertas optata diu, nunquam ue petita,
Mulcebat splendore animos, sed sceptra premebant:
Efferaq́ imperijs urgebant regia duris.
Impendens capiti miserorum & torpor inertes
Caperat: immemoresq́ sui, pudet illa referre
Pertulimus quæ mœsta domi: pudet omnia rursus
Dicere quæ campis alienis castra sequentes
Rege sub infando iugulis fumus impia pasti
Mancipia & segnes animæ, nihil ille putabat
Per scelus horrendum titulos quæsisse superbi
Criminibus in sæua nouis cognomina mundo
Ingeret, patriæq́ suæ proli qualia monstra
Millia tot pariter quibus omnia peruia uirtus
Fecerat: ac turbam cui tot fortuna parabat.
Et cui tot Reges populosq́ subegerat, unum
Indignum timuisse caput, nutusq́ prophanos
Obseruasse sacris pro legibus, haud ita Regem
Mellifice uenerantur apes, fucosq́ nocentes
Atque leues culices arcere à finibus ausæ
Quæ domanum mellis trepidum sæpe atq́ pauentem
Excludunt, omnes Regem tamen intus inermem
Exiguumq́ timent, illum admirantur, & illum
Militiæq́ domiq́ colunt, & regia semper
Atria circumstant, humerisq́ in nubila tollunt.
Nos quoq́ sic nostri timor & reuerentia Regis
Continuit, donec permixta superbia luxu
Creuit, & intumuit turpis luxuria fastu.
Tunc mora nulla uiris uisum est succidere ferro
Hanc saniem, medicasq́ manus in uulnera ferre.
Quæque sub imperijs steterit inconcussa superbis,
Victa sub obscœno cecidit patientia facto.
Regius infami iuuenis præcordia flamma
Succensus, uulnusq́ trahens malesanus acerbum:
Nocte sub ambigua matronæ limina castæ
Intrat, & exceptus placidè, nil tale uerentem
Vi superat, uoti compos, spoliumq́ pudoris
Fœminei referens, & opacæ gaudia noctis:
Letus abit, furti tacitè sibi conscius alti.
Illa dolens, uitamq́ simul corpusq́ perosa,
Et membris irata suis, uas uile pudendæ
Fœmina luxuriæ uiues dicebat, & in te
Semper adulterij uestigia fœda manebunt?
Et poteris spectare thorum, quo rapta fuerunt
Omnia chara tibi? uir, uirtus, fama, pudorq́.
Quin obis, & tristem potius precor effuge lucem
O anima infelix, inimicaq́ claustra refringe.
Hæc sibi clàm quæsta est, subitò patremq́ uirumq́
Euocat, id siquidem cupiens, ut testibus illis
Corporis inuisum liceat deponere pondus,
Roma patrem, longinquaq́ uirum tunc castra tenebant
Cui dum fortè redit properans iam patre reperto
Nuncius occurrit, dominaq́ ex ordine uoces
Narrat, atrox facinus, sed quod non nouerat ipse
Euenisse domi, raptimq́ opus esse reductis
Patre uiroq́ simul, stupet ad mandata maritus
Coniugis, incertusq́ animi, sub corde uolutans
Quid sibi fata uelint, aut quid fortuna mineturr
Procedit diuersa putans, & limine primo
Inuenit attonitum socerum, pariterq́ uocati
Ibant, & paribus curis alterna loquentes.
Illicez aduentu mulier commota suorum
Profudit lachrymas, mox percontante marito
An ne satis sospes? minimè, nanque omnia dixit
Perdidimus, pretiosa simul, nil dulce remansit,
Præreptaq́ pudicitiaq́ hæc perijsse fatendum est
Heu miseræ fiant fœda tuo uir optime lecto
Signa aliena uiri. fuit hoc uiolabile corpus,
Integer est animus, mors testis, porgite dextras
Et præstate fidem, scelus hoc ne turpis ad umbras
Auferat impunis: tumuloq́ insultet adulter.
Ex hinc indignans transactæ crimina noctis
Explicat, atque adhibet uerbis lamenta precesq́
Consolante uiro mœstam, facinusq́ negante
Esse ubi mens pura est, ego me sic crimine dixit
Absoluo, sceleris pœnas euadere nolim:
Exemploq́ mei non uiuet adultera Romæ.
Dixit, & eductum latebris qui uestle latebat
Pectore sub niueo gladium moribunda recondit.
Et ruit in capulum, uelut hoc releuare pudorem
Vulnere prostratum ualeat, sic nota parentem
Fama refert uolucrem, proprio de sanguine natos
Extinctos diræ morsu serpentis ad auras
Tollere, & illorum exequijs expendere uitam
Horrida conclamant cernentes uulnera, luctus
Exoritur, tremuitq́ domus sub murmure tanto.
Brutus ibi solus lachrymas, & inania uerba
Castigat, uir egregius, celata sub alto
Pectore cui uirtus ingens erat, ille cruentum

Feruidus educens spumanti uulnere ferrum,
Attollenśq manu, superos summuḿq tonantem
Iuro ait, hunćq olim castum intactuḿq cruorem
Quod flammis ferróq genus, soboleḿq domuḿq
Regis, & inuisum caput, ac Diadema superbum
Nunc, post hac semper, mihi dum lux ista manebit
Persequar æternis odijs, nec regna tenere
Ille potest, poterit manus hæc dum tela mouere.
His dictis alios eadem iurare coëgit.
Mirantes unde hæc audacia tanta repentè
Pectore sub Bruti: uel quo de fonte ueniret.
Conuocat hinc ciues, triste & miserabile uisu
Protrahit in lucem populo spectante cadauer.
Ostendit́q alijs gladium pulmone tepenti
Vndantem, pectuśq alijs, uulnuśq profundum
Admonet, hunc natæ, iubent hunc meminisse sororum
Coniugis est alium, pignus cui norat amoris
Esse domi prædulce aliquod, quo regia pergant
Acta docet, fastíq ferox adiuta libido.
Ira dabat stimulos, & rebus consona uerba,
Purpura cæde madens, palloŕq & frigida membra:
Et patris atque uiri, spectacula cruda mouebant,
Omniáq exuperans fortis uiolentia Bruti.
Illum igitur quoque gradum desiderat, ingens
Turba sequebatur ferro succincta uirorum:
Fœmineiq́ greges crudelia fata gementes
Qui's fuerat celebri spectata Lucretia fama.
Quid morors historia est multarum maxima rerum.
Hoc Duce, pelluuntur Reges, exu'q́ senex́q
Tarq uinius moritur, nati omnes, diráq coniunx,
Supplicium scelerum non una morte luerunt.
Corruit in cineres Regis domus alta superbi.
Regnorum hic finis, post hæc meliora sequuntur
Tempora, & hinc nostri libertas incipit æui.
Annua perpetuos strauerunt iura Tyrannos.
Sæuáq legitimæ fregerunt sceptra secures,
Atque unum peperere duo, geminata modestos
Ferre magistratus subitò noua signa uideres.
Primus iuit fasces auctor qui primus adeptæ
Libertatis erat, studio feruauit eodem
Denique quos peperit natos, qui regia mallent
Imperia, afflictos uirgis, truncośq securi
Compulit ad mortem pro libertate serena.
Tam simul infelix genitor, quàm ciuis honestus:
Tam rigidus Consul, quàm libertatis amator.
Idem post Regis sobolem fera bella nouantem,
Regnáq uel tali repetentem iura paterna
Obuius excepit, iuueneḿq superba minantem
Vulnere lætali transfixum compulit orco.
Sed dum torua fremens, odióq assensus in illum
Irruit, alternæ non uidit cuspidis ictum.
Ac pariter cecidere truces, at fortior illum
Immoriens Brutus resupinum corpore texit
Victor ad extremum: sic immemor ille pericli,
Euit infandam inde animam, & ferus ultor ad umbras
Perfide Tartareas ferro sequar inquit acuto
Talia per meritum sexum simul omnis & ætas
Fleuit, & insolitis strepuerunt rostra querelis
Præcipuè tamen, ut proprium luxere parentem
Vltoreḿq pudicitiæ gratissima matrum
Agmina, nec longum cesserunt mœsta per annum.
Nunc manet his Bruti semper uenerabile nomen.

AFRICAE FRANCISCI PETRARCHAE.

LIBER IIII.

NIERAT, tunc Rex iterum placidissimus inquit:
Magna quidem memoras, uideo quantum infima summis,
Et quàm sint Romana alijs dissentia facta.
Sentio præterea quid fœmina uestra pudica.
Morte uelit, ne cuncta sibi iam candida Dido
Arroget, aut iuuenis terræ demersus iniquæ.
Omnia ne nostris contingant clara sepultis
Fratribus occurrunt, genitor natuśq nepośq
Vnum de cunctis miracula maxima transit.
In turbam potuisse animos descendere tantos.
Plus hominum suprema dies quàm cætera terret
Hunc uirtus prædura solet minuisse pauorem.
Vix tamen hæc cunctis usquam uix contigit uni.
Publica sed uobis eadem est fiat unica uestris.
Mens exercitibus pro libertate tuenda
Recta fronte mori, sed quid super omnia longè
Nosse uelim, egregij uitam, & Ducis acta moderni
Præteris, hoc igitur precor hoc edissere nobis
Qui mores, quæ fortuna uiri, quis pectoris hospes
Et animus, quæ maiestas iuuenilibus annis
Insita, namque unum nobis hoc crebrior illum
Fama tulit, tum præcipuè quæ gesserit Hybero
Nuper in orbe refer tibi si notissima posco,
Omnia si præsens spectasti, & cernere soli
Cor licet arcanum, quoniam nil protinus ardens
Cælat amicitia, at tu nunc festina parumper.
Nox subsiste precor, Lælius dum pulchra uelatu
Eloquitur, teneat niueos aurora iugales.
Et contenta senis gremio iacuisse mariti
Det spatium uerbis, solitó́q iocosior ille
Vxorem roseam complexibus alliget arctis.
Vidit ut intentos animis atque auribus omnes
Lælius, & nullo concussa silentia motu.
Incipit: heu quanto tam grandia iussa sequenti
Est opus eloquio: mihi non facundia torrens
Largáq Cæropiæ contingit Græcia linguæ
Maximus insano iuueni uigilauit Homerus.
Rusticus egregio uigilat nunc Ennius, atque
Dignus ut hic Graio sic dignior ille latino
Vate fuit: precone autem fortassis Achilles
Indiget, hic nullo, surgit sua fama sine ullis
Artibus, ińq dies crescunt preconia, nec me
Pallit amor, ueniet tempus cum libera cælo
Fama uirum tollat: stimulis nunc forsitan ille
Inuidiæ sed grata magis iam cœpta sequamur.
Nulli unquam natura uiro tam larga fuisse
Creditur, æthereo corpus splendore nitescit.
Imperiosa Ducem frons arguit aspera blandum

Vnde

Vnde simul uibrant unum duo lumina fulmen
Quod nullus sufferre queat, coma densa per armos
Protinus ad Solem uentis ferientibus aurum
Explicat impexum, quoniam cassiśq sudoŕq
Et labor assiduus prohibent, animuśq modesto
Contentus, cultuḿq timens transisse uirilem.
Celsior est alijr, quotienśq in prælia uentum est:
Spem procul ipse suis sublimi uertice præstat.
Terret & hostiles acies, spem quippe metum
Ille habet aspectus.
Pectoris est qualem petit ingens spiritus aulam.
Cætera conuemunt, humeros & brachia cernas
Militis altifici, licet inter milia mille
Videris hunc, uerum ualeas cognoscere Regem.
Iste decor nimius multos trepidare coëgit
Immemoreśq sui, tenuit dulcedine quadam
Insolita, tacitośq diu conceptáq uerba.
Distulit, aut alio deflexit calle loquentes.
Pulchrior est etenim mortali corpore longe
Atq hominem supra, uix illum fulgidus æquat
Iuppiter, aut puro pharetratus in æthere Phœbus.
Ista tamen quia parua uiris, spernendáq formæ
Commoda sunt, fileo. nullus spectasse serenos
Ipse suos cernes, ueriśq minora locutum
Medices, datur hæc illi nam gloria soli.
Nominibus quia cum noceat præsentia magnis
Hunc super attolit, cuius si quæritur ætas,
Nondum tridenum fateor peruenit ad annum
Omnis in ascensu est crescens cum tempore uirtus
Iam sua nunc senibus grauitas mutanda scueris,
Atque iuuentuti leuitas optanda serenæ est
Hostibus asperius nihil est, nil dulcius inter
Charorum affectus, siue illum tela mouentem,
Siue armis positis uultos spectabis apertos.
Quid potius deceat dubiter, hunc prospera nunquam
Extulit, aut strauit iaculis fortuna molestis.
Vnus utrobiq́ est eadeḿ mens permanet & frons.
Rebus in ambiguis, rebus tranquilla secundis
Spernit opes, populi uentosos spernit honores,
Gloria uera placet dulces conquirit amicos
Hæ sibi diuitiæ sunt, quas solet ille perennes
Qua peperit seruare fide, modò fama per omne
Voluitur Hesperiam, iuuenem uenisse superbis
Dijs similem, cui uis hominum non nulla resistat,
Quique etiam placida quoscunq́ subegerit armis
Vincat amicitia.
Vincitur ut cœlo species telluris opacæ.
Florida si omnes tellus premit Itala terras
Vtq́ miter cœli pars purior una serenit
Italia sic Roma potens præfulget in ipsâ,
Soĺq uelut radijs fulgentia sydera uincit,
Scipio sic omnes superat, fiat uera fateri
Non illum nostrò iuuenem de more creatum
Dixeris, at́q ideo non omnia falsa locuta est
Fama uirum super astra leuans, nam protinus alto
Persuasum est multis hominem hunc descendere cœlo.
Nam quid cuncta sequar, piget illa minuta referre.
Fabula sed uulgo nota est, pulcherrimus anguis
Obuersatus enim matris perspe cubili
Dicitur, & uisus multis mouisse pauorem.
Suspitióq frequens hinc iam uulgata per urbes
Diuum partus oritur, cui scilicet ipse
Aeditus ni lucem puer, & mox maximus idem
Vir similis nulli diuinis rebus apertam
Atq animo facit ecce fidem, spectatáq rursus
Religio, & uitam mos obseruatus in omnem,
Naḿq ubi Sol oritur, solus solet ille remotis
Omnibus in cellam Iouis, augustissima nobis
Tarpeióq colle sedet: cui sacra pauentes
Rite sacerdotes celebrant, securus ad aram
Intrare, & limen foribus firmare reductis.
Hic quasi multa loquens tempus terit, inde repentè
Digreditur, summośq animośq portendere uultum,
Cœlesteḿq oculos uideas præferre uigorem.
Ipse spei plenus, si quid tunc instat agendum
Aggreditur, certośq solet promitere magnis
Successus bellis: ueluti sibi numine ab ipso
Promissos, multis equidem sic pectora campis
Accendit, tribuit́q animos, & posse coëgit
Quòd modo non poterant, uires mens firma ministrat.
Niĺq ualent artus, nisi quod dedit illa ualere.
Sæpe ego conspexi cum iam ferienda retrorsum
Terga darent acies, & Signifer ipse trementi
Vix regeret uexilla manu, rapuisse magistro
Pila ducem pauido, & medias penetrasse phalanges
Clamantem: Deus ecce præit, sequimur ne uocantem
An fugimus? sequar ipse libens, victoria soli
Continget promissa mihi: & si fata uetabunt
Vnus ego emoriar, uos en fuga libera, post me
Viuite degeneres, aliter moritura iuuentus.
His dictis redijsse acies, & pectora morti
Oppositisse uiros, sic uincere sæpe coactus
Tantus amor Ducis est, tantus pudor urget in arma,
Nanque ubi perpendunt quanta est constentia mentis
Quanta fides superum, quàm præsens Iupiter illi
Consistunt, iussúq Dei remeare putant se.
Hæc propter cum multa adeò tractauerit olim
Ardua, nulla acie uictum dum primus in illa
Dux foret, assiduis meminerunt secula bellis.
Casibus hic quoq́ nunc quantum sibi fortè futuris
Præsumat, seu quos iubeat sperare laborum
Euentus audire uelis: Carthaginis altæ
Mœnia iam quatit, ille animo iam scandere in arcem
Cogitat, ac pelago tiubantem inuoluere Byrsam:
Vt leo seu nitidam in pratis errare iuuencam
Præcipiti stimulante famæ, seu turbidus hostem
Fortè lacessitus iaculis prospectat, & iras
Supprimit, ac rabiem frenat, dum proximior sit
Interea tamen absente nondum unge cruento
Dilacerat, mordet́q oculis, ac tecta pererrat
Viscera, & inuisum minuit per frustra cadauer.
Sic noster mihi crede leo nunc æstuat, ullas
Nec metuit uires, tantum ne præda uel hostis
Auffugiant timet, at́q aditus circumspicit omnes.
Omma posse putat quæ uult quæcunq́ putauit
Posse, potest: igitur peragit quæcunq́ cupiuit.
Optima sola tamen cupit & pulcherrima facta.
Quid iam de pietate loquar, quæ cognita patri est.
Et patriæ, uarijs olim spectata periclis?
Sed duo nunc tetigisse sat est, furor hostis acerbi

Flenda

Flenda Cisalpinis iam Gallica rura colonis
Vastabat:Romam iam flamma padocenus ardens,
Et capitolinas fumus perflabat ad arces.
Maximus huc nostri genitor ducis,ipse malignis
Mittitur auspicijs,quia multa patentibus aruis
Congredimur:superat Pœnus,perijsset in illa
Dux acie,nisi natus agens tunc circiter annum
Octauum decimumq́;,ferox tellure iacentem
Transfixumq́; latus,media de morte parentem
Eripuisset(opus pueri)mediosq́; per hostes
Fecisset mucrone uiam. Iam fata premebant
Vltima,iamq́; minax ferro,facibusq́; potentem
Hannibal Italiam confecerat,atra cruentus
Cannarum & nostro famosus sanguine uicus.
Vulnera uisceribus latijs inflixerat,omnem
Spem metus expulerat,ueluti cum fluctibus almis
Succubuit,cœliq́; graues pelagiq́; tumultus
Non tulit,horrescunt nautæ pallorq́; per ora
Funditur,ac trepidos angit noua cura magistros.
Quà rapiat sibi quisq́; fugam,seu littora saltu,
Seu scopuli saxosa petens iuga parua propinqui,
Seu residens trunco,disiecti turbine claui
Enatet,& rabido committat brachia ponto:
Talis erat nostræ status urbis,talia nobis
Consilia,heu quantas tracturus mole ruinas
Imperij nutabat apex,quid uera fateri
Distulerim?coeunt iuuenes,Princepsq́; Metellus
Conuentus,fuga sola placet,terrasq́; nocentes
Linquere,& Hesperiam uictori tradere Pœno:
Quod simul innotuit,ceciderunt corda, tremorq́;
Omnibus incessit gelidus,tum fortè Tribunus
Militiæ,uix dum teneras lanugine prima
Exornante genas,erat imperterritus unus
Scipio,dumq́; omnes dubijs succurrere rebus
Consulerent inopes animi, tempusq́; pauentes
Extraherent sermone uago: quo pergimus inquit,
Egregius iuuenis?non tempora longa supersunt
Consilij,sed facto opus est,quin stringimus enses,
Ite precor mecū proceres,quibus ultima cura est
Vrbis & imperij,uestigia nostra sequantur,
Publica res nondum perijt,taliq́; iacentes
Erexit sermone animos,consurgimus omnes
Consequimurq́; Ducem:non illo celsior ibat
Amphitrioniades cum dura rebellibus olim
Prælia semiferis,& grandia tela moueret.
Imus,& ut trepidi uentum est ad tecta Metelli,
Irruit ipse prior,stabat tremefacta pudendis
Consilijs intenta manus,uix mœsta sonabant
Murmura,uix pauidum feriebat lingua palatum:
Qualis inest captis color,aut fiducia frontis
Quos fera terribili addixit sententia morti.
Illi equidem miseri trepidant,lætiq́; propinqui
Casibus attoniti,spectant tamen omnia circum
Quà fugiant(quando illa patet uia sola salutis)
Tunc super insultans stricto mucrone tremendus:
Iuro,ait,ætherei per numina summa tonantis,
Me nunquam dum uita mihi dum membra manebunt
Deserturum urbis Romæ,Italiæq́; labores,
Passurumúe alios, & nunc tibi Quinte Metelle
Iurandum est pariter.uel si fortasse recusas,
Hac moriere manu,uobisq́; nouissima uenit
Omnibus ista dies:gladiumq́; erexit,& omnes
Contremuere metu.facti Dux ipse Metellus
Diriguit, res nempe ferox inopinaq́; mentes
Presserat.haud aliter quàm si Iouis ira trisulcum
Torsisset male firma domus in culmina cœlum:
Nec secus irati ciuis tremefecit imago
Hannibalis,quàm si uictritia signa uiderent,
Impendere sibi mortemq́; & uincla minari
Ergo in uerba simul quo iusserat ordine iurant,
Dux prior,inde alij,mirè sic ille pudendam,
Compressit uirtute fugam,uix sextus ab illo
Annus agebatur,quo patrem à morte reduxit.
Occiderant almæ duo maxima lumina Romæ
Scipiadumq́; ingens uno prope tempore nomen
Obruerat fortuna nocens,Hispanaq́; tellus
In dubijs amissa fidem mutarat auitam,
Millibus ex tantis procerum consurgere nullus
Nullus ad immense reparandum uulnera cladis
Audebat præstare manus,tum filius ultor
Et patris & patrui nomen dedit,isq́; Pirenem
Transgressus maiore animo quam uiribus, omnem
Retulit Hesperiam populi sub iura Quiritum
Qua duo lata patens inter distantia multum
Aequora porrigitur:uel qua longissima tractu
Ad uestrum est hinc uersa more,Herculeasq́; columnas
Illinc perpetuus nomen debentia flammis
Ad iuga consurgens Gallorum prospicit arua
Quicquid in his habitat terris hominum uel opum uel
Hostibus ereptum fortuna iudice nostrum est.
Vt tamen ex multis decerpam pauca decoris,
Vrbs sedet,Hispano posuit quam littore primus
Hasdrubal,& magnæ nomen Carthaginis illi
Imposuit,cuius partem ualidissima cingunt
Mœnia,parsq́; maris rapido defenditur æstu.
Huc opes Pœni pompas,huc signa uirosq́;
Contulerant,atq́; arma duces:quia siue per undas,
Siue per explicitos instarent prælia campos,
Opportuna foret,belloq́; aptissima sedes.
Antiquam leuo prospectans tramite matrem.
Proximus huc etiam populus confugerat omnis
Tuta petens,ceu cum primas incendia flammas
Attollunt,piceusq́; uolans replet æthera fumus.
Diffugiunt quos dira fugat uicinia pestis
Euacuantq́; domos,secum pretiosa ferentes,
Et testudineam concurrunt undiq́; ad arcem.
Huc famæ signantis iter uestigia seruans
Scipio contendit,neglectaq́; cætera linquens
Hanc petit,huc acies ducit Romanaq́; circum
Castra locat,parumq́; leui struit aggere uallum.
Mira loquar,sed uera tamen,non mœnia crebris
Turribus,& ualido circumfirmata paratu,
Militis ut ardor,sua fata extrema uidentes
Custodumq́; acies,& propugnacula mille:
Acturbanda procul ferientes castra balistæ.
Scandentem muros,perq́; omnia tela ruentem
Sustinuere Ducem, breuior non contigit ullis
Mœnibus obsidio,siquidem primordia bello
Vna dies finemq́; dedit:non tecta reliquunt
Ocyus imbelles Ioui instimulante columbæ

Armigero,aut pauidi uenientem ad lustra leonem
Diffugiunt lepores subitò,custodia portæ
Deseritur,pauci ualidè se mœnibus atris
Occultant,alij fugiunt,totamq́; per urbem
Sternuntur uario complentur cuncta fragore,
Pugnantumq́; simul strepitu, gemituq́; cadentum.
Qualis ab Aethiopum rapidis cum tollitur austris
Littore tempestas nostrum casura sub axem,
Apparet metuenda procul,mox proxima nubes
Decidit,& mixtis descendunt fulmina saxis:
Iamq́; tument amnes,iam qui modo segnis abibat,
Quilibet alta fremens imitatur fulmina torrens.
Turbati agricolæ fugiunt,ingensq́; superne
Terror agit miseros pereunt armenta furentis
Fluminis obiectu,quos quæ trementia uoluas
Lumina terrifici disiectis nubibus ignes
Præstringunt,morsq́; ante pedes,nec flectere quoquam
Possis iter:nec stare queas, hinc luctus & horror,
Lugubresq́; procul resonant per nubila uoces.
Multa sub hoc tempus micuerunt indole clara
Signa Ducis manifesta noui,uir quantus in armis
Et quantus post bella foret nanque arma mouente
Milite ab aduerso,non Mars uiolentior urget
Infesto temone trahas,nec acerbior Hebro
Spumantes immergit equos,uerùm arce reclusa
Hostis ubi ad ueniam proiectis concidit armis,
Ilicet extinctus cecidit furor,iraq́; cessit
Pulsa animo, ferrumq́; manu:sic atra serenat
Nubila pacifico despectans Iuppiter ore,
Continuoq́; silent uenti fugiuntq́; procellæ.
Sol nitet,emergunt fuscis sua noctibus astra,
Et mundo sua forma redit:iam uictor ad arcem
Tranquillus uoluebat iter,Romanaq́; celsis
Turribus affigi uictritia signa iubebat.
Post hoc sacra Deis meritaq́; rependere grates
Instituit,stabat cinctus de more sacerdos,
Lataq́; deuoti feriebat pectora tauri.
Compellans ad sacra Iouem,Phrygiosq́; penates,
Romuleamq́; animam:custosq́; ex ordine diuos
Custodes latij quorum capitolia curæ
Credita perpetuæ mundi caput esse merentur,
His actis grates meritas & debita soluit
Præmia militibus,uirtus,ut alatur honore
Haud equidem ignarus.fuerat mos ille uetustus
Romanis Ducibus primo seruatus ab æuo:
Inualidas turresq́; altis cum mœnibus urbes
Cingere obsidio cui primum scandere muros
Seu uirtus,seu fata darent proponere dictam
Nomine mirabilem de re ueniente coronam.
Hoc pretij prædulce genus,quia gloria mentes
Erigit,immemoresq́; omnis facit una pericli.
Id modò prospiciens animos Dux talibus ardens
Impulerat stimulis,sed enim fastigia uictis
Apprendisse duos manibus uox publica & ingens
Ortus erat castris studio uariante tumultus
Hunc illi:contra illum alij laudare fauentes.
Sic ubi uulnificus ferientes dentibus aprum
Eiectum caueis, & opacis sentibus acres
Eripuere canes certatim,omnesq́; per artus
Explicuere solo,strepitus consurgit ab alto
Spectantum iuuenum,quis primum figere morsus
Clunibus hirsutis ausus,quis prendere saltu
Hispida terga feri,quis primum haurire cruorem,
Pugna canum sit,de meritis uenantibus unà
Illi uictores latratum in nubila tollunt.
Scipio turbatos cuneos atque arma frementes
Agnoscens uirtusq́; noui non parua duelli
Semina discordes raptim ad prætoria turmas
Conuocat.& uerbo surgentes comprimit iras.
Quin,ait,amborum uirtus tam clara uirorum
Eminet,ut cunctis longè post terga relictis
Officiat,sibi sola quidem ut debita neutri est
Fama uel ambobus,quod dignius esse putamus
Nam prior est quem nemo præit,sic ore sereno
Fatus,& amborum pariter uiridante corona
Tempora circumdat, simul impetus omnis & ira
Concidit,hunc finem tristes habere querelæ.
Haud aliter quàm cum ualidos in prælia tauros
Excitat inuidia,& dilectæ candor amicæ:
Cornua tentantur truncis mugitibus auræ
Complentur, tunc ampla fouent armenta duobus.
Et partem fecere boues,si prouidus iras
Præsensit,rapidosq́; agnouit pastor amores,
Tempestiuus adest & blando murmure metus
Temperat,ac pugiles uictrici fronde coronat,
Et sua placatos procul inde per arua remittit.
Interea lachrymosa cohors, miserabilis ingens
Fœminea audita est, gemitu sua mœnia complens.
Hic pius infremuit iuuenis,gessitq́; patronum
Ipse pudicitiæ,tutæ committitur arci
Omnis ab incursu metuens sibi sexus & ætas
Indignus auxilij populus custodia sanctis
Et mandata uiris,uetitumq́; sub ora uenire
Fœmineum uulgus quòd lumina blanda pudori
Insultant, castiq́; oculis flos rapitur oris.
Id modò permetuens longè captiua relegat
Agmina:proh superi, mortali in pectore quanta
Maiestas,spectate senem iuuenilibus annis.
Nam simul ætatis stimulos,floremq́; uirentis
Blanditias perferre graue est,mihi crede,frequenter.

AFRICAE FRANCISCI PETRARCHAE.

LIBER V.

MOENIA magnanimus uictor trepidantia Cirthæ
Ingreditur, primosq́; lares & auita tuetur
Tecta libens,generis chara incunabula primi
Milite confestim ad portas custode relicto.
Ipse altam cupidus raptim tendebat ad arcem.
Sic stimulante fame lupus amplum nactus ouile,
Intima dum penetrat,socium prædæ atque laboris
Linquit,& ingressu quo tutior abdita fidis
Corpora deducat latebris mergenda palato.
Ventum erat ad miseri felicia tecta Tyranni

Quæ merſo malefida uiro Regina tenebat.
Hæc ſubitis turbata malis in limine uiſa eſt
Obuia uictori, ſi quam fortuna pararet
Tentatura uiam duræ leuamina ſortis.
Vndique ſydereis gemmis auroq́ nitebant
Atria, non illo fuerat Rex ditior alter.
Dum tenuit fortuna fidem: nunc fidite lætis
Pauperior non alter erat: tamen omnia longè
Regia præradians uincebat lumina coniunx.
Ille nec æthereit unquam ſeparandus ab aſtris,
Nec phœbæa foret ueritus certamina uultus
Iudice ſub iuſto: ſtabat candore niuali
Frons alto miranda Ioui, multumq́ ſorori
Zelotipæ metuenda magis, quàm pellicis ulla
Forma uiro dilecta uago: fulgentior auro
Quolibet, & ſolis radijs factura pudorem.
Cæſaries ſpargenda leui pendebat ab aura
Colla ſuper, rectoq́ ſenſim lactea tractu
Surgebant, humeroſq́ agiles effuſa tegebat.
Tunc olim ſubſtricta auro certamine blando,
Et placidis implexa modis ſic candida dulcis
Cum croceis iungebat honos, mixtoq́ colori
Aurea condenſi ceſtiſſent uaſcula lactis
Nixq́ iugis radio Solis conſpecta ſereni
Lumina quid referam præclaræ ſubdita fronti
Inuidiam motura Deis, diuina quod illis
Vix inerat, radiansq́ decor qui pectora poſſet
Flectere quo uelit, montesq́ auferre tuendo
Inq́ Meduſæum præcordia uertere marmor.
Africa ne monſtris caruiſſet terra ſecundis
Hoc planctu confuſa nouomodo dulce nitebant
Dulcius ac ſolito, ceu cum duo lumina mixta
Scintillant pariter madido rorantia cœlo
Imber ubi nocturnus abit geminata ſupernè
Leuiter aërei ſpecies inflectitur arcus
Candida purpureis imitantur floribus almæ
Lilia mixta genæ, roſeis tectumq́ labellis
Splendet ebur, ſerie mira, tum pectus apertum
Leue tumens, blandoq́ trahens ſuſpiria pulſu.
Cum quibus inſtabilem potuit pepuliſſe precando
Vnde nequit reuocare uirum, tum brachia quali
Iuppiter arctari cupiat per ſecula nexu.
Hinc leues longæq́ manus teretesq́ ſequaci
Ordine ſunt digiti proprium q́ ebur exprimit ungues
Tunc laterum conuexa decent & quicquid ad imos
Membrorum iacet uſque: pedes illoſq́ moueri
Mortali de more neges, ſic terra modeſtè
Tangitur, ut teneræ pereant ueſtigia plantæ:
Aethereum ceu ſeruet iter, ſic nube coruſca
Obſita magnanimum Venus eſt affata tonantem.
Naufragio nati ſeu morte impulſa nepotis
Dulcis opem ſperare patris, dum Troia per undas
Dum ſubterraneo tremuit pia Roma tumultu:
Hac igitur forma nulli ceſſura Dearum
Occurrit inueni mulier, nec cultus in illa
Segnior effigie, uarijs nam purpura gemmis
Intertexta tegit Reginæ pectora mœſtæ.
Et dolor ipſe decet miſeram, nec cuncta placere
Tempore felici poterat magis, illicet ergo
Vulnus inardeſcens totis errare medullis
Cœperat, æſtiuo glacies ceu lenta ſub æſtu,
Cera uel ardenti facilis uitrina camino
Linquitur, ille tuens, captiua captus ab hoſte
Victaq́ victorem potuit domuiſſe ſuperbum.
Quid non frangit amor? quis fulminis impetus illi
Aequandus? iamq́ illa gradu prouecta trementi
Eſt affuſa Ducis genibus, quem uultus & arma
Aediderant, comitumq́ fauor, plauſuſq́ ſequentum:
Arreptaq́ manu ſubmiſſa uoce locuta eſt:
Si mihi uictricem, fas eſt attingere dextram
Captiuæ uiduæq́ tuam, per numina ſupplex
Cuncta precor miſerere mei, nec magna rogaris
Vtere iure tuo, captiuam mortis acerbæ
Carceris aut duri licet hanc abſumere ſorte.
Eſt etenim mihi uita mori, lux ne iſta placeret
Fata coëgerunt: ſtatui nimis inuidia noſtro.
Tu quocunque libet iubeas, genus elige dignæ
Mortis, & hoc unum prohibe, ne uiua maligno
Seruitio calcanda ferar: ſunt fortè ſorores
Rex tibi, quas referat fortunæ iniuria noſtræ
Ante oculos inuicte tuos, namque & ſua nobis
Fata fuiſſe uides, ſuccedunt triſtia lætis.
Nec tamen ullorum fuerim præſaga malorum.
Ipſa tibi fauſto in finem precor utere regno.
Et natis tranſmitte tuis, nullusq́ nepotum
Armet in inſidias animum: mihi turbida regni
Vltima fortunæ nimiumq́ aduerſa priori
Contigerint, damniſq́ meis laſſata quieſcat.
Mitior hinc alijs, mihi ſed Romana fuiſſe
Scis odia, armorumq́ ſolent me dicere cauſam,
Materiamq́ ferunt belli, nec falſa querentur.
Eripe ludibrio miſeram, manibuſq́ ſuperbis
Eripe, deq́ meæ ſpecie Rex inclyte mortis.
Tu cui fata fauent, cui mens ſe deuouet ultrò
Videris: hæc inter lachrymis perfundere terram
Cœperat, auratis ſuffigens oſcula plantis.
Immemor armorum iuuenis, cui martius ardor
Exciderat, grauidumq́ nouæ dulcedine formæ
Pectus, & inſolitis ardebant uiſcera flammis.
Suſpirans Regina, precor iam luctibus inquit,
Pone modum, trepidumq́ animo ſecludе pauorem.
Parua petis, ſed magna, feres, nam forma genuſq́
Maieſtaq́ animi, dignam cui plura petitis
Largiar inſinuant: igitur Regina manebis
Et noſtri memoranda thori per ſecula conſors
Ni renuis, noſtroq́ nocet uetus ardor amori.
Hic humilem complexus heram, multumq́ diuq́
Ora ſalutiferis referentem triſtia plantis
Subleuat illachrymans, unde iſta potentia cæco
Tanta Deo? tantum ne leuem ualuiſſe pharetram.
Vt iecur inuicti per tot fera prælia Regis
Vulnere traiectum tenui proſterneret intra
Fœmineum imperium? uultu tandem illa remiſſo
Incipit: ô Regum decus, auxiliumq́
Dum meruit patriæ, nunc terror maximus idem.
Si mea poſt tantos unquam conſurgere lapſus
Fata queant, ſpesq́ una foret poſt damna ſuperſtes
Quid mihi uel longa potuit contingere uita
Lætius; ad talem quàm ſi tranſlata maritum
Dicerer, & fauſta ſubitò euaſiſſe ruinas?

Sed quid

Sed quia fata premunt, & noſtris debitus annis
Finis adeſt, mihi chare animos attollere fractos
Deſine, non tali pelago conuulſa ratis nat.
Fortunæ mihi nota fides, ſat magna petenti
Dona dabis mortem, quæ libertate retenta
Perferat hanc animam directo tramite ad umbras.
Romanum fugiſſe iugum mihi meta precandi eſt:
Cætera non auſim tibi, ſed pro talibus ille
Rex ſuperum meritis gratis exoluat opimas,
Qui mea magnifico tranſcendere uota fauore
Niſus erat: uultum hæc dicens auertit, & illum
Compulit in lachrymas iterum, ſed parce dolori
Parce ait, & noſtris oculis, quos fletibus iſtis
Mens refugit, terræq́ iacent nil ſuſpicit altum.
Tu tamen intendas animum melioribus, ibit
Fortè alio fortuna nocens, aditumq́ relinquet
Ad magnos placata gradus, ſi dura quod horret
Mens omnem ſors illa uetat, tunc ultima ſera
Mors dabitur promiſſa tibi, per ſydera teſtor
Alta poli, Regumq́ fidem, manesq́ Deoſq́
Talia uix tremula confuſus uoce peregit,
Hinc ſeſe uacuam tulit irrequietus ad aream
Quis queat inſtabiles animorum noſcere flexus
Quos ferus urget amor? non illos turbidus æquet
Euripus, & non ſcylla frement, non dira charybdis
Nempe procelloſi maleſanum pectus amantis
Nulla quies habitat, non lux tranquilla dierum,
Non ſua ſigna poli, non noctis imago ſerena,
Non ratibus clauum, non tutus littore portus
Horrida perpetuò facies turbata tumultu
Vndiq́ naufragium ſcopuli clademq́ minantes
Impiaq́ aduerſis diſcordant æquora uentis.
Heu miſeri, quibus hunc ſubitò uoluuntur & illuc
Incerti pelagi atq́ uiæ. Iamq́ tecta ſupremi
Intima Rex thalami, ſecretaq́ lumina ſolus
Intrarat, tacitusq́ ſedens, dum ſingula ſecum
Pertractat, qua nam ille fidem perſoluat amanti.
Difficilem uidet eſſe uiam, nam territat illum
Captiuæ ſtatus, & miſeræ fortuna mariti.
Romani mens alta Ducis, tum nota pudici
Pectoris integritas, illam metuebat amori
Aduerſam reperire ſuo, ſed dura catenis
Euinctum ualidis lex imperioſa trahebat,
Cernentem ſua fata procul. Ceu uictus in alto
Nauita, qui mœſtus ſcopulos, ſyrtesq́ uadoſas
Ante oculos uidet ipſe ſuos, nec flectere proram
Arte ualens ſolita, uentoq́ impulſus & undis,
Omnia deſperans, fortunæ mandat iniquæ.
Et clauum, & remos, & uela fluentia nimbo,
Ac lachrymans in puppe ſedet: ſic naufraga regis
Mens hæret compulſa quidem, nec flectere quoquam
Orſa ualens, gemitu ſic longam concitus horam
Exegit uario: nunc ora nitentia coram
Cernere Reginæ, nunc dulces fingere uoces
Ipſe ſibi, pedibus nunc oſcula preſſa, manuſq́
Leniter apprenſas, lachrymoſaq́ pectora flentis
Duleibus undantesq́ oculos arſiſſe fauillis.
At medias inter curas, niſi forte uerendi
Frons aderat dilecta Ducis, tunc improba tergum
Spectabat, & domitis ſtabant præcordia flammis.
Sicut ubi ardenti gelidus ſucceſſit aheno
Humor aquæ furor ille ſilet, paulumq́ tepenti
Stat ſimilis, mox aucta ſuas incendia uires
Exercet magis atq́ magis: ſic ille tumultus
Pectoris oppreſſus, ſtimulis agitantibus ijſdem
Fortior admotas rationis ſpernit habenas.
Ergo uulnifico reuerentia ceſſit amori
Præſentiſq́ decus formæ, & damnoſa uoluptas
Abſenti prælata Duci eſt, capit illicet ager
Conſilium, factiq́ uiam deprendit inanem.
Et ſecum, quid lentus agis? ſpecioſa hymenæus
Coniugia, & lætos blandus modò Iuppiter annos
Obtulit ecce tibi, ſatis eſt meminiſſe laborum,
Exul, inops, profugus, regno ſpoliatus auito:
Per mare, per terras, per mille pericula ſupplex
Regibus ac populis multos erraſſe per annos
Gaudeo, iam tempus fuerit forteſsè quietis.
Nam ſi cuncta breuis numerentur triſtia uitæ,
Nullus erit toto te nunc annoſior orbe.
En regnum fortuna tuum quo dulcius illo
Perfruere diu, longo poſt tempore reddit.
Depoſitumq́ refert, hoſtem qua nulla uoluptas
Maior. habes uictum, uitæq́ & mortis in ipſum
Arbiter es, qui chara tibi tulit omnia ſolus
Omnia nunc redeunt, ſimul hic poſſeſſor iniquus
Regna gemens reuomit, nitidiſq́ ſimillima Nymphis
Fœmina, præterea primo ſpoliata marito.
Bellorum ſic iura uolunt, occurrit & ardet
Si liceat, ſed multa timet ſibi conſcia ſortis.
Nempe uerecundè petit id quod uoce negare
Viſa fuit metuens: heu qualis forma gementi
Quamq́ decent lachrymæ, quid maieſtatis in illa eſt
Et quid læta foret, qualis Regina ſuperbo
Alta ſedens ſolio, ſi gloria ſupplicis ingens
Captiuæ ſi tantus honos, proh dulcis amantum
Vita, nec alijus concordia rupta querelis.
Vna quidem facies ſemper mens una, duobus
Vna quies unuſq́ labor, non pulchrius orbe
Par fuerit toto, niſi nos obliuia formæ
Forte tenent noſtræ, genus & mens omnia tandem
Conueniunt, caſuſq́ graues mollire ferendo
Conuenit, atq́ ætas ſpatio diſtincta quod ipſis
Coniugibus gratum eſſe poteſt, quodq́ ipſe notaui.
Conuenit ille etiam qui ſummis infima ſolus
Aequat amor, propera, nec enim tibi forte timendum eſt
Ne tua condemnet fori iuuenilia furta
Scipio, quin iuuenem iuuenis miſerebitur ultrò
Viderit & lachrymas ueniam præſtabit amori.
Coniugium fortaſsè ſacrum, non furta uocabit.
Reginamq́ thori ſociam uenerabitur olim.
Mitior ille dudum ſimul hoc affatus, amicos
Conuocat, atq́ animos aperit: iubet omnia raptim
Expediant modico conuiuia culta paratu.
Atria non reboant, non tuſcus ad æthera clangor,
Non comitum fremitus, non alta palatia turmis,
Non crebræ micuere faces, fax uſiit amantes
Vna duos, lachrymis mox extinguenda duorum.
Pulcher Athlantæo properans ſub gurgite mergi
Heſperus optatam noctem referebat: iniquos
Aſſuetus perferre dies, & amantibus hoſtis

Inuidia

Inuidia lucifери dum nomina ſuſcipit aſtri.
Mentibus heu quantum noſtris caligine cæca
Illud uentura dies, fortaſſe beatus
Coniugio ſobolemq́ ſibi turbamq́ nepotum
Rex animo complexus erat, genialia lætus
Tempora noctis agens, illi non blanda mariti
Oſcula mille noui, non regni iura uetuſti
Per cunctos promiſſa Deos: de corde pauorem
Funditus expulerant, ſemper tremefacta ſepulchrum
Ante oculos mortemq́ tulit, nec ſomnia lætum
Portendere aliquid, uiſa eſt ſibi nempe ſecundo
Rapta uiro, ſentire minas & iurgia primi.
Et tremuit ſopita, licet tum uertice montis
Aërij tradućta ſedens ſubiecta uidebat
Regna ſibi populoſq́ uagos, monſtrumq́ repente
Concurriſſe alium maiori corpore montem
Tum uerò tremuiſſe iugum cui nixa ſedebat.
Impulſuq́ graui gelidos de uertice fontes
Deſcendiſſe duos: montemq́ abiiſſe minorem
Inde retrò: aſt illam rapido per inania lapſu
Tartara nigra quidem, & ſtygiam tetigiſſe paludem
Publica fintimas ſubitò perlabitur urbes
Fama gradu, uictæ victorem ſpontè ſecutum
Coniugia, & bello indomitum ſeruire puellæ
Vulgus adulterij ſignabat nomine factum,
Quod neque legitimis arſiſſent ignibus inter
Armorum ſtrepitus. alioq́ ſuperſtite Rege
Coniuge, captiuæ uictori forma quòd uno
Viſa die, & dilecta prius, ſubitoq́ recepta
Fœdere non inter patrios ex more penates
Iuditio nequit: ſed cuncta libidine ſanas
Præcipitante moras fierent, ſic omnia uulgus
In peius torquere loquax: iam crebrior aures
Fama ducis uario feruens pulſauerat æſtu.
Indoluit chari facinus miſeratus amici
Dux pius, hic rerumq́ modum ſecum ipſe reuoluens,
Intempeſtiuos eſt deteſtatus amores:
Multaq́ in abſentem tacitus conuitia finxit.
Sic pater offenſus, longinquo uerbera nato
Inſtruit, & thalamis irarum fulmina fundit,
Mox uultu placito, & dulci ſermone mouendus.
Altera poſt primam ſequitur, populoſq́ ſecundo
Fama leues rumore replet, ſuccedere caſtris,
Siphacem uictumq́ trahi, ruit obuius omnis,
Viſendiq́ auidus poſitis exercitus armis
Illum admirari, atque illum celebrare frequentes.
Hunc illum bello ingentem, Regniſq́ ſuperbum
Romanum, pœnumq́ Ducum qui uiderit uno
Tempore ſub laribus pacem ueniamq́ precantes.
Cuiq́ duos mundi dominos, non multa puderet
Blandiri: cui certatim ſolennia tanquam
Vota Deò fierent: cui Regum maximus olim
Maſiniſſa metu toto conceſſerit orbe.
Quem facie turbata noua fortuna rotaſſet
Ad terram impulſu ſubi-ò, uix credula tantæ
Corda rei ingentis lapſu ſtupefacta ruinæ
Si quis Athon uideat uerſo ſeu uertice Olympum
Aegæis cecidiſſe uadis Eryciſq́, tuumq́
Apennine caput Tyrrhena ſub æquora merſum
Non credat ſatis ipſe ſibi, ſed ſomnia uanis
Plena putet monſtris Rex inter talia magno
Concurſu inuehitur Ducis ad tentoria noſtri.
Heu quantis fortuna dolis mortalia peſſum
Omnia das, quantum ſublimibus inuidia regnis
Hæc magnis promiſſa lues, hæc meta bonorum
Stare parum & ruere: hic regum Rex ille ſupremus
Mancipium uenale iacet, trahiturq́ catenis
Obrutus, & multo circumuallatus ab hoſte
Contigit Heſperij mentem Ducis illa uetuſti
Hoſpitij neglecta fides blandusq́ ſerenæ
Vultus amicitiæ, conſpectus, iunctaq́ dextræ
Dextera, conſeſſusq́ tori, ac præſentibus illa
Maieſtas collata malis, tandemq́ profatur:
Quid tibi uane Syphax uoluiſti: unde iſta furenti
Mens adeò tranſuerſa tibi, pacti ne repulſa
Auxilij contentus eras, niſi bella moueres?
Dixerat: ille animo uultuq́ immotus eodem
Perſtitit, ac ſero uix longa ſilentia fregit.
Nil mihi magnanime & noſtri Dux maxime ſeculi
Nil grauius fortuna tulit: quàm frigida campis
Linquere, quàm mediis moriens hæc membra nequiui.
Armorumq́ inter ſtragem cumulosq́ uirorum.
Pœnarum mihi ſumma quidem quod uiuere bello,
Contigit exhauſto, nec enim nunc ora uiderem
Hæc mihi perfidiæ meritam renouantia litem.
Aſt ego ſi miſeris liceat credenda profari,
Et queat in grauibus uero locus eſſe catenis
Vera loquar, primumq́ omnes mæruiſſe fatebor
Spontè cruces, qui ſacra uolens, qui iura fidemq́
Faſq́ piumq́ ſimul conuentaq́ fœdera tanti
Hoſpitiis, exigua turpiq́ libidine uictus
Calcaui: teſtesq́ Deos memoresq́ malorum.
Sed quæ cauſa grauis, quæ triſtis origo ruinæ
Forſitan ignoras, ego nunc ueriſsima paucis,
Expediam, non illa meum releuantia crimen,
Quin potius iuſti ſtimulos auctura pudoris.
Fœmmina cum primum laribus fuit aduena noſtris
Auſpitijs inuecta malis, atque alite torua,
Tunc perij, perijq́ fides, & gloria nobis
Excidit, ac ſceptrum manibus, diademaq́ fronti:
Prodita tunc tacitis arſit mea gloria flammis.
Funereas tulit illa faces, potuitq́ doloſis
Flectere blanditijs animum, lachrymisq́ malignis
Hoſpitis illa ſacri, famæ ſuperumq́ Deorum
Reddidit, immemoremq́ mei, quid te moror? illa
Illa ſuis manibus miſero tulit arma marito,
Induit illa latus, capiti tunc caſſida charo
Tum gladium dextræ, clipeum dedit illa ſiniſtræ,
Increpuitq́ tubam, trepidumq́ atque arma pauentem
Impulit ambiguam in mortem, tecumq́ coëgit
Aduerſis certare deis: quando agmina campis
Contulimus ſtetimusq́ acie, fuit exitus ille
Erroris mihi crede mei, placuiſſe prophanos
Amplexus, fuerant huius primordia caſus
Coniugioq́ hæſiſſe fero, proh regia, uerè
Regia & innumeris nuptura ſine ordine coniunx
Regibus hoſtiles nunc nunc translata penates
Igne eremes ſimili (niſi me præſagia fallunt
Et facies) mecum hoc ueniet ſolamen ad umbras.
Dixit, & obticuit, grauiter turbatus & imo

Lumina

Lumina mœſta ſolo referent: iam ſenſerat iras
Scipio, namq́ oculos & ſtigmata clara loquentis
In uultu minimum offenſi ſpectaret amoris.
Hinc magis atq́ magis chari ſcelus horret amici
Iuſtus amor Regis, quoniam ſi digna querelæ
Maſsimiſſa tibi fuerat, non iuſta rapinæ
Cauſa furor, ſtimuliſq́ repens impulſa libido
Turpibus, hæc inter Regē ſub clauſtra recondunt
Fama recens latis ſenſim crebeſcere caſtris
Cœpit adeſſe Duces, uictricia q́ agmina Regis
Ac Lælij, placido uenientes ſuſcipit ore
Scipio, laudatos populo ſpectante decorat
Muneribus largis, abſtractum deinde ſeorſum
Sede locat Regem iuxta procul atq́ remotis
Teſtibus alloquitur, Niſi me tua maxima longè
Maſsimiſſa diu uirtus ſperata fefellit
Non tibi cauſa tuum fuerit, niſi magna uidendi
Scipiadam fideiq́ meæ tu credere fata
Vt malles, ueteres ſic aſpernatus amicos
Africa, nam uaſtis Latio diſiungitur undis.
Nec minus aeternis diſcamus moribus, ergo
Grande aliquid tibi cauſa uiæ fuit: æquore tanto,
Tot bellorum inter fremitum, mundiq́ tumultus
Certè, ego ſi proprio mihi non ſordeſcit in ore
Gloria, non alia tantum uirtute ſuperbum
Me fateor, quàm quòd blandè mihi frena tenere
Frena uoluptatis uideor, non hoſtis in armis
Obuius, aut flammis reſonās undantibus Aethna,
Euboicæ non ſic fundo grauis æſtus ab imo
In cumulos ſurgentis aquæ metuendus ut iſta eſt.
Turba uoluptatum quæ circumfuſa tenet nos,
Præcipuè tamen hæc nitidæ ſuſpecta iuuentæ
Peſtis, & ætati prætendit retia noſtræ
Aequor enim ſilet interdū, grauis Aethna quieſcit
Dura nimis, luctuſq́ grauis, ſimul oſcula trunco
Fixa diù tenero, uitaq́ abeunte tepenti.
Atq́ ideò ſimiles Regis miſeratus amores,
Iuluit Oceano uultus lachrymoſaq́ lauit
Ora cadens, noctiq́ ſuas permiſit habenas
Scipio, nulla etenim dederit fortuna quietem
Ni mediocris erit, nam triſtior illa dolores
Læta uehit curas, per noctem ſingula ſecum
Ancipiti cum mente rotat, num territa pulſet
Mœnia Pœnorum, & turres Carthaginis, an ſe
Extremos fundat Lybiæ uaſtator in agros.
An requiem feſſis paucorum fortè dierum
Præbeat equitibus, peditumq́ det ocia turmis.
Illa recuſabat potior ſub pectore cauti
Cura Ducis, quibus inde uijs captiua per auru n
Agmina Pœnorum Latio tranſmittat ouanti.
Præcipuè in Rege, Regiſq́ in coniuge multum
Angitur, & quantis uelit hos cuſtodibus ire
Cui tantum committat onus: ſic anxius hæret
Mercator cui uota uiæ ceſſēre ſecundæ,
Et lucri fortuna fuit, nunc cogitat aurum,
Ac gemmas qua puppe uehat, pretioſaq́ rerum
Quiq́ ratis cuſtos placeat, non charior uſquam
Vllus erat Lelio, nulli fœlicius altos
Credere conſuetos laſſata mente labores
Hunc igitur noctis medio uocat, admonet arma
Naubus imponat, lectoq́ ut remige centum
Inſtruat, ac patriæ acceſſurus littora claſſem
At miſero multum diuerſa flebat amanti
Nox ea cum lachrymis, quas ſeſe uertat in artes
Quos uocet ille Deos: precib. quibus atra relaxet
Stamina Parcarum & dilectæ tempus amicæ
Nunc uenit in mentem chara cum coniuge raptim
Herculeas ſubita linquentem claſſe columnas
Fortunatorum famam tentare locorum.
Nunc recta penetrare uia Carthaginis altæ
Mœnia, & ad ueteres humilem ueniamq́ petentem
Pergere cum gemitu, & dulci cum coniuge amicos.
Nunc ferrum laqueoſq́ ſibi properataq́ mortis
Inſtrumenta manu, triſtesq́ intexere nodos
Auxilioq́ necis tantos finire dolores.
Sæpe manus gladium tetigit, pudor obſtitit unus
Non metus mœpto, uidue non anxia uitæ
Dulcedo, ueritus famam maculare perenni
Crimine, continuit capulumq́ ammunq́ remiſit.
Voluitur inde thoro (quoniam ſub pectore pernox
Sæuit amor, lacerantq́ truces præcordia curæ)
Vritur, muigilant mœror, metus ira furoq́
Sæpe & abſentem lachrymans dū fingit amicam,
Sæpe thoro dedit amplexus, & dulcia uerba.
Poſtquam nulla ualent uiolento frena dolori
Incipit, & longis ſolatur damna querelis.
Cura mihi nimium, uita mihi dulcior omni
Sophonisba uale. non te, mea cura, uidebo
Leniter æthereos poſthac compoſnere uultus,
Effuſoq́ auro religantem ex more capillos.
Dulcia non cœlum mulcentia uerba Deoq́
Oris odorati ſecretaq́ murmura carpam.
Solus ero, gelidoq́ inſternam membra cubili,
Atq́ utinam ſocio componat amica ſepulchro
Et ſimul hic uetitos illic concorditer annos
Contingat duxiſſe mihi ſors optima buſti.
Si cinis amborum commixtis morte medullis
Vnus erit, Scipio non ſeindet amores:
O utinam infernis etiam nunc una latebris
Vmbra ſimus, liceat pariter per clauſtra uagari
Myrthea, nec noſtros Scipio diſiungit amores.
Ibimus unà ambo flentes, & paſsibus iiſdem
Ibimus, æterno connexi fœdere. nec nos
Ferreus aut æquos Scipio interrumpet amores.
Inuidioſa Deis Herebi, populoq́ ſilentum
Ac Cereris genero, cunctiſq́ beatior umbris
Vmbra ferat dulces nec Scipio franget amores.
Ille quidem aſtrigeros tractus cœlumq́ tenebit
Dux ſacer, humanis in totum motibus impar
Nec uolet infernas ſedes, aut pallida Ditis
Regna ſequi, aut cupidos iterum turbabit amātes.
O utinam Lybicum nunquam tranſiſſet in orbem:
O utinam Latijs ſemper manſiſſet in oris.
Quid precor heu demens? ſi non uenſſet, amicæ
Et decor, & ſpecies, faciesq́ ſimillima Soli
Non mihi nota fores: ſine qua nec uita fuiſſet
Grata quidem pariter quanta eſt diſcordia: uitam
Abſtulit, ac tribuit Scipio dulciſsime raptim.
O utinam Romam uictricia ſigna tuliſſet.
Capituo cum Rege prior, Reginaq́ retro

Mansisset non uisa tibi, quid surda precamur
Numina? castrorum dominus, uictorq; superbus
Captiuam petit ecce suam: dabimus ne? sed urget
Importuna precum species nocitura precari.
Sed rogat, ac uultu tacito mihi multa minatur.
Sed rogat, ac durum precibus latitare sub istis
Imperium agnosco, parebimus: at prius horrens
Iuppiter admoueat capiti sua fulmina nostro.
Hoc tellus uoret alta latus, pelagusq; per amplum
Impiaq; falsiloqui spargantur uiscera Regis.
Ergo ego Romano placitum, quia sancta, reuellam
Fœdera coniugijlicuit sine coniuge Regem
Viuere, & id satius fuerat: quia cœlibe uita
Scipio noster erat, sponsæ nunc pacta negare
Non licet, ast ingens & inexorabile turbat
Imperium, quid agam morieris munere chari
Sophonisba uiri, morieris munere sæuo.
Hoc placuere Ioui, sic nec captiua traheris
Littus ad Italiæ, uiribus subiecta Latinis.
Nec nostros illusa dolos sic posse uideris
Aut fractam culpare fidem, moriêre, quis ergo
Finis amoris erit? mors effera, pareite cuncti
Cœlicolæ, calcanda fides, fugiamus in orbis
Vltima, & ignotas Lybiæ penetremus harenas.
Est ubi serpentum regio tutissima nobis
Tutior hac patria: nec enim uenturus ad illam
Est Scipio, nec pestiferi uis ulla ueneni
Tàm pulchros læsura pedes mihi forsitan ipsa
Ignoscent spectante feræ, dulcissima coniunx,
Stat fugere, & te impendenti subducere morti.
Pauperiem lætus tecum, exiliumq; fugamq;,
Mœstaq; cuncta feram, sed nec sequêre uocantem
Fœmineos si noui animos: Regina supremo
Sueta sedere loco, & quanquam sequerêre, parati
Nil habeo: atq; omnis Romana potentia passus
Claudit, & extremo Scipio nouissimus orbi est.
Somnia nunc tacitè quondam mihi tempore noctis
Visa recognosco turbatæ horrenda quietis:
Non satis intellecta prius, tunc illa fuisti
Candida prostrato per uim subducta marito
Serua? sed imperio tandem pastoris iniqui
Custodi prærepta nouo, tunc nempe placebas
Vel sic uisa mihi, sed quid coniuncta ferebat
Mors tua (dij uisis omen remouete malignum)
Permetuo, nam cuncta sibi constantia certo
Ordine cernebam, nec me sopor ille fefellit.
Quid faciam, moriêre igitur, moriêre profecto.
Nil aliud superest coniunx miseranda, tibiq;
Autor mortis ego, sed quæ mihi uita futura est?
Scis Venus, & cœlo prospectans Iuppiter alto
Mortales actus, nostrosq; hoc orbe labores.
Quis mihi uerba dabit placitas ducentia noctes?
Aut grauis ingentes animi mulcentia curas?
Quis dabit amplexus, quisue oscula dulcia iungat?
Te sine dulce nihil, quid prodest regia largo
Agmine seruorum, Tyrio quid lectulus ostro
Comptus, & innumeris instrata palatia gemmis?
Quid diadema iuuat, lati quid gloria regni?
Vror, & assiduis torquentur pectora flammis.
Heu mihi dulcis adhuc, dulcis post busta serenâ
Quo fugiunt uultus. hinc iam te cura supremum
Viuentem deflere iuuat: Sophonisba Deorum
Atq; hominum decus eximum, quã nostra tulerunt
Tempora, syderei exemplum specimenq; decorit.
Quæ faceres conspecta fidê supra astra: quis ipsis
Splêdor inest superis, qualis quamq; alma uenustas
Forma deat, aduerte pias his fletibus aures.
Hei misero, fuerat quoniam meminisse iucundum
Lumina syderis mulcentibus æthra fauillis.
Alma sub exiguo claudentur condita busto
Lumina magnorum, mentes tractura Deorum
Lumina durorum, rabiem fractura uirorum
Lumina quæ mihi me abstulerant: curasq; minores
Candida frons, auro circumcrispante decora
Frontibus humanis angustior, abdita saxo
Stabit in angusto risus, qui ferrea fugit
Pectora, qui cœlum, qui circumfusa serenat
Nubila, tartareum ruit irrediturus ad antrum.
Hei mihi fœlices animæ, quibus illa repentè
Lux oriens ueteres ueniet purgare tenebras.
Hei benè progeniti, quibus illa uidere licebit
Quæ mihi mors inuisa rapit: pes lacteus atram
Diuino celerante gradu conscendere cymbam
Iussus transiliet, Lethæi gurgitis æstum
Fortunate Charon, uinam mihi flectere clauum
Contingat, uteremq; diu contingere ripam:
Tuq; mei interea serues moderamina regni
Inuidiose senex, quando hæc tibi monstra uidere
Contigit, aut ullo posthac continget in æuo.
Vidisti Aethnæo raptam sub uertice nigri,
Vxorem transire thori, nec uultus Elissæ
Te latuit nostræ, facies nec Gorgonis horrens.
Nec quæ satiferum laqueo pendente secuta est
Laodomæa uirum, ne te pulcherrima Proeris,
Nec Teucrum pestis, Minoisq; altera proles:
Altera nam cœlum tenuit stellante corona
Sed cui tantus honos, cui tantæ gloria famæ
Crude senex, mihi crede darem non ulla uidebunt
Secula, nec rerum laudatrix magna suarum
Aetas prima tulit, uisa tangere iuuenta
Ardebis mihi crede senex, me forsitan illac
Coniugis infaustæ uestigia chara sequentem
Tardius excipies ueniam, nec tempore multo
Hic mihi carcer erit, proh, si prohibemur adire
Corporeosq; iterum uis est remeare sub artus.
Occidimus, tu parce senex atq; arbiter æquus
Igne pari flagrans iuuenilibus annue flammis.
Cerbere si potuit uates Rhodopeius iram
Frangere uoce lyræ, facie nunc coniugis ista
Quid poteris conspecta tibi, conspectaq; Regi
Tartareo, uereor ne nostros captus amores
Tentet, & annosæ redeas Proserpina matri.
Somnia sunt quæ fingis amans, & falleris amens
Massinissa, diù fœlix si rata fuissent
Munera fortunæ: modò sed mœstissime Regum.
Pone modum lachrymis, metamq; impone querelis
Dulce meum decus, atq; animæ pars altera nostræ.
O breue solamen, longus dolor inclyta coniunx
Ibis ad Elysias directo tramite ualles.
Et mihi morte tua gemitum lachrymasq; relinques.

Sed se

Sed sequar, hæc miseri superant solatia morbi
Obiecit, subijitq; sopor, tum fessa parumper
Membra quies senjm subrepens tarda fefellit.
Multa sed in somnis quæstus, cœlumq; Chaosq;,
Fortunamq; feram incusans, hominesq; Deosq;
Ecce parum fausto finem positurus amori
Phœbus ab Oceano rediens surgebat Eoo.
Concrepuêre tubæ, surgit tremefactus, & iras
Suscitat, ac quæsto se sæpè reuoluit eodem.
Posiquam castra uidet fremitu testantia motum:
Et metuit mandata Ducis, uimq; offore credit.
Sinegat, horrendum dictu, & miserabile sumit
Consilium, quod tristis amor dabat. aurea fido
Pocula dat seruo, custodia dira ueneni
Credita cui fuerat, Rex hæc undantia summo
Ac superinfusa cernens spumantia morte
Vade ait, & miseræ mea tristia munera perfer
Reginæ scriptosq; Deos absolue fidemq;
Me promissorum memorem sciat illa, secundum
Impleo, sunt superi testes, erat altera longè
Conditio mihi grata magis, tentataq; fruſtrà
Est uia, si qua foret per quam Regina maneret
Coniugio contenta meo: Romanus ab alto
Dux uetat, huic nostri, sic dij statuêre, potestas
Fortunaq; iubente data est, sibi consulat ergo.
Cogitet unde ruens, quæ sit prostrata, quis illam
Exuus excipiat, uiduatam nomine nostri.
Insuper & primi reuerentia quanta mariti,
Quãta patris uirtus, titulisq; & sanguine dignum
Consilium paret ipsa sibi, quod possumus unum
Instrumenta fugæ libertatisq; paramus.
Hæc ait: atq; oculos lachrymis auertit onustos.
Nuncius accelerans, Reginæ ad limina pulsat
Munera dira ferens, pannis anus obsita & annis
Prosilit: atq; habitum, conspectaq; pocula narrat.
Substitit attonitæ similis, similisq; pauenti,
Nec remorata diu, positoq; instincta pauore
Ingrediatur ait, stat terræ lumina fixus,
Et peragit commissa tremens, intercipit illa.
Suscipio mandata libens, nec dona recuso
Regia, si maius nihil est, quod mittere dulcis
Possit amans, certè meriut moriebar in ipso
Puntre ni demens nupsissem, numina testor
Conscia, non aliquid, quoniam de coniuge charo
Sit misi dulce mihi, sed sydera promptius alta
Terrenit, ut erant uinclis exuta petebam
Hoc refert extremum, & mortis mihi testis adesto.
At uos cœlicolæ, & qui maria ampla tenetis
Quiq; locum mundi medium stygiasq; tenebras
Quas adeo, licet ante diem, si iusta precandi
Materia est, præstate pias his quæsitibus aures.
Audiat & cœlum, & pelagus, tellusq; profunda.
En morior, moriturq; magis me causa dolore
Quam mors ipsa facit, quid enim commertia tangunt
Nostra Duces Latios: en quanta superbia gentis
Non satis est hostem regnis spoliasse paternis
Libertate animos spoliant, & ritè coactis
Coniugijs, sanctoq; audent irrumpere amori.
Ac pactos laniare thoros, uictoria postquam
Fata potest æterna Iouis, sint ultima uitæ
Tristia, & eximijs sua Roma ingrata trophæis.
Exul ut à patria deserto in rure senescat
Solus, & à fidis longè semotus amicis:
Ne uideat sibi dulce aliquid, qui dulcia nobis
Omnia præripuit, tum chari iniuria fratris
Exagitet doleatq; suos non æqua ferentes.
Filius extremos inglorius aggrauet annos
Indigno tandem atq; inopi claudier sepulchro.
Iratusq; tibi & patriæ moriãre relictæ
Scipio, & infames saxis inscribe querelas.
Tu quoq; finitimo semper quatiare tumultu,
Si secum posthac coniunx charissime firmum
Fœdus habes, uideas obeuntes funera natos
Intempestiuo, & fœdatos cæde nepotes
Alterna, ueniens illa de gente cruentus
Rusticus insultet generi per uulnera uestra
Et trahat ante rudem iunctos per mœnia currum
Obruet & uobis propriis tua Roma triumphis.
Dixerat, ac circum gemitum lachrymasq; uideres
Astantesq; fero attonitos intendere fini.
Illa manu pateramq; tenens, & lumina cœlo
Attollens, Sol alme, inquit, superiq; ualete:
Missinissa uale, nostri memor. inde malignum.
Ceu sitiens hausit non mota fronte uenenum,
Tartareasq; petit uiolentus spiritus umbras.

AFRICAE FRANCISCI PETRARCHAE. LIBER VI.

NVLLA magis stygios mirãtum obsessa corona
Vmbra lacus subijt, postquam diu uisa triformis
Partibus haud æquis stetit ingens machina mundi.
Obtuitu attonito stabant horrenda circum
Agmina pœnarum, sparsoq; regentia uillo
Eumenidum tacitis inhiabant rictibus ora.
Regia uis oculis inerat, pallorq; uerendus.
Et uetus egregia maiestas fronte manebat.
Indignata tamen superis, irataq; morti
Ibat, & exiguo defigens lumina flexu.
Iudicis inferni postquam ad prætoria uentum est,
Iniecit sibi sæua manum: canentia Minos
Ora mouens dixit: Sit carcere clausa secundo,
Quem fontes habitant animæ, quibus ultima uitæ
Cura fuit neglecta suæ. Rhadamantus acerbo
Iudicio firmabat idem, iam prendere mœstam
Cœperat immanis lictor: tunc maximus altè
Aeacus exclamat, siluerunt turbida lasè
Tartara trans stygiam uox est audita paludem.
Mortis amor causa est, lucemq; coacta reliquit.
Tertia claustra sibi sunt legibus addita nostris
Hac eat immerita, neq; hæc iniuria nostra
Accedat nunc uoce recens, satis aspera uitæ
Mansit apud superos fortuna & mortis acerbæ:
Assensêre pari circum clamore fouentes

Vmbrarum populi, & nigri liuentia regni
Concilia. Haud aliter quã cum sententia captum
Turpibus adduxit laqueis, crucibuśq; uel igni
Mens bona, quæ non supplicio, sed fortè mouetur
Infami, trepidaq; tamen generosior, ac si
Conditio mortis subitò datur, altera frontis
Effigies, uultusq; alius formatur & extra.
Pectoris apparent lachrymis noua gaudia fusis.
Lætior ipsa quidem, positaq; decentior ira
Optatos uisura locos. Regina modestis
Passibus ingreditur, iuuenum cui cingit utrunq;
Turba latus, ueteres repetens quasi somnia uitæ
Haud procul à ripa Lethæi fluminis illa
Quæ capit expositos inamœnaq; mittit in antra
Planities obscura iacet, quæ collibus atris
Cingitur, hic latis æterna silentia campis
Myrteaq; umbriferos uelut ambit sylua recessus.
Non hic armorũ strepitus, studiumue frementum
Cornipedum, non cura canũ, pecudumq; bouumq;.
Sed labor & lachrymæ, & longo suspiria tractu,
Et macies, odiumq; sui, pallorq; ruborq;:
Et malesuadus amor scelus ira fides dolíq;
Furtaq; blanditijs immita, iocusq; dolorq;
Et risus breuis & ficto periuria uultu.
Crebraq; sub raris habitant mendacia ueris,
Illa per angustas fauces ingressa sub ipso
Limine clausstrorum laqueo sua colla prementem
Cernit Yphim, & nimio consumptã Biblida luctu
At procul ingenti latitabat Myrrha pudore
Frondibus ora tegens, iterum spoliator auerni
Orpheus Euridicen frustra reuocare parabat.
Maximus extremo nemorum uagus ibat Achilles
Pallidaq; immitis signabat gramina passu
Aduersa regione Paris ceu nota timeret
Arma hostis, gressu tacito properabat, at illum
Tristior Oenone à tergo lachrymosa uocabat.
Ipse aliò tendebat iter, tum regia uirgo
Et mundo matrona nocens, tot causa dolorum
Turnus & ipse dolens rapta de coniuge campis
Errabant, mediaq; duces in ualle uideres
Soliuagus lateri hærentes, alternaq; collo
Brachia tendentes heu fœlicissima Thysbe
Suspirans, inquit, placuit seruatus auerno
Dulcis amor tantum nullis inuiderat umbris
Nusquam adeò chari meminit deserta mariti
Ne quicquã namq; ille senex moriturus & annis
Lassandis uitæ uenturus ad ultima longe est
Heroumq; greges diuersaq; clausstra tenebit.
Postquam fama ferè uolitans prænuncia mortis
In uulgus effusa ruit, tunc una per omnes
Itpietas, totæ lachrymis maduere cohortes.
Hunc fors Reginæ mouet, hunc iniuria Regis,
Qui scelera accumulans, maiori crimine crimen
Diluit, hunc ingens duro constantia læto
Fœminea & nulli non admiranda uirorum
Scipio, permetuens iuuenis ne forsitan ardens
Nunc etiam gemini sceleris sibi conscius in se
Consulat asperius quicquam pro tempore blandis
Mitigat alloquijs. castigatumq; modestie
Temperat, & curis cupit exonerare malignis.
Proxima sic dubij medicus discrimina morbi
Agnoscens, ægrum placido sermone moratur
Ac monet, & proprij immemorẽ uelit esse periclĩ
Altera nox fessum curis, uigilemq; sopore
Reddidit amore. iam Lucifer astra premebat
Candida, iamq; dies pelago ueniebat ab Indo
Iam uolucrum dulces ullo sine fine querelæ
Auditi, & nocturna silentia rumpere Progne
Surgit & effusas iusso præcone cateruas,
Congregat, ac medio sublimis ab agmine fratrem
Romam proceres, fœlicia castra secuti
Victores quos hesperiæ tot pressa per annos
Terra tulit, quos innumeris nunc Africa sentit
Cladibus extremis iam iam sensura ruinis
Intentas adhibete aures, & corda precanti
Prona duci, me uera quidem, & comperta profari
Testis ab excelso prospectans Iuppiter eslo:
Gloria tàm longi nunquam mihi uana laboris
Causa nec imperij fuerit damnosa libido
Sed patriæ prægrandis amor, qui nostra uadosis
Syrtibus, Oceanoq; alternat castra frementi
Hoc Duce Riphæas nudus transire per Alpes
Non uerear gelidũ cum bruma reduxerit annum
Æstiui medio armatus, nec in ore leonis
Æthiopum penetrare latus sitientiaq; arua
Nam mihi uel dubij certa est uictricia Martis
Vel mors læta quidem, patriæ mea uita salusq;
Non mihi debetur, pia debita perdere soluens
Nil uideor, nunc ista tamen quo tendere pergant
Expediam breuibus, nos me per cuncta secutã
Aspera, supremo mentes aptare labori
Finis adest, summumq; decus mihi mœnia circum
Cingere propositum, & sœuæ Carthaginis urbem.
Aut redit his, cui cuncta unĩ sua uulnera seruat.
Perfida gens nostræ tantum aduersata saluti,
Tum Latio interrupta quies, nobisq; perennis
Fama uenit, belli fato quærenda supremi
Aut manet, & uictum cunctatio sola fatetur
Indefensa mihi tellus dabis impia dignum
Supplicium & cæsos purgabis sanguine ciues.
Rura ne Barbaricis pedibus calcanda fuerunt
Italiæ nobis animos tàm iusta negabit
Vltio, quin etiam quod uel meminisse molestũ est
Mœnia nostræ urbis, capitoliaq; alta minaci
Cominus ille fremens uix lumine uiderit uno
Nos muros spectare suos quæ causa uetabit
Non mihi si campis ueniat Mars ille secundus
Pœnorum armatus, stygiaq; reuersus ab unda
Quatuor atq; truces quos pauit in arma leones
Alterno cingat latus ordine pectora contra
Ferre reformidem, sic me spectata Quirites
Vestra monet uirtus. At nũc pater inclytus umbris
Occubat infernis, natorumq; omnis ad unum
Turba redit latius iugulos sic ensis in illos
Fulminat, iste autem per secula tanta superstes
Quid nisi serus honos & nostræ gloria dextræ est
Sic uixisse diu finis sibi fructus honesti
Hac tandem ferière manu, licet aspera iactes
Prælia, & aduersa Romanos cuspide fixos:
Gloria prima tamen mortis tibi cognitus auctor

Scipio, & in tumuli scribendũ hoc marmore nomen,
Nunc agite egregijs animos præparate triumphis
Vltores patriæ, tuq; ô decore inclyte Regum
Massimissa ingẽs, quem nec turbata fatigant
Aequora, nec toto descendens Iuppiter igne,
Non ferus infesto concurrens numine Mauors,
Accede, & nostris animum sermonibus offer.
Magna tibi hoc bello uirtus, multusq; Deorum
Est fauor, agnosco, nunc urbis munera nostræ
Munera pro meritis fateor tibi parua sed artam
Maiorũ mihi crede damus, uiden' ecce frementem
Cornipedem, lætum phaleris, auroq; superbum?
Nescit ut esse loco? fulgentes respice currus.
Cætera quin etiam quæ circumferre triumphis
Romani statuêre duces, ut iaspide crebra
Texta corona micat, rutilo riget integer auro.
En crater quanto q; manum grauis implicat orbe
En habitus sacra quo nil conspectius urbe
Noueris, ipse animis pridem Romana quid esset
Virtus mortales inter te nosse fateris
Quod nescire potes, nulli tàm clara solemus
Externo præstare uiro, tibi nostra sed uni
Arma, habitum, titulos nomenq; decusq; libentĩ
Mente damus, te participem sociumq; licebit
Esse triumphorum, nobis quos nostra pararit
Fortuna in medio sedes tibi certa Senatu
Semper erit nostro, ciuis monumenta tenebis
Omnia Romulei, stabilem sociumq; & amicum
Te salutamus Regem, tum optime Læli
Hanc auro gemmisq; grauem gestare coronam
Dignus habe, captosq; trahens, primumq; Syphacem.
Maturabis iter, pelago stat classis aperto,
Et placitum spirante fretum substernitur Austro.
At uos ô socij certaminis atq; laborum
Emeritas laudes, & præmia digna feretis
Cum nos laurigero capitolia celsa prementes
Læta uidens curru, cum circumfusa fauentum
Millia uictorum plausum fremitumq; iocosq;
Maxima septeno spectabit uertice Roma:
Quem mihi fata diem nunquam mentita propinquum
Promittunt. Sic fatus erat, iamq; undiq; magnus
Consurgens lætusq; fremor pulsabat olympum
Ante omnes meritas grates expendere certant
Rex, Meliusq; Duci spesq; ingens addita Regi
Abstulit antiquas, aliamq; in uiscera curam
Intulit, ut regni posset protendere fines
Pauperis, hostilesq; suis adiungere terras.
Quod sperare quidem sors illius atq; potentis
Scipiadæ promissa dabant. Ceu retibus anceps
Aspiciens uolucrem subitò discedere paruam
Conqueritur, mouet exigui spes perdita lucri
Maior inopina mox & generosior ales
Parte poli tensis si forsitan aduolet alis
Erigitur, recipitq; animos, spesq; ampla futuri,
Præteriti meminisse uetat: sic prima secundæ
Cura parum solido sub pectore cessit amantis
Victor amoris amorq; libidine uicta libido est.
Proxima nox alia transiuit imagine somni
Non habitus, non incessus, non ultus amicæ
Ante oculos, non uox iterum exaudita gementis.
At solium atq; urbes, ac fortibus oppida muris
Fluminaq; & montes lati confinia regni
Iam rubicunda uagos Eoo littore currus
Aptabat uentura dies auroraq; noctis
Candida pellebat tenebras cum buccina classem
Excitat, & uento tenduntur uela secundo.
Littore iam toto stabat Romana iuuentus:
Digressu uisura suos hic uerba parenti,
Hic fratri perferre iubet, iubet ille sorori,
Hic socijs, multumq; rogat: confusus in altum
Clamor it, & uarijè resonent per inania uoces.
Lælius in medio conspectus amica salutat
Aequora: tũ Ducibus commendat carbasa uentis
Atq; alacres læto respondent murmure nautæ:
At mœstus mediaq; Syphax de puppe reflectens
Lumina, supremum patriam uisura, locosq;
In quibus altus erat, tacitus lachrymosa mouebat
Postquam clausstra dolor, uocisq; repagula seruans
Euicit, talem diffudit ad astra querelam,
Heu tellus aduersa Deis, heu sydere tristi
Pressa diu tellus, quam nostris attulit aruis
Fœmina Sidonio fugiens à littore pestem.
Pectoribus nostris animis quos intulit illa
Exul, inops mulier, metuens atq; icta recenti
Vulnere, nempe auidos bellorum & sanguinis atri
Tutius ut fuerat regnum tenuisse uetustum
Et pacem seruasse suam, lato æquore gentes
Discreuit natura duas, aduersaq; fixit
Littora nos mortem mediis quæsiuimus undis
Quid uisum est nostris elementa irrũpere damnis
Et uento pelagoq; manus inferre tumenti
Sat nostro præcisa nocens à corpore tellus
Hispana, & calidis fumans Trinacria uenis
Quid mihi nunc nobisq; fuit Sardinia flatu
Pessima pestifero, melius latuisse marinis
Aeternum potuisset aquis quo signa furentes
Pertulimus, puduit spatio requiescere tanto
Hei mihi non alias sic te pulcherrima cernam
Africa, ne patrij tangent hæc lumina colles
Littus ad inuisum ferimur, locus ille sepulchri
Quis putet? extremis genitum sub finibus orbis
Itala terra teget, mediis ac uita procellis
Irrequieta fuit, sic tristes litia Parcæ
Distribuere mihi, sic Dij statuêre superni
Hi tibi qui uires, animumq; dedere superbum,
Omnia miscentem, meritas dent soluere pœnas
Hannibal ingentis quoniam mihi causa ruinæ es
Et patriæ natus miseræ, tu causa supremi
Prima mali, patrias utinam iuratus ad aras
Fulmine flagrasses merito, proh Iuppiter ille
Ille tibi feriendus erat, nam uindice flamma
Quid iuuat innocuat quercus & saxa ferire
Heu puer infœlix patriæ, cunctisq; tibiq;,
Tuq; deis inuise parens qui dura tulisti
Semina bellorum natis caruisse nefandis
Quanto erat utilius, genitor sed tristis ad umbras
Iussi, tantos uetitus spectare furores.
Non licuit cupida mundi satiare cruore
Lumina, non gladios, at post celerata propago
Hunc fudit, sæuo in ferias missura parenti.

Tu certè iam digna luis, sed pessime rerum
Quas pœnas mihi nate dabis, qui stagna lacusq́
Qui freta, qui fluuios, qui terras sanguine turpas.
Fortè ego præmoriar, tua nec sinat ultima præsès
Cernere supplicia, at manes penetrare uidebo
Agmine cæsorum, & furiarum turbine septum.
At coniunx infida uirum quæ linquere frustra
Niteris, & nostris insultas cladibus, imos
At manes inuita præis, solamq́ uidere
Te potero, & uultus iterum spectare pudendos.
Littore nam patrio, nisi me mea lumina fallunt
Immemor ille tui turpissimus errat adulter.
Dixit: & in gremium lachrymantia condidit ora.
Illum non scopuli, non horrifer Eurus ab antro
Terruit Aeolio, non monstra uagantia ponto
Deuotum, mortisq́ auidum, gelidumq́ cadauer
Littoribus Lybicis transuerso turbine reddi
Optantem tacitè, tempestatesq́ uocantem
Inuidus hàud aliter tenuis regnator agelli
Annua cui messis periit spes, optat iniquum
Ver aliys, imbresq́ feros, & grandine mixtos
Arboribus frugibusq́ graues incumbere uentos.
Interea Scipio curarum parte leuatus
Carpit iter, tumulumq́ habili munimine cingit
Quem funesta uocant, turresq́ ibi subrigit altas.
Mœnia præcipiti circundans lignea uallo.
Iamq́ in conspectu Carthaginis ampla repentè
Castra locat, latè fugientibus arua colonis
Vastantur, trepidant subita formidine ciues
Obsessi, solamq́ uiam superesse salutis
Absentem reuocare Ducem, clamare fatentur.
Legatos igitur rapiim qui publica fanda
Fata ferant mutunt, reuocetq́ ad prælia tandem
Vltima, & extremos patriæ sub morte dolores.
Ast alij Ligurum uallem properante iubentur
Classe uehi, atq́ illis magonem auertere terris
Ni redeant, patriæ summas instare ruinas.
Ille quidem quamuis animum grauis ira cruentum
Angeret, aduerso quoniam tamen aspera Marte
Vulnera passus erat, metuens inimica supremi
Arma malis, statur patriæ parère uocanti.
Interea blandis terrent qui tempora uerbis,
Terdenos Oratores in castra senatu
Pœnorum ex omni lectos ac ficta loquentes
Romano misere Duci, quorum unus ab alto
Pectore suspirans, lachrymis sic incipit ortis:
Summe Ducum, cui cuncta parem per secula nullum
Mundus habet, prima numerans ab origine retro
Visceribus patrijs quæ publica uulnera sæuæ
Paucorum fecere manus rabiesq́ nocentum
Aspice placatos tandem, & miserere precamur
Afflictis, liceat per te sperare salutem.
Quam ciues rapuere feri, si parcere pulchra est
Vltio, si imperium nobis auxisse receptis
Romanũ, quàm tantam urbem extinxisse repulsis
Vtilius, si uictores meminisse uetustæ
Præstat amicitiæ, quam uos præsentia tantum
Atq́ iras pensare nouas ignoscite uictis,
Parcite supplicibus, rebus succurrite nostris:
Occidimus, præstate manus, hostemq́ iacentem
Erigite, & nostro sic insultate pudori.
Optima uenerandi species quando hostis amicus
Fit meritis, sed prætereo speciosa profari:
Nomen amicitiæ quoniam fortuna silere
Nostra iubet, fatis est miseros optasse salutem
Et ueniam petijsse reos, per sacra tonantis,
Per uestros Romane Deos, ignosce paratis
Supplicium pœnamq́ pati, non nostra negarim
Crimina, sed uerum liceat Dux sancte fateri
Te coram nostro uiolentus profuit autor
Hannibal errori, nostrasq́ cupidine summi
Imperij pauit furias, & uelle coëgit
Quod sero nunc nolle dolet, uerum ille necesse est
Vt pereat, scelerumq́ ruat cum pondere tandem
Sic illum fua fata uocant, tu nostra benignus
Respice, si ciuem crudelem sensimus hostem.
Tu ciuis pius esse uelis, qui diceris hostis.
Dixit: & ante pedes iecuit uictoris. at ille
Erigit, & uultu respondet pauca seuero:
Non pacis tractator ego, sed uictor & ultor
Sum scelerum, Lybicas memini transmissus in oras
Quam mihi spem fortuna ferat, uictoria quam sit
Prona mihi notum est, sed me tamen ultima uestri
Fata mouent, animum nequeo posuisse benignum
Mundus ut agnoscat, sic nos pia bella mouere
Vt nostro sit pacis amor sub pectore semper.
Parcimus indignis, has pacis figite leges
Mentibus, & seruare fidem condiscite tantis
Cladibus edocti, superosq́ & sancta uereri
Fœdera, bis denas non ultra littora naues
In patrios seruare usus, non sella mouendi
Ius uobis, populi iniussu, sint prælia nostri
Arbitrij, uestro tellus Hispana subesse
Desinat imperio, uestris ne quiescat ab armis
Insula nulla freto quod nos interiacet & uos
Non procul à Libyco iuuat sibi libera marte
Vincula captiuis turpesq́ auferte cathenas
Victorum pedibus, stet nobis transfuga nullus
Nullus in Italia Pœnorum exercitus ultra
Permeneat, uestrosq́ duces remeare iubete.
Siq́ trium spatio par consultando dierum
Quos damus accepta est, legatos mittite Romam
Sanciant hanc populus pacem iubeatq́ senatus:
Si minus, at saltem paucis siluisse diebus
Tres liceat noctes per me duxisse quietas.
Dixit: ad hæc Cererit pro tot legionibus addit
Ingentes cumulos, atq́ æri grande tributum.
Illi autem ueluti pacis iam nulla molesta
Conditio foret, ac fractis spes nulla sub armis
Omnia suscipiunt læti, populoq́ reportant,
Isq́ fremens ficto confirmat pectore pacem:
Haud secus ancipiti periturus nauita mortem
Tempestate timens ubi iam spes nulla relicta est
Vota deis cumulat pelagi, tremulaq́ tumentem
Neptunum ter uoce ciet, Tethydisq́ marinæ
Numen, & iratum compellat Nerea ponto
Dona dabit: templis, omnem feret ille laborem:
Si redeat tranquilla dies, portusq́ uideri
Cominus incipiat, sensim mens perfida tuto
Atq́ inconsulti subeant oblivia noti.

Sic stimu

Sic stimulante metu deludunt tempora Pœni,
Pollicitis redeat donec ferus Hannibal absens.
Illum tunc uario curarum turbine fessum,
Vltimus Italiæ Brutiorum in monte tenebat
Angulus, & ludos fortunæ, & monstra notantem.
Hunc adeunt iussi, fandiq́ peritior unus
Sic ait: ô Lybici decus, & spes ultima mundi:
O patriæ iam sola salus, miserere tuorum,
Quos fera terribili uexat fortuna tumultu.
Prospice pendentem mutata fronte ruinam
Fatorum.
Iam tua suppositis arderent mœnia flammis,
Ni procul absentis prodesset ciuibus ingens
Fama tui, uereorq́ miser, ne dum æquore lato
Huc ferimur, patrijs errent incendia teclis.
Namq́ sub extremum, subitoq́ minantia casus
Liquimus, imperio atq́ urbi succurre trementi,
Quæ reuocat, fidumq́ sibi trans æquora nomen
Inuocat ore pio, tu uel te redde precanti
Vel causam te te nostræ fateare ruinæ.
Iamq́ tuis Lybicis (nisi me præsagia fallunt)
Littoribus reducem frater super æquora classem
Alligat, at frustrà, fratrum modò turba, paterq́
Martius æthereas rediens inuidet ad auras
Auxilium ferat afflictis, non ira Deorum
Tàm leuis aut tali, nent flamina pollice duræ
Parcarum nunc nostra manus, tibi credita soli
Vita, salus, decus, & miseri sunt omnia regni.
Dixit: & inuictæ lachrymàs dedit oscula dextræ.
Ille perorantem querulo cum murmure semper
Audierat, frendensq́ manus compresserat, & se
Torserat: haud aliter quã carmina noxia serpens,
Et magicum murmur cursumq́ uetantia uerba
Quando audit, rauco uiolentus sibilat ore,
Et sese in nodos sinuoso corpore uersat.
Sæpe manu frontem percusserat, udaq́ cœlo
Sæpe supercilia exulerat, sæpe comina rerum
Conscia tum multarum oculo conspexerat atro.
Tandem mœstus ait: fatum Carthaginis olim
Agnoui generisq́ mei, fraternaq́ cornix
Admonuit, quid sera mihi fortuna parasset.
Nũc tamen ante oculos iam fata nouissima uestræ
Vrbis & obscœnas uideor spectare ruinas.
Heu mihi, Carthago, dulcis Carthago: quis & te
Et me, & tot nostros Latia de gente triumphos
Perdidit? ac tacitè multos iam sensimus hostes
Non reuocare fuit quotiens stipendia miti
Essuetitum, bello exhaustat quotiensq́ cohortes
Impleri. Ast odium nunc eminet, atq́ in aperto
Res agitur. retrahunt, & me parere necesse est.
Parebo, inuitus sibi non hinc arroget hostis
Externus, non me totiens pessundata uincis
Roma, nec Ausonio conspirans robore tellus
Me ciues uincere mei, Latioq́ meorum
Inuidia atq́ dolus pellunt, non martia uirtus
Nec modò inhonestè poterit tàm maximus ille
Insultare fugæ Scipio: quàm perfidus Hanno
Consilium q́ secuta suum plebs cœca senatus
Ille meas inuisus opes, famamq́ domumq́ nostris
Vertere non aliter poterat, quàm publica nostris
Damna simul miscens populi me mole ruentis
Opprimet atq́ una conuoluet cuncta ruina
Hostis Pœnorum & Romani sanguinis ultor.
Talia feruebat rabidus, nimioq́ dolore
Insanus: ceu læsus aper cui spumea mento
Fex riget, & duro horrentes stant tergore setæ.
Italiæ procul extremo sedet inclyta quondam
Vrbs Crotho pauper, claro cognomine portus
Matutina uidens redeuntis lumina Phœbi.
Picturis hic egregijs ditissima templa
Iunonis fuerant, Graia quæ nobilis arte
Zeuxis adornarat nimia, de deratq́ per orbem
Religione coli nitidas, hic quinq́ seueræ
Stabat imago Deæ nudasq́ imitata puellas.
Et formæ decerptus honos, quem corpore in ullo
Se reperire simul quia desperauerat autor.
Abstulit à multis, speciemq́ redegit in unam.
Hoc instructa fugæ iam pridem, atq́ abdita portu
Punica classis erat: quoniam uarianlia fata
Militiæ, tantus fortunarumq́ magister
Viderat ante diu, sleteratq́ paratus ad omnes
Euentus: igitur raptis legionibus hue se
Contulit iratus, mundo superisq́ sibiq́.
Italico nec adhuc mens exfatiata cruore
Sæua uiri ad manes suprema piacula mittit.
Heu miseranda acies, miserorum, & magna uirorum,
Quò tua te fortuna tulit, formidine postquam
Frustra animos tentasse uidet, si castra cruenta
Fortè sequi, & profugam uellent conscendere classem:
Sæuus inhumana confestim exanduit ira
Longæuamq́ senũ, teneram iuuenumq́ cateruam
Tale nihil ueritam, nudam fragilemq́ & inermem
Quæ pellente metu tutis successerat aris,
Obtruncat. calido complentur sanguine templa,
Et fremitu tectum omne sonat, sic ille prophanus
Commaculat q́ sacros postes, iurandaq́ Pœnis
Iunonis simulachra suæ, uultusq́ Deorum
Terrificos. gemitu ingenti domus ampla remugit
Hæc sacra contentus dijs persoluisse marinis
Dux ferus, & cœli contemptor maximus alti
Conscendit puppim victor, funemq́ cruentum
Soluit, & Italiæ flens dulcia deserit arua
Quam tacitus: lachrymàsq́ retrò multumq́ diuq́
Prospiciens pelago ex alto, quatientisq́ minantis
More caput, frontemq́ plicis maioribus implens.
Murmure terribili sit tandem turbidus inquit,
Italia Italia, & rerum caput aspera Roma
Quænam uos nostris facilis fortuna repente
Faucibus eripuit, tu quisquis es ille Deorum
Maximè, & in nostros nimis importune labores,
Quid mihi parta diu momento temporis auferis
Iuppiter Ausonij defensor perfide mundi?
Quis tibi nostra dedit tot clara decora sub uno
Vertere posse die? cur non Cannensia mecum
Prælia tentabas, si tanta libido nocendi est?
Venisses uiuam mediys tunc obuius armis,
Armasset q́ sua se fulmine dextra tonanti
Mulciber Aethnæa chalybem fornace recoctum
Cuspide densasses in uulnera nostra trisulca.
Hinc succincta Iouì clypeum sua nata dedisset,

Palladiáq; pater texiſſet gorgone pectus,
Atq; utrumq; latus ſtipaſſent uana Deorum
Numina: torſiſſes medio Mars puluere currum:
Mortibus ipſe grauem uacuaſſes Phœbe pharetram,
Monſtrificumq; gerens aduerſa per agmina robur
Alcides gemitorem aruit tutaſſet in illis.
Viciſſet fortuna Deos ibi noſtra, Iouemq;.
O mihi chare comes, conſultor fide Bomilcar
Cannenſi cur ſancta die tua iuſſa reliqui,
Cur mihi non armis durato uterq; labores
Tantum animi fuerit, quantum iuuenilibus annis
Scipiadæ fuit indomitos: qui morte ſub ipſa
Audeat Italiæ noſtros inuadere muros.
Victor ego eximui uictas irrumpere portas,
Quid uetuit Romam raptim petiſſe cruento
Agmine? quis pactam potuit mihi tollere cœnam?
Iupiter ipſe, dolis, non ui, qui noſtra futurã
Pectora cæca tulit, quòd ſi tunc iſta remota
Tempora fatorum licuiſſet cernere nube:
Non quicquid cœlo, & pelago, terrãq; Deorum eſt,
Non genus omne hominum, noſtros auertere curſus
Hinc poterat, ſpes noſtra quidem & fiducia tanta
Murus Roma fuit, tibi nunc diſcrimine in illo
Nil acies, nil arma tibi, nil mœnia uel arx,
Sed noſtræ ualuere moræ: proh ſanguine quanto
Vndaſſent maria, & Thyrreni littoris æſtus.
Quot Tybris rutilo truſiſſes gurgite in altum
Corpora, quot currus, quot nobilis arma Senatus
Aurea, quot flammis ultricibus obruta tecta
Spectaſſem, uulgiq; una ſub ſtrage cadentis
Millia quot, ſpecula longè metuendus ab alta
Quas uoces, quos accentus, quæ murmura plebis
Auribus audiſſem lyrici mihi carminis inſtar:
Nec tamen armorum cœpti nec pœnitet, urbis
Mœma conſpexi armatus, latebriſq; coẽgi
Tot claros latitare Duces. iam nempe notare
Fulminibus nimbiſq; tuam tunc Iuppiter iram
Si mens ſana foret poteram, quid mixta colore
Flumina ſanguineo referam, tempuſq; ſub unum
Ticinumq; uadit tepidum, Trebiaq; rubentem
Montibus aduerſis genitos: tractuq; uiarum
Coniunctos teſtes noſtrarum in ſecula rerum.
Quos padus Adriacum deſcendens traxit in æquor
Quid Tranſumeni memorem ſub gurgite Laſcas?
Sanguine pingueſcunt Italo, ſatis ampla relatu
Geſtimus, Auſonijs annalibus Hannibal ingens
Nomen erit, Latijs nunquam delebile faſtis
Hannibal exiguo reſtabat ſumma labore
Fama, ſed inuidit patriæ Dux maximus Hanno:
Inuidere Dei ſontes. Sic triſtis abibat
Hannibal, & quarto linquebat littora luſtro
Italiæ poſſeſſa gemens, nec triſtior unquam
Vel patriam quiſquam, uel dulces liquit amicos:
Quàm patriam petiit ille ſuam. ſibi nempe uideri
Exul ab hoſtili iuſſus regione reuerti.
Mœſtior has inter curas, ſeraſq; querelas
Subtrahitur ſenſim terris, Iamq; æquore currus
Phœbus anhelantes radiens condebat Hibero.
Inde uiæ ſpatium, noxq; addita littoris omnem
Abſtulit aſpectum, tum Dux concuſſa quieti
Membra dedit dubiæ, certamq; obuerſus ad arthon.
Claſsis agens curas, & ſydera nota magiſter
Sollicitat nautas, quibus eſt cuſtodia puppis
Magnetis, ferriq; uias ſpectare ſequacis,
Et malum ſomnem ſtudio traducere noctem.
Littora claſsifragis linquunt famoſa procellis.
Atq; alcum tenuiſſe iuuat, tum linteа proſper
Fert aquilo & flatu pellit diſtenta ſecundo.
Vix dum pulchra dies pelago ſurgebat, & aſtra
Vndiq; uicinum fugiebant languida ſolem,
Cum dextra Italicæ tranſmiſſo pollice plantæ
Hic ubi rauca uetant iterum concurrere colles
Aequora diſiectos, procul exaudita pauorem
Scylla rapax nautis, atq; irrequieta Charybdis
Incutit ancipitem: ſed conſcia turba pericli
Læua ſecant maria, & Phœbi flectuntur ad ortus.
Iam prope conſpicitur fumoſi uerticis Aethna
Sulphureis immixta uadis, olimq; Cyclopum
Terra ferax, at nunc trucibus domus apta Tyrannis,
Iam Siracuſanus famoſo littore portus
Apparet, ſulcantq; fretum, quo bella gerentes
Tam longè à patria furijs urgentibus olim
Argolicæ periêre rates, Dux ipſe coactus
Mœnia proſpectans caſum teſtata recentem
Marcelli meminiſſe ſui, cui uicta triumphum
Illa dedere prius, diro quàm proditur aſtu
Oppeteret, ſurgunt longè conuexa Pachimi
Quæ dum pulſa legit uentis, & remige claſsis,
Solq; dies q; ruunt, uerumq; ſic fata iubebant
Nocte ſecant fluctus medios, ac littora linquunt
Trinacriæ, pelagiq; uia breuiore feruntur,
Lenta per ambiguam fulgebat Cynthia noctem,
Et cæcis radiabat aquis. Dux peruigil alta
Puppe ſedens, medius caſus uenturaq; uerſat
Prælia, & euentus dubios, finemq; latentem.
Talia uoluentem de circumſtantibus unus
Compellit: ſi digna pero Dux maxime nobis
Exoptate diu, quæ ſtet ſententia rerum
Nunc animo tibi noſſe uelim, ne ſperne precantem.
Legatus tibi ſum patria tranſmiſſus ab ipſa
Atq; urbis pars una tuæ, te feſſa tuumq;
Expectat reditum, nunquid cum littora tanges
Punica, confeſtim paulo confligere campo,
Atq; manum conferre uoles, an mœnia primum
Intrabis patriæ, ſpes erecturus in arma.
An alia fortaſsè uia meliora tuenti
Conſilia apparent, quem noſtro fata labori
Impoſitura modum reris, quem 'ue affore finem.
Ille autem, quis certa Deus ſub turbine tanto
Conſilia expediat? quis det meliora tenere?
Ibimus in patriam, quoniam ſic imperat Hanno.
Porſitan & dulces muros prius ipſe ſubibo.
Quàm fatum tentare uelim, uiresq; meorum
Spesq; animosq; prius: uultuſq; & ora uidebo:
Sin autem mediis iuuenis Romanus in aruis
Occurrat, pugnare mihi ſententia fixa eſt,
Atq; omnem potius, ſucceſſum ſponte ſubire,
Quem Deus & fortuna dabunt. hic turbidus ille
Conticuit, ſenior iuxta cui flectere clauum
Ars erat, annoſam tollens ad ſydera frontem,

Mox freta lata tuens, ueniam te Iuppiter inquit.
Neptunumq; patrem, atq; omnia numina ſupplex
Deprecor, infandas Lybiæ prohibete ruinas:
Atq; omen prohibete malum, mihi multa uidere
Vita dedit longos huc continuata per annos.
Nunc tremor muadit mentem, timidumq; ſenectus
Efficit: heu quanto ſtetimus diſcrimine contra
Hoſtiles acies, tunc cum Romana pauentem
Caſtra pererrabant Lybiam, & Carthaginis amplæ
Mœma pulſabant, tum Dux erat optimus illis
Regulus, eximio cui ſic fortuna fauore
Blanda uidebatur, nihil ut ſperare liceret
Afflictis, quantum tandem dat Bagrada facti
Teſtis adhuc, quantum fruſtra ſerpentis amicæ
Senſimus, auxilium, latijs namq; illa ſagittis
Obruitur transfixa fera, & ſub grandine multa
Telorum compreſſa perit: uix iugera campi
Quatuor excipiunt immani mole iacentem.
Vix tandem tot uicta malis fortuna remoto
Opportuna quidem non dignis mittit ab orbe
Auxilia, ipſa Ducem fida Lacedæmone mittit
Græcia, magnificos uideor mihi cernere uultus
Xantippi, mores q; graues, librata q; uerba:
Te quotiens Hannibal uideo, quotiens q; loquentem
Audio: tu uix dum in lucem tunc æditus, infans,
Sed quid cuncta ſequor? uictores uincere nobis
Contigit arte Ducii, ſola Romana q; caſtra,
Romanas q; acies, Romana q; ſigna Duceq; q;
Fudimus, & noſtris ſubijt Dux ipſe cathenas.
Hei mihi quid referam? quid me meminiſſe coẽgit
Hannibal hoc pelagus? namq; hic miſi noctis opacæ
Indicijs fallor, Xantippum ſæua ſub undis
Et reditum in patriam mentita, & perfida claſsis
Demerſit, uideor corpus ſpectare natantis
Aequore tam uaſto, & uix brachia feſſa mouentis,
Dij quæ monſtra boni, quæ mens ingrata nocentum.
Quid uoluere ſibi? ſolum qui cauſa ſalutis
His fuerat, tali unanimes abſumere morte.
Remigis implebam partes, illum q; cadentem
Et uidi, & dolui, & præſagia triſtia finxi.
Ipſa mihi uere or ſummum narrare dolorem
Quiſe quitur, ſed digna fuit uindicta Deorum.
Hac equidem paucos poſt annos forte tenebat
Impia claſsis iter, nec longè à finibus iſtis
Incidit in claſſem Latiam, nempe ipſe tremendam
Noſtrorum ſtragem, toto q; incendia ponto,
Et uolitare trabes & mixta cadauera uiuis
Corporibus, circum q; atro freta tincta cruore:
Et uictas puppes, remos q;, & ſparſa per undas
Carbaſa, naufragium horrendum, fracto s q; rudentes:
Vulnera crebra nimis, mortes q; & in æquore luctum
Confuſum, triſtes q; ſonos, trepidum q; tumultum
Prælia tartareit, Herebo q; ſimillima uidi.
Dij mihi non aliter faueant, niſi ſemper ab undis
Donec fœda fuit ſtrages, fera bella cientem
Xantippum releuare oculos, atq; ora uidebam:
Subdentemq; faces ratibus, flammas q; per æquor
Fundentem & cœlo g'adio, ac tela pluentem.
Nec prius ex oculis abijt, quàm claſsis in omne
Diſiliit pelagus, Siculi quod littoris imum,
Sardiniæq; latus mediis diſterminat undis,
Libertas equidem Xantippo uindice nobis
Tunc periit, tandemq; precor trux ira quieſcat.
Molliat ille animos, uni ſatis ultio tanta
Vna ſit offenſæ, ſed nunc antiqua recordor:
Nam locus admonuit, ſcelus & uindicta quod iſto
Contigit in pelago. Sic quæſtus, uertitur inde
Ad læuam, medio q; retro procul æquore multa
Ante ſe ad dextram Lilibæia littora feruent:
Occultant q; ſinu Phrigij monumenta ſepulchri.
Sic longam alterno noctem ſermone leuabant,
Et ueterum memores iam tunc uentura timebant
Anxia, tum tenui ſuccumbunt pectora ſomno,
Et nouus eoo conſurgens Eurus ab axe,
Lintea complebat facili crepitantia pulſu.
Lælius hæc inter perdudo Rege reuertens
Accelerabat iter: namq; illum chara trahebant
Iuſſa Ducis, profugus q; hoſtis, multum q; timebat,
Ne ſine ſe fortaſſe dies foret ultima belli
Expectata ſibi ſemper, cum fama repentè
Incidit hoſtiles pacem ueniam q; precantes
Affore legatos, igitur reuocante Senatu
Lælius ipſe domum repetit, ſic dulcia charæ
Limina cum peteret iuuenis malè ſanus amicæ
Si pater aut genitrix trahant, ueſtigia flectit
Lenta dolens, pactam q; timens amittere noctem.
Fuluius expoſitos Baiano in littore Romam
Perduxit comitem, quem dederat ipſe profectis
Scipio, ſed muros uetitis intrare, uetuſto
Concilium de more datur, ſtat proxima portis
Bellonæ ſacrata domus, quo tota Senatus
Turba uerenda coit: ſimul & quos miſerat hoſtis
Conueniunt. hi multa palàm quia falſa citatis
Aſſeruere Deis, ira grauiore Senatus
Accendere animos, pacem q; & fœdus amicum
Poſcentes, meruere odium, uiolata negare
Publica pacta quidem, cauſam q; inferre malorum
Hannibali, cunctos q; alios abſoluere culpa.
Capit ad hæc uarium murmur, tum concitus unus
Ex patribus, quoniam pacem petiiſtis auitam,
Dicite ait, fuerint quæ fœdera pacis:
Omnibus ætatis clipeus fuit, illa uetuſta
Si iuuenes, neq; tot retrò meminiſſe per annos
Punica ſic patuit fraus, & fruſtrantia tempus
Verba, parum latuere patres, excedere templo
Iuſſi, abeunt. In tres ſciſſa eſt ſententia partes.
Principibus quæ uiſa ſuis, quarum una reuerſis
Conſulibus, nam fortè aberant quæ ſumma poteſtas
Reſponſi ſeruabat onus dignum q; mouebat
Maieſtate Deus latia, Liuiusq; morandi
Autor erat reditus, at contra intacta Metellus
Fœdera Romano fuerat qui cauſa petendi
Cuncta referre Duci, noſſe qui q; omnia ſolus.
Illa ſed aſperior ſententia uiſa Lauini
Optima, quæ muris pellendos cenſuit hoſtes
Exploratores.
Sic ſine pace retrò redeunt, ſine fœdere raptim,
Et ſine reſponſo, cuſtodia littus ad uſq;
Mittitur Auſoniæ, ne quoquam flectere curſum,
Neu fraudis moliri aliquid per Punica poſſint

Ingenia atq; artes natũ exercere paternas.
Fuluius ipse etiam Lælius q; in castra iubentur
Hæc patriæ mandata Duci non lenta referre.
Pergat qua cœpit, primordia q; alta sequatur,
Fortunam q; deos q; suos, neu pacis in umbra
Destituat, cœptum ue sinat lentescere bellum.
Pecerat interea pacis spes blanda sequestre
Vt terris securus iter, pelago q; uiator
Carperet, intrepidiq; current æquore nautæ
Hac spe igitur Romana ingens à littore elapsis
Arma ferent, homines uacuis q; cibaria castris
Soluerat, & gemino sulcabat cœrula cursu.
Nam q; alias celaris puppes aquilone secundo
Flatibus: aduersis alias Libycus onustas
Miserat, has pelago tempestas corripit alto
Dispergit q; uagas, scopulis allidit, & undis
Pars pelago submersa perit, pars littus iniquum
Victa petit, secura hominum metus q; procellæ
Omnia tunc poterat celso de uertice Birsæ
Cernere fidefragũ, & prompti ũ ad periuria uulgus.
Ergo oritur subitus per mœnia lata tumultus,
In q; forum coëunt, pauci quibus esset honesti
Cura fides q; opibus potior, potior q; rapinis
Pactorum & totiens uoti precibus q; petitæ
Pacis ab Italia uulgus meminisse iubebant.
Ast odijs alij, cæca q; cupidine prædæ
Flagrãtes, raptim arma fremunt, inter q; tumultum
(Vt solet in multis) melior sententia uicta est.
Conscendunt auidi naues, Gisgonius illis
Hasdrubal eligitur sceleris: Dux is q; repentè
Egreditur portu, sparsas q; per æquora puppes
Desertas q; fuga nautarum inuadit, at ille
Fluctibus hinc illinc inopini fraudibus hostis,
Vincuntur facilè, paucas maris abstulit æstus
Demersit q; alias: plures rapuere nefandi
Prædones. medias Octauius ipse procellas
Dux secuit classis, terdenis puppibus, ac se
Remige defessa sub tuto condidit antro
Montis Apollinei uento iactatus & æstu
Scipio tam fœda concussus imagine fraudis.
Quamquã animos fortuna dabat, uirtus q; laborum
Contemptrix, nocuam iustis tamen ille querelis
Tres Oratores oneratos mittit in urbem
Impetus hos uulgi ferus excipit, atra q; circum
Tempestas lapidum exoritur, fremit impia turba
Intentat q; manus, & ni reuerentia summi
Forte Magistratus interuenisset, in illo
Iura die humani generis calcata fuissent
Cæde truci, trepidi tandem per iurgia & hostes,
Præsidijs fulti exiguis ad littora pauci
Vix penetrant, repetunt q; ratem: iam tuta uiderã
Puppis ab incursu poterat, iam castra suorum
Cernebant, subitò cum tres à littore naues
Erumpunt ex insidijs, non partibus æquis.
Pugna oritur, castris littus Romana relictis
Agmina in extremum coëunt, clamore uel armis
Succurrere suis, ac quis succursus in armis
Vnde uetabat iter, sed enim conspecta suorum
Signa dabant animos, tandem Romana sagittis
Missilibus uacuata ratis, conuersa malignæ
Subtrahitur pugnæ uersis ad littora remis,
Ac nisu ualido terris allisa fatiscit
Ipsa quidem, sed uectores tellure petita
Exposuit, cursus, & spem frustrata sequentum.
Sic lupus inuento procul à custodibus agno
Irruit, & dentes acuit, rabiem q; famem q;
Si fuga tunc trepidum rapiat de faucibus hostem
Insequitur, mordet q; animis, & deuorat auras,
Donec ad ignotas caulas & ouilia uentum est:
Tum retrahit cursum, terret locus ipse, canum q;
Latratus, uiridiq; sedens super aggere pastor
Talia dum Pœni peragunt, non læta ferentes
Romulea reuehit, legatos missus ab urbe
Lælius, & pauidos latijs succedere castris
Imperat. agnouit Scipio, nec terna sub uno
Tempore flagitia, aut triplex iniuria mitem
Excussere animum: Legatos nam q; benignè
Alloquitur: quanquam primum sint fœdera uobis
Et superum despecta fides, ius q; omne quod usquam est
Non tamen à nobis modò præmia digna feretis
Perfidiæ, ueniet fraudes quæ uindicet omnes
Vna dies, nil indignum seu moribus in nos
Ipse meis faciam, seu maiestate meorum.
Nec uestram sequar ipse fidem, difcedite tuti
Mitius armatos inter sub tempore belli
Romanos habiti, quam nos sub pacis amictu
Vos inter.
Viribus ipse animis q; ingens in tempore bellum
Feruidus instaurat, Lybiæ status ipse pauentis
Tunc erat. Italia sed iam Dux iussus uterq;
Cesserat, & uaria quamuis regione profectas
Aequoris, & patriæ fraternas tempore eodem
Aduentare acies passim iam fama ferebat:
Iam q; magno ianuæ soluens à littore classem
Alite non fausta pelago se saucius alto
Crediderat, patriam petiturus tramite recto
Si fortuna sinat, sensim turgescere colles
Cædriferi, nulli q; cedens hit saltibus ora
Incipiunt, raræq; uirent per littora palmæ,
Hinc Delphinus adest luco contectus aprico.
Obice qui montis uiolentos protinus austros
Reijcit, immota q; silens statione quiescit.
Parte alia sinuosa patent conuexa Siestri:
Hinc solis uineta oculo lustrata benigno
Et Baccho dilecta nimis, montem q; rubentem
Et iuga prospectant Cornelia palmite latè
Inclyta mellifluo, quibus haud colles q; phalernos
Laudatam q; licet mœrent cessisse pudebit
Tunc seu pigra situ, nulli seu nota Pœtæ
Illa fuit tellus, iacuit sine carmine sacro.
Hoc mihi nunc cantanda loco, fulcantibus æquor
Insula iam Veneri q; placens à littore portus
Exoritur, contra q; sedet fortissimus Erix
Ausonius Siculæ retinens cognomina ripæ
Collibus his ipsam perhibent habitare Mineruam
Spernentem q; patrias olei dulcedine Athenas
Exoritur corui q; caput, tumefacta q; circum
Distiliunt maria, & saxis fremit unda uadosis
Cognitus in medio nautis dorso q; nigranti
Arduus assurgit scopulus cui proxima rupes

Candidior

Candidior latè Phœbo feriente refulget.
Post in secessu curuo maris ostia macræ
Cernuntur rapidi stantis q; palatia lunæ
Labitur, & placidis frangens mare fluctibus Arnus
Hunc supra & ripas tenet urbs pulcherrima Pisæ
Hanc oculis digitis q; notant, propius q; patescunt
Hetruriæ q; latus, spatio q; breuissima Gorgon
Sylua q; nobilior, rigidis q; capraria saxis
Insula, tum niueo prædiues marmore, retrò
Linquitur ad læuam Gilium, uicina q; contra
Stat iuga, de gemmo nomen sortita metallo.
Plumbeus hic uertex, illa est argentea rupes.
Nec procul Herculei deuexo monte recessus.
Et Thelamonis opus, nautis q; infestior æquo
Paruus aquis proprijs uiolenti gurgitis umbro
Dextra, sed à tergo uentosi frondea tractus
Corsica restabat: iam q; hinc Sardinia longè
Tubificos aperit colles, hinc aurea Roma
Hinc q; procelloso Tybridis stant littore fauces.
Hic postquam medio iuuenis stetit æquore Pœnus
Vulneris increscens dolor & uicinia duræ
Mortis agens stimulis ardentibus urget anhelum,
Ille uidens propius supremi temporis horam
Incipit: Heu qualis fortunæ terminus altè est
Quam lætis mens cæca bonis, furor ecce potentum
Præcipiti gaudere loco, status ille procellis
Subiacet innumeris, & finis ad alta leuatis
Estruere, heu tremulum magnorum culmen honorum
Spes q; hominum fallax, & inanis gloria fictis
Illita blanditijs, heu uita incerta labori
Dedita perpetuo, semper q; heu certa, nec unquam
Stat mortis præuisa dies, heu sortis iniquæ
Natus homo in terris, animalia cuncta quiescunt
Irrequietus homo, per q; omnes anxius annos:
Ad mortem festinat iter, mors optima rerum,
Turetegis sola errores, & lumina uitæ
Discutis exactæ. uideo nunc quanta paraui
Ah miser in cassum, subij quot sponte labores
Quos licuit transire mihi, moriturus ad astra
Scandere quærit homo, sed mors docet omnia quo sint
Nostra loco. Latio quid profuit arma potenti,
Quid tectis inferre faces? quid fœdera mundi
Turbare, at q; urbes tristi miscere tumultu?
Aurea marmoreis quid'ue alta palatia muris
Erexisse iuuat? postquam sic sydera læuo
In pelago periturus eram, charissime frater
Quanta paras animis? heu fati ignarus acerbi
Ignarus q; mei. dixit, tum liber in auras
Spiritus egreditur, spatijs num altior æquis,
Despiceret Romam, simul & Carthaginis urbem.
Ante diem fœlix abiens, ne summa uideret
Excidia, & claris quod restat dedecus armis.
Fraternos q; suos q; simul, patriæ q; dolores.

AFRICAE FRANCI SCI PETRARCHAE, LIBER VII.

ASCIVS extincti iuuenis fe
rus Hannibal instans
Bellum animo, & uarios agitans
sub pectore casus.
Fraternam sperabat opem, iam q;
affore classem
Illius ac dulces cupidè sibi fingere uultus,
Fingere colloquia, & Latijs quid passus in aruis
Audire, & proprios fratri narrare labores:
In q; sibi infestos ulcisci in tempore ciues,
Hannonem ante alios. acies dum mente frequentet
Instruit, at q; equitum circundat cornua, semper
Germanum armauit, prima q; in fronte locauit.
Spem quoq; nonnunquam mens immoderata uetustam
Rettulit imperij, charo tunc grandia fratri
Italia q; dedit partem, Regem q; uocauit
At q; superuacuit ignarus pectora ueri
Implicuit curis: uolucris uelut anxia nido
Pabula dum cumulet memori torquetur amore,
Assiduo q; fremit studio, & suspenditur alis
Cum tamen interea generis spem sortè malignus
Abstulerit natos at q; incunabula pastor:
Non procul Hannibalis distabat cursus ab Afro
Littore, cum iussus raptim uestigia mali
Nauita conscendit, quam classis prenderet oram
Visurus, summo q; sedens in uertice ligni
Dirupta, respondit: spectamus saxa sepulchri
Huc recto impellens fert uentus tramite proram:
Tristior augurio, clauum Rege carbasa uolue
Flecte uiam, cursum q; alio melioribus inquit,
Auspicijs detorque meum. tum iussa magistri
Expediunt, ac uersa uadis ad proxima Leptis
Littora sollicito peruenit remige classis.
Qui status interea Romanis esset in oris
Qui'ue foret Lybicis, quæ spes, qui terrore utrinq;
Volueret alterno fluitantes turbine mentes.
Dictu difficile est, quotiens ingentia duri
Hannibalis monumenta animis confecta q; bella
Obuersabantur, tunc spes Romana cadebat
Victa retrò, ac quotiens clari occurrebat imago
Scipiadæ, florens q; uiri & spectata iuuentus,
Ac uirtus infracta malis spes pulchra redibat
Tunc Italis, terror q; iterum transibat ad hostes:
Et quanquam Latijs depulsum finibus arcem
Hannibalem fratrem q; oculis Respublica lætis
Cerneret, ast alia urgebat pectora cura
Segnities suspecta Ducum, quibus omne senatus
Mandarat studium, ne quo molimine possent
In Lybiam transire hostes, neu terra uel æquor
Securum præstaret iter, discrimine nullo
Nunc ambos abijsse simul, nempè una periclo
Conditio, sed campus erat discriminis alter
Collectis q; domi Pœnorum uiribus ingens

Casus &

Casus & excidium metuendum instabat, & hora
Vltima Romani imperij, ceu corpus in omne
Si longæua fuit scabies, abiensq; repentè
Deserat extremamq; cutem partesq; patentes,
Gaudia corripiunt animum, si forsitan æger
Sentiat abstrusum introrsus turgescere pectus,
Horrescit peiora timens, pestemq; priorem
Optat, & in regnum cordis dolet esse coactam:
Sic metus extinctus minimè, licet hoste remoto
Verum alio translatus idem grauiusq; periclum
Visceribus superesse mouet, magnumq; timendi
Calcar erat Fabij præsens quasi semper imago,
Cui longè præsaga uiro sapiensq; futuri
Mens fuerat, certoq; uelut prudentia uati
Ille quidem uulgo solitus prædiscere semper
Si quando patriam peteret ferus Hannibal, urbi
Tunc ueros instare metus, & flebile tempus:
Non ibi ductores pauidos, Regesq; fugaces
Venturos acie aduersa, non lecta per agros
Agmina pastorum propriè, uerum arma tremendùm
Laturum Hannibalem cuius numerare triumphos
Expleat annales, plures qui truserit arco
Romuleo ex populo, uiduæ quam liquerit urbi.
Ast utrumq; latus circum belloq; geluq;
Duratas, longaq; famæ ualere cohortes.
Quiq; etiam multos quibus ars celeberrima passim est
Romanos iugulare Duces, quorum agmina undis
Scipiadæ occurrit gladijs, nil nominis illic
Maiestas ualitura Duci, nil forma genusq;,
Fabula nil ortus, nil colloquiumq; Deorum.
Dixerat hoc Fabius, quoniamq; id morte sub ipsa
Vaticinatus erat ueluti suprema minantis.
Dicta patris memori nunc iactabantur in urbe,
Terrebantq; animos: at enim iam parta per agros
Tot uocis optata quies, uultuq; serenus
Ausoniæ, lætam meritò persoluere plebem
Vota iubent superis, per quinq; altaria flammis
Incaluere dies, totidemq; onerata coronis
Limina cuncta Deûm, uiridiq; comantia lauro.
Hannibal à Lepti trepidis rumoribus actus
Ad Zamnam celebrabat iter, iamq; omnia latè
Scipio uastabat, facibus iam rura uel armis
Ditia Romanis ardebant, ultima secum
Prælia dum pensat Pœnus, subitosq; ueretur
Congressus, certos statuit præmittere contrà
Qui referent, quà sint hostes regione locorum:
Quid'ue agitent, quo fulta situ, quo úe ordine castra
Consistant, tulit, hos læuo fortuna profectos
Tramite castrorum incautos custodia captos
Pertraxit Ducis ante pedes. tunc ille Tribunus
Imperat, ut circumductis per singula monstrent,
Castrorum armorumq; genus, uultusq; uirorum
Atq; equitum peditumq; habitus, numerumq; manusq;
Paretur, sic intrepidi tentoria passim
Circuerunt, omnem abstulerat Dux ipse pauorem.
Mirantur morem indomitum, legesq; seueras
Militiæ, durasq; manus, atq; apta labori
Corpora, non glacie nec ui frangenda nec æstu:
Atq; cicatrices aduerso corpore crebras,
Ingentesq;, acres oculos, testantiaq; altos
Ora animo, & uerba tonis resonantia miris,.
Postquam cuncta uiris sunt explorata, reuersos
Scipio subridens placidè, uultuq; sereno
Alloquitur, firmatq; animos satis omnia nunquid
Iuistis per castra uiri, nostrosq; paratus?
Si quid adhuc superest securi cuncta uidete.
Et uestro narrate Duci. sic ille benignè
Hortatus, dubios hominem úe Deum úe loquentem
Audissent, stupidosq; incerta mente reliquit.
Inde uiris sumptus præstatur opimus equosq;
Concessi, comitesq; uiæ, qui tuta locorum
Ostendant, uultuq; tegant, ne fortè per agros
Sparsa manus iustam oblato putet esse rapinam.
Talia dum latius peragit Dux, forsitan illo
Masinissa die peditumq; equitumq; cateruæ
Ingentes, alacri ueniunt in castra fauore.
Omnibus ex uisis nil tam perterruit asprum
Hannibalem, quàm clara hostis fiducia magnas
Spes animo uoluentis enim, nec bella pauentis
Attamen extremas, quoniam iam fata ruinas
Vrgebant, aderatq; dies, qui nubila sortis
Pelleret ambiguæ, statuit tentare loquendo
Ante Ducis mentem aduersi, si flectere possit
Consilio pacisq; nouos infundere amores.
Siue ille egregia morum dulcedine tactus,
Seu uentura pauens, seu iam longæua laborum
Tædia pertæsus, seu fraudem inuoluere uerbis
Insidiasq; parans, solitasq; recurrere ad artes.
Nuncius hæc propter præmissus pergit ad hostem,
Colloquium petit, nihil aduersatus, & ambo
Castra mouent ex composito, multumq; propinquis
Consedere locis facilis congressus ubi illos
Iungeret exiguis urbs Nargara mœnibus inde est
Haud procul, hunc Scipio raptim munimine collem
Occupat, hæc sedes tutis aptissima castris.
Dulcis aquæ fontes illic, & pabula passim
Opportuna uiris & equis, uix millibus alter
Quatuor aduersis ductor distantia castris
Ardua communit, scatebris ubi nulla benignis
Lympha caput tollit, camposq; irrorat inertes:
Ne'ue diu mora tuta foret sitis ipsa uetebat
In medio tumulus legitur conspectus utrinq;,
Detectusq; situ, nequid inter frondea claustra
Antraq; syluarum fraudisq; doliq; lateret.
Marcellus terrebat enim, & collega peremptus.
Hinc illinc armatæ acies, huc gressibus æquis
Agmine quadrato ueniunt, paribusq;, remotæ
Subsistunt spatijs: at Dux prægressus uterq;
Cornipede excelso, positus concorditer armis.
Pone suus quemq; est testisq; comesq; secutus,
Vnicus interpres. tumulo sic cominus ambo
Conueniunt, summi siquidem Regumq; Ducumq;
Quos aut prima tulit cœli quocunq; sub axe
Aut ætas latura sequens. ceu bella Gygantes
Si renouent indigna Deis, stentq; agmine contra
Fulmine deposito procedat Iupiter ingens
Mercuriusq; comes, tum pars aduersa typheum
Mittat. & hinc comitem se turpis homunculus addat
At longè armati spectent commertia fratres
Terrigenæ, tum parte alia furor ipse Deorum

Conticeat,

Conticeat, promat Phœbus, teneatq; sagittas:
Horrificamq; minax quatiat procul Aegida Pallas
Terra tremat, uibrent ignes & fulguret æther.
Mortibus haud alijs. alioq; horrore uidentum
Conuenere pares silean t mihi cuncta priorum
Nomina non alias nullo consistere campo
Maiores fortuna duos uidisse negabit
Alter ad alterius conspectum hæsere uicissim
Immoti, tum multa alto sub corde mouentes.
Dum stupor attonitos habuit, siluere parumper.
Scipio fulminei cernens horrentia circum
Hora Ducis, uultusq; truces. hic Iuppiter ille est
Cuius ab armatis legionibus ora timentur:
Italiæ terror, murus Carthaginis arxq;
Hesperiæ domitor, qui Gallica rura peragrans,
Fregit inaccessas alpes, callemq; niuosum
Natura luctante dedit, tot nostra cecidit
Agmina, totq; Duces, totiens qui lumine nostro
Sanguine fœdauit, campo potuitq; patenti
Atq; acie iusta manum superare parentem
Meq; simul iuuenem pauidæ qui lumina Romæ
Non ferro nostriq; metu, sed numine certo
Præsentiq; Deum, nymbisq; fauentibus urbi
Liquit, & erubeo nostram debere salutem
Non animis, non uirtuti, non fortibus armis,
Sed tempestatis tantum auxiliaribus undis.
Talia uoluebat Scipio. Contrà Hannibal hic est
Hic cuius tenera iam nunc ætate remotos
Fama polos penetrat, cuius dant credula summis
Secula numinibus uirtus: quia suggerit ortum
Sanguine qui patrio madidum contingere campum
Non timuit, cladesq; suas tam fortiter ultus
Insequitur uictos, & nos post prælia tanta
Hispania tellure fugat, nostrosq; labores
Irritat, iste abitum cunctis meditantibus unus
Consilium uertit, cunctisq; trementibus idem
Constitit immotus, nullus sua rura tueri
Audebat, nostras an iste insultat in arces.
Hic Regem. cui nostra ingens innixa manebat
Spes prius, alloquio flexit, mox fregit aperta
Perdomuitq; acie, uictumq; in uincla coêgit
Me quoque deiecit prius hic quam uiderit, & nunc
Expulit Italia. quid multa? uel iste profectò
Est mihi uel nullus toto metuendus in orbe.
Quæ dum cuncta pares oculi trepidantis in ictu
Voluissent animis, incœpta silentia rumpens
Hannibal, hæc primus: Si me mea fata maligno
Sydere damnabant, ut post tot bella peracta
Totq; acies cæsás campis, tot milia fusa
Solus ego pacem à nobis petiturus inermis
Fortuna uariante uices, supplexq; uenirem
Gratulor ex cunctis, quibus hoc decus illa parabat,
Te potius mihi sorte datum, quia nobilis ingens
Solamen mihi uictor erit, minimumq; pudebit
Sub tanto cecidisse uiro, tibi gloria porrò
Vltima non fuerit, nisi mens mea conscia fallit
Hannibalem cui de uobis tot larga triumphos
Fata dabant, cui tot campis atq; agmine fracti
Romani cessere Duces, tibi cedere soli
Non acie, non ui, solo sed nomine uictum
Ludibrium quoq; fortunæ quæ bella parenti
Cœpta tuo mecum nato claudenda reseruat
Indigner, stupeam'ne magis, namq; ille per arma
Dux acer, plenus uictor fortissimis annis
Ille mihi cessit iuueni, uictusq; Latinis
Finibus est, contra tu nunc iuuenilibus annis
In propria me nempe domo sine uulnere uinces
Tempore iam belloq; Ducem, uictricia signa
Duratosq; animos, durataq; membra gerentem.
Cura quidem fateor fuerat pulcherrima pacis
Gentibus indomitis, nec enim Trinacria nobis,
Non fera Sardiniæ tellus, non tractus Hiberus.
Præmia magna satis pro tot iam classibus aut tot
Sunt exercitibus, pro tanto sanguine fuso
Culpari transacta tamen, licet usq; loquendo
Mutari uetitum est, transuerso calle furentes
Traxit auaritiæ rabies, aliena petebam,
Vrgeor, in proprijs spes immoderata fefellit
Atque animus paris impatiens sic blanda parumper
Fortuna in magnis alio furit improba uultu.
Casibus hæc uarijs, nisi me quoq; fallere dulce est
Iam satis edocuit, non sat sibi tradere tutum.
Hinc ratione meos moderantem cæteris actus,
Cœpit pacis amor, tuta sed feruentior ætas
Et fortuna diu felix exterret utrumq;
Consilio aduersum pacis. studijsq; quietis
Nanq; ego commemini medio feruore iuuentæ,
Qualis apud Trebeiam fuerim, permitte profari
Qualis apud Cannas, talem te suspicor esse.
Nempe uirens ætas, & formosissima clari
Te uindicta patris, te tot fœlicia bella
Africæ & Hesperiæ, & nunquam mentita secundos
Successus fortuna leuat, satis omnia noui
Præterea expertus totiens, scio quanta libido est
Vincendi, quantumq; decus, uictoria quando
Certa foret, fateor rerum est dulcissima, sed nunc
Quis Deus hanc uobis qui non & fallere possit
Pollicitus mihi crede aderunt, nisi sistimus iras,
Corpora, ferrum, animi, uultusq;, manusq; uirorum
Agmine ab aduerso, simul hic quem cernis inermem
Alter erit, pectusq; aliud fronsq; altera longè:
Nec sonus hic uocis, nec pacis inertia uerba.
Ergo animos assume nouos, neu nomina pacis
Vile sonent, pulchra est, inquis, uictoria, sed spes
Anxia uincendi, pax est pulcherrima rerum
Hæc tibi certa patet, nisi respicis omnia uersa
Et quotiens animos præsentia prospera tollunt.
Ante acres intende oculos, circumq; retroq;
Nec quid læta ferat tantum fortuna, tulit úe,
Sed quid ferre potest animo metire sagaci.
Nil facies rectè, nisi cum spes uenerit illinc:
Hinc metus occurrat, tibi sin uictoria forsan
Cesserit, & quantum est proprijs quod laudibus addis
Victor es, & uincis, uixq; unum mille triumphis
Addicis, at si fortè diu comitata repentè
Destituant te fata, ruis pereuntq; labores
Innumeri, spesq; ampla simul, consultor & hostis
Vnus adest, odium sileat res firmet utrinq;
Vtile consilium, & si nulla pericula terrent,
At retrahat saltem studium te nominis alti,

Altius

Altius ire nequit, nunc conseruare labora:
Magnus enim labor est, magnæ custodia famæ.
Vix ne tot egregios actus, & tempore tanto
Quæsitum decus, unius committere casus
Arbitrio: uis ne una dies tot subruat annos.
Fortunam frenare tuam, finemq; secundis
Ponere consilium est, nec parua accessio magnæ
Fortunæ est tenuisse modum. si frena relaxas
Auferat in præceps, possem te multa monere,
Namq; exemplorũ magna est mihi copia. Quãtus
Vir fuerat Cyrus, tamen is dum fine sine ullo
Credulus insequitur fortunam, turpiter alto
Excidit è solio, cumulus fuit ille pudori
Fœmineæ cecidisse manu, fœlicia Pyrrhus
Arma tulit, quanta potuit cum laude reuerti
In regnum, uobis etiam mansisset amicus
Vereor, illa animi tanta dulcedine, tali
Dignus amicitia: sed dum nec frena tenere
Nec cursum cohibere potest, collapsus ad ima
Corruit, hic medio si permansisset abundè
Sparserat Epyri celebrem per secula famam.
Ah quotiens Italo Rex formidatus in orbe
Trinacriæ diadema tulit, mox cognitus orto
Sceptra etiam Macedûm arripuit, sed sistere nusquam
Dum ualet ille uiris inuictus gloria uulgi
Fœminei, Argolico ruit ingens uictima saxo.
Sed quia nostra magis fortassè exempla mouebũt
Hac ipsa in patria Regulum fortuna supremis
Aequarat Ducibus, sed dum conscẽdere ad astra
Nititur in tergum iacuit resupinus acerbo
Fine decus partum claudens aliena renarro.
Meq; libens taceo, fato iactatus utroq;.
Quid sim, quid fuerim cernis, uix notius usquam
Inuenis exemplum, fortuna uolubilis in quo
Læserit ulla magis, tutum est discedere sensim
Illius è gremio, nimium nec fidere blandis.
Vin' tu illi præstare fidẽ, quæ uoluere nunquam
Desinit instabilem uiolento turbine rotam?
Quæ non cæca modò est, sed cæcos efficit illos
Quos complexa sinu est, nunquamne attollit & implet
Muneribus falsis, nisi quos de culmine summo
Vertere præcipiti fuerit meditata ruina.
At fuerit suspecta tibi iam fœdere fracto
Punica fortè fides, sed tu desiste uereri
Tempus pacis adest, & uos nisi falsa relatu
Audiui, pactum fœdus spreuistis auorum
Tempore, quod minimè dignis autoribus ictum
Esse uideretur. Nos si fortuna maligni
Strauit humi, reris forsan cecidisse decoris
Omne simul studium, non sic nos lumina læuo
Sydere prospiciunt, fateor non omnibus æquè
Publica fata uelim, & patrios committere casus.
Nunc autem de pace agitur, tractantibus illis
Quorum primus honos pacis belliq; futurus
Et labor, & requies equidem: quia bella mouendi
Autor eram donec metuerunt fata tetendi
Vt faustus foret euentus, sic fœdera certè
Consilia firmata meo, pacemq; tuebor
Quæ nobis inhonesta quidẽ, sed uelle necesse est
At uobis speciosa uenit, sic dicere quanquam.

Victorum pacis leges, pœnamq; iubere
Tu tamen hanc patiãre reos imponere mulctam
Ore uelim proprio, nostris erroribus æquam
Hesperiæ tractus, atq; aruã nouissima mundi,
Aeoliæq; triceps regio, & Sardinia, & omnis
Insula Thyrreno, aut Lybico perfusa profundo
Vestra sit, hinc alia ex alijs conquirite regna
Ite per extremos axes, atq; inuia ferro
Pandite fulmineo, Reges calcate superbos
Vestra sub occasu uictricia signa ferantur
In Boream, & Solis tandem uoluantur ad ortus:
Nos autem Lybicis arctarti finibus, inde
Vos Dominos rerum, longinqua cuncta regentes
Imperia, & multum terraq; mariq; tremendos
Cernamus, superis postquam fatoq; potenti
Est placitum. tantum ille graui sermone profatus
Subticuit. contrà Scipio cui talia reddit:
Certus eram quæcunq; mihi promissa fuissent
Aduentu turbanda tuo, nec fœdere Pœnos
Iusúe hominum, uel sacra Deũm seruare paratos
Ni cogente metu. Prius hic grauis astra uolatu
Scandet equus, prius hic solidus per inania collis
Ascendet, cœlumq; cano subsidet auerno
Quam uobis sit amica fides, sed iusta Deorum
Vltio persequitur fontes, stirpemq; profanam
Verberat, & claudo quanquam pede iussa fugaces
Præuenit interdum scelerum spectator ab alto,
Perfidiæq; Deus, quanquam tibi fabula uana est,
Hannibal esse Deum. quotiens rubicunda cruentæ
Littora pulsarunt absorptis classibus undæ!
Viscera bellantum pelago quot sparsa natarunt!
Quot truncæ atq; laceræ afflictum super æquora puppes!
Quot taboundantes æstu iactante carinæ!
Quot clypei, & tetro stillantes sanguine postes!
Credis adhuc non esse Deum, sic pectore prorsus
Ingratis abrasit, non multum annosa uetustas
Bis prius aduersum nos arma nefanda tulistis
Nosq; lacessistis semper, sociiq; fauentes
Id meritis contra stetimus certare coacti
Nos pietas quondam Siculis succurrere iussit
Nunc autem Hispanis, in quos tua maxima quantum
Sæuitia exarsit, dolor est meminisse pudorq;
Sera nimis miseris, quoniam Romana fuerunt
Auxilia atq; ingens infamia nostra Saguntum est.
At Deus, ille Deus, quem uos contemnitis, æquas
Exegit pœnas meritis, belliq; prioris
Exitus ille fuit, quem uos sensistis, & idem
Huius erit, nisi iusta Deum uindicta fatigat.
Si qua tamen medio tulimus, quæ multa fatemur
Vulnera, præmisit forsan rectissimus ultor
Exercens, purgans q; pios, sed prisca relinquo:
Si tibi cura mouet, ne pax tua ciuibus obsit,
Et mihi perfidiæ, ne præmia fortè reportent
Est animus, quid enim, cum uos & fœdera & omnem
Spem pacis uiolasse palàm est, nunc fœdera rursus
Et pacem, indignos quos prima iniuria fecit
Conditione pari petitis leuiore secundam.
Nec pudet, & quantis sese fortuna reuoluat
Casibus admoneor, quàm sit uia lubrica magnæ
Fortunæ, iubeor Reges meminisse Ducesq;.

Quos

Quos mutata gradu subito deiecit ab alto.
Exemplisq; premor. scio quòd mortalia nobis
Corpora sunt, animi æterni, scio multa sepultis
Supplicia, & longos scelerum superesse dolores.
Hic famam restare bonis, æternaq; cœlo
Præmia, uãs ne aliud docilem uir docte monere?
Casibus expositum scio me, teq; armipotentem
Egregiumq; Ducem fateor, desiste minari,
Scimus, & hinc maior nostris speratur ab armis
Gloria, nec regnum fortunæ ignoro iocantis
Rebus in humanis. at nulla potentia summo
Est æquanda Deo, solet hic pia bella fouentes
Auxilio firmare suo, ac ne fortè moremur
Hunc totum per uerba diem. Si fœdera uobis
Prima placent, ratibusq; recens iniuria nostris
Legatiisq; illa aliqua purgatur, habetis
Quod petitis, neu pollicitis putes inscius ingens,
Munus habet pacem, quoniam fortuna reuersa est.
Vestra uides, si dum latio tua fama tonabat
Tempestate graui bellorum, mitior hostis
Optasse eadem precibus tunc fortè superbum
Non præstare fuit, nunc cum propè uictus & omnis
Pulsus ab Italia, metuensq; & bello subactus
Pacem oret, poterat recta cum fronte negari.
Et tamen ut mundus uideat non aspera nobis
Deiecisse animos, non tollere prospera bella,
Fortuna' ne pares habitus consistere in omni,
Posteritasq; notet, non nos dulcedine prædæ
Prælia non odijs, sed pacis amore mouere.
Pax dabitur, fuerit uobis si pura uoluntas.
Sed quid uana refers, hæc est Hispania dextra
Si nescis multoq; mihi iam parta cruore.
Cætera nostra uides, stulta est iactantia dantis
Quod retinere nequit, de nostro munera fingis?
Proinde aliud paci, pactisq; prioribus ultrò
Adijce, si quid habes, quod si nimis illa uidentur
Importuna animis, gladios atque arma parate,
Indociles tollerare togam pacemq; perosi.
Dixerat, & tremula tellurem pertulit hasta.
His dictis retro redeunt, ceu cornua postquam
Obnix tenuere diu, grauibusq; tumentes
Impleuere animos odijs, uisuq; maligno
Digressu tacito referunt uestigia uari,
Vt grauius toto coeant cum pondere rursus:
Mugituq; ferro complent nemus omne frementes
Circumstant, reducesq; acuunt in bella iuuencæ
Quemq; suæ: talis Ducibus redeuntibus ore
Spiritus, & talis tumido sub pectore sermo.
Postquam ad uicinas ambo redière cohortes
Arma animosq; parant, in bella nouissima tandem
Edicunt, alacri cœlum tonat omne tumultu.
Tum uerò urgentes stimulos uirtutis & æstus,
Irarumq; faces, grauiterq; minantia uerba
Flammantesq; oculos, ardentiaq; ore uideres
Haud aliter quàm cum stipulis immittere flammam
Fortè ex composito latè distantibus aruis
Discedunt gemini agricolæ dispersus in agros
Horridus alternos, nunc hic, nunc cernitur illic,
Et trepidante sono subitus micat ignis utrinque.
Vt uerò ad castra est reditum, clamore fauenti,

Qualis apum strepitus Regem circumstant ouantem
Pro se quisq; Ducum excipitur, cupidumq; tuendi
Funditur inquirans certatim singula uulgus,
Vnus in amborum castris discurrere sermo,
Fatalem uenisse diem, nec præmia belli
Qualia præteritis soleant sperare periclis:
Nec pœnas instare pares, uictoribus orbem
Terrarum, imperiumq; sequentes per cuncta parêre
Secula, tum uictis extremos affore casus.
Semianimis quod uicta metu, propiorq; cadenti
Carthago, nondum icta tremat, fatoq; premente
Amplius immensam nequeat differre ruinam.
Romanis non esse fugæ, non collis amici
Præsidium, obstursosq; abitus maris æquore circum
Alarum cæliq; fugam restare patentis.
Hinc igitur quoniam terror, spesq; excitat illinc,
Imperiumq; Ducum uario permixta fragore,
Castra modis reboant miris, hic corrigit hastam
Ille acuit gladios, agilles probat ille sagittas.
Induit hic galeam capiti, cristasq; trementes
Excolit, hic blando permulcens murmure fortem
Frenat equum, phaleris q; tegit, fluctat ille recuruus
Ferratos aptare pedes, unguemq; cauatum
Verberat, acrebris tunnitibus inde faillas
Elicit. hic pictum clypeum textamq; cathenis
Loricam exiguis tenuisq; rigentia ferri
Tegmina circum humeros, & fortia pectora ducit
Implicat hic ocreas femori, tibiasq; pedesq;
Armat, & asrata præfulget imagine poples.
Hic mihi Pyerides: quoniam maiora pusillis
Viribus aggredior) si uos ab origine semper
Dilexi, coluiq; libens, si rite uocaui,
Hic præbete animos, totoq; Helicone fauete
Aulia Castaliæ stiens conuexi pererro,
Vrget amor, famæq; trahit spes blanda decore.
Lux ea terribili huic illinc consumpta paratu
Cesserat, & uerjo radiebat sydera cœlo:
Inclyta magnificis opibus cultuq; uerendo
Aethereas matrona uirens perlabitur auras.
Stat capiti diadema sacro, turritaq; frontis
Effigies, sceptrumq; manu sed sparsa capillos
Et trepido festina gradu, cui feruida contrà
Multa, minax mulier medioq; perustior axe
Ac succincta sinus, paulo q; aramosior ibat.
Illa quoq; sceptrum, & regni uiolenta gerebat
Signa, Deos hominesq; omnes, Regemq; Deorum
Aspernata animis, ambæ simul alta tenebant.
Quaq; rubens Martis metuendi luminis astrum,
Scorpio, chelarum amplexu caudaq; tegebatq;
Vtraq; cœlestes pariter tempusq; sub unum est
Introgressa fores, illas mirantur euntes
Cœlicolæ rapidus tenuerunt sydera cursus:
Vt summo solio coram stetit, altera raptim
Incipit: Heu quantum facinus Iunonia longum
Hospita, & æternum fato struente futura
Tentor ab Italia, nec tot sua uulnera prosunt
Nec quod, si qua fides gladijs, letale putaui
Cannarum memoranda dies, ô fata Deorum
Dura bonis liceat iustas inferre querelas,
Et cœlo non ficta loqui, natura benignè

Mecum

Mecum egit fateor, superi inuidistis acerbi.
Aequoris immensi pulcherrima litora clemens
Illa mihi circumdederat, portusq́; decorem
Addiderat, cœliq́; aderat clementia blandi,
Et uespertino ueniens ab axe Fauoni
Dulcior afflatus Zephyriq́; tepentior aura.
Littoris aduersi frigus glaciale uidebam
Et post terga graues exurere cuncta calores
Ipsa meo contenta situ, medijsq́; fruebar
Læta bonis, poterat terræ cœlestis imago
Vera, nisi fallor, spectantibus illa uideri.
Adde tot illustres natos Martisq́; secundi
Tot titulos, tot gesta Ducis, famamq́; sonoram.
Non tibi Mars illum fratrem fateare pudendum
Hunc quo fata uirum rapuerunt inuidia furtim
Tempore uulgatum est, quantus tot ille paratus
Orsus erat, nomenq́; meum quo ferre putabat
Infelix quanto flagrans genitricis amore.
Mitto alios, nam magna mihi numerosaq́; turba est
Quanta mihi nuper qualisq́; nouissima proles
Contigerat, fateor superi mordaxq́; fatenti
Inuidia absistat, non ullum regia pascit
Maiorem generosa Iouis, quis feruor in ullo
Par fuit ex quo Prometheus subduxit ab astris
Particulam, cæciq́; infudit pectoris antro:
Accenditq́; homines, quanta est constantia menti
Insita? quàm præceps per cuncta pericula fertur?
Credite corporeo nisi mentem carcere clausam
Sarcina membrorum premeret, foret ille Deorum
Ex numero, solioq́; altus radiante sederet
Nomine non opus est, ubi soli conuenit uni
Quod loqueris, factisq́; satis iam cognitus orbi est
Hannibal, ante suos perdent errantia calles
Sydera, & Aethyopes niuibus grauis obruet astas:
Riphæumq́; gelu Borea tepefacta loquenti
Soluet hyems, quàm fœda uiro perduxerit illi
Terra parem, nec fallit amor, sed uera fatebor.
Parcite cœlicolæ, uereor ne tristis alumno
Inuidia, & cæcus noceat fauor, aspice terras
Iupiter Italiæ, uiden' inter strata colonis
Arua suis, uiden' indigena uariata cruore
Flumina, & ignotis multum distantia terris.
Busta Ducum potuit latum effudisse per orbem.
Hannibal ista meus potuit disiungere montes
Et saxis arctare uagis, uerum obuius illi
Nunc Deus est aliquis, quis enim mortalia contra
Arma feret, puer aduerso uenit agmine nobis.
En pudor ô superi, sed nec puer ille nec omnis
Terreat Ausoniæ tellus, non illa superbo
Quam tacitam hic modo meditantem grandia uultu,
Aduersamq́; meis fatis, hanc scilicet ipsam
Et formidatum mundo puerumq́; patremq́;
Vna acie quondam collatis uicimus armis.
Nos nec adhuc tanto melior fortuna fauore
Cœperat amplecti, nunc tot firmata triumphis.
Quid metuam? nisi fortè Deos, succurrite famæ
Atque arcete nefas, moriar nisi clauditur illo.
Nescio quid puero, quid me iubet usque timere,
Dixerat: at contrà uultu ueneranda modesto
Altera procedit paulum, manibusq́; coram
Abijcit, ac sceptrum pedibusq́; effusa tonantis
Sic ait, ô magni suprema potentia mundi,
Si tua Roma potest, lachrymis perfundere sacros
Te patiente pedes, precibus inflectere iussis,
O superumq́; hominumq́; sator, rerumq́; creatòr
Optime, parce tuis, fer opem & moderare labores.
Aspice placatus tandem, & miserere precamur.
Quanta per Hesperiam rapidis urgentibus austris
Flamma latus nimboq́; nocens undante procella
Sæuierit, mundo notum est, & notius astris.
Nec mihi quod misero insultans nunc illa uirago
Obijcit inficior, candentes ossibus agros
Italiæ, terrisq́; Ducum dispersa sepulchra.
Et quicquid miser armorum fert impetus orbi
Sustinui, solioq́; pater tu passus ab alto es:
Crimina sic meruisse mea, respice tandem
Mitius afflictos, & si mea crimina nondum
Sunt purgata satis, tua fulmine dextra chorusco
Hoc caput inuisum, & Tarpæias uerberet arces,
Hannibalem euertat, iamq́; auertisse uideris
Et grates actura tibi pro munere tanto
Aduenio, timui, fateor, furiasq́; dolosq́;
Infandi Ducis, & laqueos, simulataq́; bella.
Ille etenim sacra quem genitrix cœlo tenus effert
Atque ipsis insana Deis, tot laudibus æquat.
Fraudibus insidijsq́; magnis considere in armis
Quàm uirtuti solet, possem sibi multa meorum,
Funera natorum, dolor impedit, heu heu quanta
Sæuitia est summumq́; nephas, quibus illa superbit:
Sic tales cecidisse Duces, sed tempus apertè
Nunc uirtutis adest, iuuenem nisi fata uirentem
Quem puerum uocat, ipsa odijs immitibus urgent.
Quod tu summe parens prohibe & permitte parenti
Id modo sollicitè, cesset fraus, arma ferantur
Iusta acie liceat plano confligere campo.
Vel nati me fallit amor uel mira uidebis
Prælia: & infames æquantia uulnera Cannas.
Diuinos noui ipsa animos humanaq́; subter
Omnia cernentes, non quod mihi fabula mundi
Persuadeat natum esse Deum, licet improba fando
Excitat inuidiam, diuino tentet honore
Prædones, licet ipsa suos celebrare Deisq́;
Adnumeret, mihi sufficiat decor ille uirorum
Scipio magnanimus, similem cui nulla tulerunt
Tempora, nulla ferent, non hæc me uera negabo
Credere, nempe animos diuinam accendere mentem
Illius, ac nullum sine numine posse benigno
Egregium reor esse uirum, non astra morabor
Amplius, aut nato faueas, aut patribus æquis,
Sta medius, fraudemq́; ueta, si cesserit illa
Vicimus, haud dubiè, sed enim Iunonia iactat
Hospitia, & superos hac sperat uoce mouere.
Fallitur, insanit, stat semper nube sub ista
Vel simili stabit equidem mihi pulchra tonantis.
Tarpæio stet colle domus, cui thura precesq́;
Deferimus, sed rite uinam, pia sacraq́; docere
Tu potes & facies, nisi in limine cæli
Fatorum uox intrantem exaudita fefellit.
Ergo agè suplicibus pateant pia pectora uerbis
Celse parens, hominum spes summa, & sola bonorum
Audieram

Audieram imperium terræ pelagiq́; supremum
Et circumfuso quicquid quocunq́; sub axe
Clauditur Oceano, Latio de sanguine natis
Promitti, sed quid nisi tàm grandia præstat
Nunc autem non regna peto sit tuta merentum
Libertas, liceat sitientem sanguine hostem
A iugulis arcere meis, si digna rogaris.
Si mihi non parcis, populis ignosce nepotum.
Quos noua relligio faciet tibi forsan amicos.
Finierat, stringensq́; pedes atq; oscula rursus
Ingeminans lachrymis hærebat, & ore madenti
Subrisit uultu tacito stillantis olympi
Rector, ad alterius tactus præsagia secli
Tandem uerba parat: tremuit conterritus æther,
Conticuere poli, siluit tellusq́; chaosq́;.
Nullo unquam ingenio patuit mortalibus inquit,
Quid pareret uentura dies, sic nostra premuntur
Consilia, arcano sic iussa silentia cœlo.
Et tibi quæ patrem memoras audisse futuri
Intra syderium potuit contingere limen
Exterius sonuisse nequit, nisi forsitan ardens
Spiritus huc aliquis flammis purgatus & unda
Venerit, hinc tenui quædam penetrantia rima
Erumpunt, multa quoniam pietate coactus
Vim patior, uerum quo longius omnia uoluam
Pauca mihi è cunctis quæ iam sub Sole geruntur
Pauca placent, quoniam terris incognita uirtus
Huc refugit, totiens de uobis quæsta: quod inter
Millia tanta hominum sibi uix contingat amicum
Inuenisse aliquem. me purpura uestra mouebit
Forsitan an aurum præfulgens ceruice cœli
Hoc spatium, geminis forsitan contingar Eois
Hinc oriente alio, & circumradientibus astris
Delector, meq́; ipse magis, comitumq́; choræis
Corpora qui placeant oculis mortalia nostris
Aut fragiles artus, aut forma fugacior umbris
Omnia sunt æterna mihi splendorq́; decorq́;,
Diuitiæ stabiles, mansuraq́; gloria regni.
Ac ne cuncta sequar, uirtus mihi clara placere
Sola potest, animiq́; habitus, quam dicere sedem
Ipse meam nunquam erubui, sed rara per orbem
Hospitia inuenio, nunc uestra addiscite fata.
Est labor hinc illinc, per secula multa paratus,
Mutuaq́; alternas tentabunt funera gentes
Quem fortuna premat, cui stet uictoria parti
Non est nosse prius, nisi quòd cui conscia mens est
Iustitiæ: nostrumq́; licet sperare fauorem.
Ast alium timuisse par est, ab origine rerum
Præmia digna pijs, atq; aspera multa malignis
Edixi, sed enim uobis nunc maxima cura est
Natorum, ueniet tempus quando utraq; tristi
Exilio patiare tuum senescere longè
A patria, nec busta petes non gloria tanta.
Non decus, aut pietas aut fortia facta mouebunt
Amborum, nimium mortalia corda uolutat
Ambitio, spem non sobolem mihi credite amatis.
Largior in uerbis solito sum, maxima namq;
Res agitur, meritò sermonis & indiga tanti
Imperium, mundiq́; caput, maiore cauendum
Voce aliud superest, dociles auertite mentes.
Est mihi propositum, quoniam caligantia mundo
Lumina sunt propius uestris accedere terris
Et pondus nexusq́; hominum mortalia membra
Sponte subire mea uestrosq́; leuare dolores.
Quantus amor, mortemq́; etiam tolerare pudendam,
Ingrate, dureq́; animi conuiuia quanquam
Munera sint uobis, tamen hæc fœlicior illa est.
Fauerit hoc equidem cui nunc uictoria campo,
Hanc penes imperium simul & mea maxima sedes
Semper erit, sic fixa etenim sententia sanxit.
Ne'ue diu dilata nimis spes uestra putetur
Cuncta prius cuncti mortales ista uidebunt,
Quàm decies latum Saturnus cinxerit orbem
Limite retrogrado, placida sic uirgine captus
Iam rapior, sacri sic mulcent ubera lactis.
Talia narrantem cuncti gaudentibus alis
Cœlicolæ umbrabant, atq; agmina nuncia pacis
Attonitæ auditis, non uno tramite matres
Spe uaria incertæ redeunt iam littus Eoum
Sanguinolenta dies casus uisura supremos
Lustrabat radijs, iam classica crebra sonabant
Et matutinum per castra frementia murmur.
Consurgunt hinc inde duces, nec tanta sub astris
Vlla fuit Romana dies, per secula cuncta
Nec fuit in campis ullis ductoribus æquis
Aut paribus certatim odijs, aut artibus aut ui.
Nec metus in præsens tantum, sed millia multa
Armorum ante oculos aderant, quemcunq; dedisset
Hac acie fortuna gradum, patriamq́; domumq́;
Et stirpem, & genus, & seros sperare nepotes.
Scipio distinctam campis inducit apertis
Ordinibus miris aciem, dextramq́; gubernat
Masinissa latus, Numidis instructus, & illum
Hispanus sublimat equus, cristataq́; signat
Cassis, & aduerso sinuatur purpura uento.
Lælius at læuum moderatur in agmine cornu,
Quem sequitur Latijs equitatus ductus ab oris.
Hunc Apulus sonipes, rapidum propiorq́; uolanti
Fert circum, rigidoq́; effulgent pectora ferro
In medio Romana fremit prædura iuuentus.
Eminet his altè imperitans legionibus ingens
Scipio: iamq́; auro, iam ferro, clarus & ostro
Clarior est animis, & spe clarissimus ampla,
Obscurataq́; alios. Surgentis lumina Phœbi
Ferre uelut comites nequeunt, hinc lucifer almus
Inter hebes radios, illinc Cyllenius ore
Pallidus ambiguo: nam cætera sydera circum
Non expectato fugerunt omnia sole.
Excitat ipse altos animos, atq; omnia firmat
Per medias uolitans acies, nitidisq́; tremendum
Fulmen inest oculis, quod uerberet ora tuentum.
Signiferis instare suis, equitumq́; phalanges
Hortari, trepidos uerbis solidare, pauentes
Erigere ac dubios, hos obtestatur, at illos
Orat, & in medium pulcherrima facta recenset
Vel sua, uel generis nomenq́; inculcat auorum.
Hos laudat blandis castigat uocibus illos,
Obiurgatq́; moras, & amico uerbere inertes
Instigat, docet ille decus, docet ultima belli
Præmia, quàm prope sint, discriminis atq; pudoris

Admonet,

Admonet, his stimulis animos impellit & urget.
Omnibus ille locis festinat adesse, nec ullum
Perdere supremi momentum temporis ardet.
Postquam cuncta satis circum prouisa, suisq;
Præsidijs firmata uidet, Dux maximus acri
Cornipede excelsus niueo, si Iuppiter inquit,
Hunc animum qui nostra mouet præcordia cœlis
Nunc nobis notum esse uelit, dubitasse pudebit
Quis finis seu quæ nostros fortuna paratus
Exciperet, nullis oculis Sol clarior unquam
Apparuit, mihi quàm uictoria cernitur ingens.
Vicimus, agnosco trepidantis turbida uulgi
Murmura, & ambiguos motus, aciesq; labantes.
Vicimus, hic animos cerno, stat horrida cædes
Ante oculos, taboq; tument, & sanguine torrens
Et cumuli ingentes patris tellure iacentum
Ipsum ego iam uideo iactatis turpiter armis,
Excessisse Ducem uideo latebrasq; petentem,
Atq; utinam hesterno patuissent cominus aures
Cunctorum alloquio, licuisset noscere aperte
Degenerem fractumq; animũ, non iste profectò est
Hannibal ille prior, misi nomen territet ipsum.
Imò ille est equidem, sed enim Dux callidus arma
Nota tremit, sentitq; alijs tractanda lacertis,
Consilioq; noui Ducis imperioq; moueri.
Non sibi Cannarum consul temerarius ibit
Obuius hoc campo, nec quem pugnare uetabat
Omnia clara Deum mansi estaq; signa futuri
Si mens sana foret, neq; nunc Sempronius alter
Præsidet his castris, mecum non puluis & æstus
Solq; oculis infestus eum uentusq; iuuabunt
Non nebula insidias Cannisq; palustribus idem
Obstruet, aut aciem uictam torpore niuali
Obruet, & calido perfundet corpus oliuo.
Hic mecum gladio pectus tentabit acuto,
Ense latus rigido, ualidamq; insumbet in hastam
Hoc metuit, pacem quotiens petiere pauore,
Et quotiens rupêre dolis, si temnimus illos.
Hos odisse decet, uos nunc ad talia bella
Fœlices igitur dextras, atq; arma mouete.
Primus in inuisos ego iam nunc inferor hostes,
Inde fuga & terror, sic dij promittitis omnes,
Sic mens saga boni strictiq; auidissima ferri
Dextera, & indomiti generosus pectoris ardor.
At uobis tanto calcata Hispania cursu,
Et nostrum iuuenile decus, tot regia bella,
Ruraq; perpetuis, ardentia Punica flammis.
Occurrant, ætas, actus iam plena uiriles
Incipit à nobis, ueroq; optare triumphos.
Iam mihi bellorum stimulus radixq; malorum
Hannibal, & tanti debetur gloria cœpti.
Quæcunq; ingressus pelagus Dij signa dederunt.
Quando Egathis petiere patres, ac plura fauêtes
Ostendunt, equidem tempus mihi perdere semper
Displicuit, tum præcipuè, cum regna geruntur.
Terror abest, certa est uictoria, pergite mecum,
Nil moror, & reditus fœlix, qui uisere gestit,
Et patriam, & natos, & amicæ coniugis ora.
Hac iter est Romam, uictori talia certo
Non pugnaturo similis, postquam ille profatus,
Subticet, hortanti læto simul agmina uultu,
Vnanimesq; alacri respondent uoce cateruæ.
Haud aliter quàm si capitolia celsa tenentem
Curribus in niueis solito clamore sequantur
Hannibal extremi fatalem temporis horam
Præcipitare uidens, confestim elephante relicto,
Prærapidum conscendit equum, uultuq; minaci
Terribilis, qualis pastor Polyphemus ab antro
Turbidus Aeolio, uel qualis ab æthere tristis
Nuncius imperijs solet apparere cometa.
Instruit ingentes acies, cunctosq; elephantes,
Vt grege monstrifico turbatum territet hostem:
Prima fronte locat, turresq; in terga trementes
Cernuntur totidem, colles iuga summa mouere
Dixeris, ac totidem nutantes rupibus arces.
Hunc clypeum totis prætendit uiribus hostis,
Mox Ligures, Gallosq; acie consistere prima,
Imperat, auxilijs illa balearibus implens,
Ac Mauris, acie Pœnos locat inde secunda
Atq; Afros, Brutio completur tertia tantum
Milite, qui mœstus magnaq; ex parte coactus
Castra sequebatur, latis cum cornibus agros
Occupat, immenso circundans agmina gyro
Ad dextram Pœnos Italis concurrere iussos
Ordinat, at læuam Numidæ temere rebelles,
Optantesq; armis muiso occurrere Regi.
Hæc ubi disposuit, quoniam sibi castra coactis
Gentibus exuarijs fuerant, & dissona linguis:
Nunc interpretibus, proprio nunc ore cohortes
Accendit, stimulatq; suo non segnior hoste.
Omne simul Ducis egregij seu militis, idem
Implet opus, primas acies ac signa ferentes
Instruit, hinc alas, cursuq; nouissima lustrat.
Itq; uagus blandis, permiscens aspera uerbis.
Si fortuna mihi nota est mea, uicimus inquit,
Nec uicisse sat est, tumidum deleuimus hostem,
Romanumq; genus, maneant modò pristina uobis
Pectora Cannarum, aut Trebiæ memorantia tempus.
Nullus ab aduerso uenit obuius, agmine quem non
Mille locis Italo pridem saturata cruore
Fuderit hæc acies, cui non fratremũe patremũe,
Aut natum absulerit. Dux ipse ferocior annis,
Et pater Ausonij, tunc gloria nominis ingens
Hos timuit gladios laudataq; signa cruore
Infecit, nostros fugiens rediturus in enses.
Ni forsan, procul à patria melioribus iste
Militat auspicijs, aut nos peioribus urbis
Ante fores patriæ, non sic Carthaginis almæ
Immemores rear esse Deos, ut fortia Romæ
Mœnia non ausi ferro defendere nostris
Mœnibus insultent, furor huc attraxerit illos
Hæc fortuna potens populo spectacula Pœno
Miserit, ut quondam digitis auulsa cruentis
Tot spolia, ut modios curuo compleuimus auro.
Contenti patriæ rerum transmittere famam
Tantarum, sic formoso nunc uincula collo
Læta Ducis Latij uictrix Carthago uidebit.
Sic circumductos pecudum de more per urbem,
Romanos errare greges, Leliumq; loquacem,
Et uarium Regem atq; inopem, qui nostra reliquit

Arma

Arma fugax, huiusq; hodie per numina testor
Vos Mauri, Numidæq; iugum uitare superbum
Maxime ssa suos reperit per uerbera seruos.
Vos Galli certate odijs, hostemq; uetustum,
Nunc gladijs urgete nouis, hic campus in orbe
Colliclas alio longæuas expiet iras.
Atuos ô Ligures, quos me & mea fata secutos
Per mare, per terras, nulli cessisse labori
Hic uideo, pugnate precor. si digna manebunt
Præmia uictores, non uos mihi credite uallis
Hispida, nec regio abruptis imperuia saxis,
Sed campi pingues, & ditia rura manebunt
Italiæ, uester q; pauor stimulusq; silebit.
Roma ferox, uos chara mihi dilectaq; multum
Agmina, uosq; mei ciues impulsibus ullis
Non opus, aut monitis, patriã spectare trementem,
Hostilesq; faces, atq; impia pila pauentem,
Et notos muros, ubi prima infantia uobis
Exacta est, ubi tot meriti duxistis honores.
Tot lætos festosq; dies, ubi busta cinisq;
Maiorum, & memori stant scriptæ in marmore laudes
Omnis in armatis patriæ fiducia dextris,
Et nostra uirtute sita est, succurrite fessæ
Vxores nobis, dulcesq; occurrere natos
Deprecor, & trepidas matres, sacramq; parentum
Canitiem, & patrij curam superesse sepulchri.
Nondum finierat, magnusq; in uerba ferebat
Impetus ardentem, subitò cum classica & omnes,
Romanæ cecinere tubæ, clamorq; tremendus
Ortus ab aduerso, cœlum compleuit & auras,
Ac strepitu horrisono uolucres hasere uolantes
Quo cunctæ concussæ acies, trepidiq; elephantes
In sua præcipiti redierunt agmina cursu.
Turbarunq; loco, compulsaq; cornua retrò
Cesserunt, ô cæca hominum mens, insciа rerum,
Consilijsq; illusa tuis, quos agmine primo
Præsidium tanti ducis anxia cura locarat.
Hi fragem peperere suis, primamq; ruinam.
Hic fragor Hannibalem medio sermone loquentem
Auerit, ueluti subitum si fortè canenti
Obstrepat, & scisso descendat Iuppiter axe.
Ille silet, tremuloq; modos sub gutture frangit,
Attolliq; oculos, & cœlum suspicit altum.
Verum tàm uarijs totiens Dux casibus olim
Iactatus, totiens dubijs exercitus armis
Præstat, & aduersos speculatur turbidus hostes
Increpitansq; metus, uires animosq; fluentes
Colligit, excurritq; frement se q; obuius offert.
Sicut aper rapidis postquam latratibus actus.
Vulnificos instare canes, atq; arma sequentum
Aduerit iam terga rigent, iam subrigit aures,
Hinc præceps in tela ruit: Sic feruidus ibat
Hannibal, egregijq; animam patris ore uocabat.
Stabat ab aduerso iuuenis tunc impiger aeri
Massiniss a animo, qui mox fluitantia cernens
Cornua Pœnorum, trepidos irrumpit in hostes,
Et quacunq; uiam facit ingens bellua, raptim
Insequitur, similiq; fretus duce Lælius, inter
Irruit armorum cumulos, tempusq; locumq;
Arripit, obstantes cædit, fugientibus instat.
Scipio magnanimus, uiolenti more leonis,
Qui catulis festinet opem syluasq; ferasq;
Obruat, in medios stricto penetrauerat ense.
Illum totæ acies, illum miratur ab alto
Iuppiter, & nostro sibi num foret æmulus orbe.
Sol stetit ambiguus, rutilo sic totus in auro
Fulgebat, sic purpureo radiabat amictu
Sic rigidis nitidus iuuenis splendebat in armis.
Postquam est ad ueros peruentum cominus hostes
Romani Pœniq; manus miscere cruentas
Cœperunt, ingens & inexorabilis urget
Ira Duces, populosq; duos, nec Martius usquam
Impetus asperior, nec acerbior ulla per orbem
Pugna fuit, nec enim pretio conducta gerebat
Bella cohors, aderant proprio qui sanguine uellẽt
Quas ipsi ædiderãt odiorum extinguere flammas.
Vnus amor, cunctisq; adeò legionibus una
Mens erat, ulcisci iustos uel morte dolores.
Punica perfidia, & Romana superbia passim
Vocibus alternis uulnus iactantur ad omne.
Iurgia, & infames quæstus, & tempore eodem
Hic sonus, hic iugulis extorta silentia cæsis.
Annua nunc Pœnis, & auara tributa subactis,
Nunc fraus, & capto strages indigna Sagunto.
Et quicquid rabies odio flammata uetusto
Armatis dictare solet, coit omnis in unum
Offensæ cumulus, longiq; iniuria belli.
Pectora pectoribus tunduntur & ensibus enses,
Vulnera uulneribus, mortes quoq; mortibus æræ
Miscentur, iuuat insertis descendere ad umbras
Visceribus, manesq; nouo turbare tumultu,
Pugnantesq; animas Herebo transferre silenti.
Heu furor, & quanto satius uixisse quietus
Fmibus in patrijs populus potuisset uterq;:
Non sinit ambitio, cæcaq; superbia cordis,
Et sitis, æterna quæ spe succedit habendi
Mortales, uriq; animos, & trudit in enses.
Confligunt infensæ acies, nec publica tantum
Hos odia exagitant, credit sua uulnera quisq;
Et patris fratrisq; necem, dum percutit hostem,
Vlciscitur, usq; adeò mentes offensa uetustas
Asperat, atq; odio leuius certare recenti
Impellunt sua castra Duces, & uocibus altis
Accendunt animos, & honesta pericula mentiuntur
Ac subeunt species. uisa est pulcherrima mortis
Pro patria pepigisse animam, uis ampla furorum
Armorumq; dabat strepitus, gemitusq; cadentum
Confusos horrore sonos, iam sanguinis altus
It fluuius, camposq; rigat fumantibus undis.
Iamq; furens operit uoluitq; cadauera torrens,
Mons quoq; corporibus prostratis surgit equorum,
Atq; uirũm, rapidosq; iugis iam separat hostes.
Non sic attonitos Aegeo littore nautas
Expauisse rear, quibus insula nata repentè
Est prope theram siam, quod monstrũ doctus aruspex
Romano dedit imperio, Macedumq; ruinæ.
Nauita, sed transtro rupis ac stupefactus adhæsit
Cœperat interea pugna tremefactus iniqua
Auxiliaris eques Pœnorum excedere campo.
Insequitur uictor profugos, iam sparsa sequendo
Ipsa uiam cumulos, inter reperire laborat

Cæsorum Romana acies, pars scandere in alium,
Et dubio titubare gradu, pars lubrica circum
Arua tenent, sparsis aditum tentare manipliis
Signiferi fluitare etiam armorumq; magistri.
Et poterat uincendo uagus fœlicia miles
Bella repentinis præuertere cladibus, atq;
Illustrem fœdare diem. ni prouidus alti
Scipio consilij reuocantia signa dedisset
Cognita. nam postquam iusso tubicine campis
Vox sonuit, tenuere gradum, signumq; secuti
In primos redière globos, hinc agmina rursus
Turbine concurrunt alio, sed uiribus ijsdem
Aethera dispersos uoluti cum turbidus auster
Arctauit nimbos, siluitq; repressa parumper,
Dum tonat, hinc pluuijs & grandine mixta resurgit.
Tempestas inimica satis, excesserat ardens.
Scipio iam colles immensa strage coactos.
Collarisq; iterum signis & uiribus ambæ
Miscebant acies æquato prælia campo.
Sollicitum spectasse Deum tot funera gentis
Indomitæ, tantosq; truci sub morte labores
Crediderim, seu quis ualidis foret exitus armis:
Hoc equidem mundi campis commissa cruentis.
Nutabat fortuna die, quis iura supremi
Imperij, summumq; gradum, quis sceptra teneret.
Fauisset si forte etenim sors ultima Pœno,
Quis dubitet, quin immensum dominata per orbem
Impia Carthago rerum tenuisset habenas?
Romanumq; nihil foret hæc in tempora nomen?
Itala Barbaricis tellus lacerata colonis
Mutasset genus egregium, maiorq; fuisset
Africa, si potuit nomen sibi Græcia inermis
Imposuisse suum, quanto magis Africa victrix
Sed miserata pios diuina potentia nobis
Succurrit, talemq; uirum peioribus annis
Italiæ dedit afflictæ, qui fortia bella
Fortior exciperet, qui non præsentia tantum
Sed uentura etiam discrimina pelleret unus.
Temporibus cui tuta suis innixa maneret
Et cui libertas seruanda sequentibus annis.
Iam media Sol almus equos regione trahebat
Aetherea, & tantas spectabat territus iras
Impiger, & nullo defessus membra labore,
Non æstu, non uulneribus, non nube calentis
Pulueris, extremas manibus tentare procellas
Scipio tendebat, cuneus quo densior illum
Et Ducis aduersi facies optata uocabat.
Flamma cauernosi conuexa trementia montis
Ac uelut Aethnæo descendens uertice uastat,
Et scopulos ruit obstantes, arbustaq; frangit
Obuia, sulphureæ reboant simul undiq; ualles:
Sic ferus & simili prosternit turbine cuncta
Scipio. sæpe monens: miles Romane precor te,
Aut uince aut morere, & mecum nunc ultima tenta
Hæc uia uel Romam, uel recto tramite ducit
Ad superos. hæc uociferans intrabat in agmen
Hannibal, contrà ille graui cum mole ruentem
Excipit impauidus, confligunt fulmina Martis
Hic Scipio, hic Hannibal, cernensq; ex æthere Mauors
Miratur tales terris superesse magistros
Militiæ, tales operum ferriq; ministros.
Hic precor, ut mendax desijsat Græcia tandem
Nominibus certare Ducum, pudeatq; referre
Imbelles Asiæ populos, Gangemq; subactum.
Parthorum sileant Reges & perfidis aruis
Exiguo spectata phalanx, nec conferat ipsa
Troia manum, Priamiq; domus cantata Poëtis
Graiorum, & nostris, non Regum quisquis adoro
Crine fluens, atq; Assyrio crispatus amictu
His campis non nudæ acies, non fluxa per armos
Purpura, non leuibus tantum confisa sagittis
Turba fugax, uerum hinc armis innata uirenti
Robore subsistens Italo Romana iuuentus
Arma tulit, contra assiduis exercita bellis
Agmina Pœnorum, quibus est Hispania testis
Virtutis, Latiumq; magis, quæ mille per arua
Romanos hominum uictores ommaq; ausos
Iam pessum ferro dederant, & fortibus armis
Has inter gentes alio certamine longè
Concursum est alijsq; animis: iam uera fatenti
Viribus hæc acies præit, hæc leuitate, sed unum est
Parq; odium ambabus, uix tandem fessa parumper
Cædebat Pœnorum acies. tum feruidus ira
Hannibal exclamat, non hæc tibi signa retrorsum
Furcifer ut referas dederam, quin pergis & illa
Hostibus in mediis potius discerpta relinque.
Heu mihi, quo ruitis? non est uia recta. uenite,
Hac hostem reperire licet, Carthaginis estis
Sic memores? hac forte domum remeare putatis?
Erratis miseri ciues, hæc carceris una
Exijsq; uia est, hæc dicens ibat in hostes
Solus & intrepidus cunctas sic ille pudore
Et uictas pietate ducis firmasse cohortes
Visus erat, bellumq; ingens renouataq; cædes
Cæperat, urgebat Scipio primusq; premebat
Obstantes cuneos, & funera crebra ferebat
Perfidiam nunquid, tàm longam infetre uidebo
Prælia uirtuti, non sic pietatis auite
Oblitos rear esse Deos, concurrite fortes
Pectoribus, manibusq; uiri, uictoria præsto est
Talia iactabat stricto mucrone tremendus
Iamq; referre pedem paulatim exterritus hostis
Mox magis atq; magis, nec iam reuerentia tanti
Vlla Ducis retinere diu potuisset in armis.
Ecce autem pariter redeuntes hoste fugato
Rex Lelius retro fessos
Improuisi à tergo inuadunt. Illicet ergo
Cœpta prius sensim laxis fuga pergit habenis,
Nec patriæ pietas proprij, nec cura pudoris,
Nec decus Hannibalis quicquam ualuere precesq;
Ille uidens fractas acies, & terga suorum
Versa metu, rapidum trepida formidine tandem
Voluit equum, campoq; fugit lachrymosus aperto
Accusansq; omnes hominesúe Deosúe. propinquum
Peruenit ad Rumetum, illic mœnibus urbis amicæ
Substitit, hinc iterum Pœno reuocante senatu
Digreditur postquam attonitæ sub mœnia uentum
Est patriæ, non ille forum, non publica templa,
Sed furtim petijsse larem contentus, & ima
Sæpe diu mœstus, latebris sese abdidit atris.

AFRICAE

AFRICAE FRANCI SCI PETRARCHAE, LIBER VIII.

RONVS ad Oceanum cupiens narrare profundis.
Antipodum populis nostro quæ ui derat orbe.
Sol rapidos stimulabat equos, nondumq; solutus
Scipio curarum laqueis, suprema uolutans
Excidia infandæ gentis tempusq; locumq;,
Atq; aditus formamq; rei, & discrimina secum
Cuncta simul tacitus uigili sub mente mouebat:
At quia Solis iter deuexum, atq; hora monere
Grata uidebatur fessis daret otia castris,
Instituit reuocare acies, meritamq; quietem
Tradere militibus nocturni tempora somni,
Et tamen hostili quàmprimum irrumpere uallo
Visum est, huc alacres igitur præit ipse cohortes
Ingreditur q; aditum nullo custode locorum,
Illic præda ingens
Præcipitem meditante fugam, & quid uita ualeret
Non quid opes, passimq; iacens preciosa suppellex
Inuenta est, rapitur cupidè Carthaginis aurum
Per maria & terras quæsitum sanguine multo
Barbaricæ Lybico quod uicta Hispania bello
Misit auaritiæ, Sardis quod fessa cauernis
Quod Siculis totiens extorserat impia templis
Quod medio percussa die, plaga torrida mundi
Et niger Aethiopum populus regnumq; peruslum
Quod Mauri, Numidumq; olim per secula longa
Aut Reges misere alij, quodq; Itala tellus
Tot dederat damnis, id totum sanguine mixtum
Africa nunc reuomit, quid tot ualuere rapinæ?
Raptor raptorem spoliat, nunc ite per ampla
Aequora, nunc ualidas prosternite turribus arces
Nunc aratrum antiquis insultet mœnibus, omnes
Vnus habet prædas hostis, mundúq; superbit
Tot spolijs, ueterisq; simul. tandem agmine fesso
Scipio magnanimus referens uictricia retro
Signa sub occasum Solis sua castra reuisit,
Captiuos seruare iubet, quæ ue ampla relatu
Ac speciosa forent. nam cætera præda uiritim
Sparsa erat atq; animos mulcebat militis acres
Serus Atlanthæo radiabat uertice pulcher
Hesperus, & nitido rarissima sydera cœlo
Aggere gramineo considit lata iuuentus.
Celsior at cunctis Scipio, Rexq; additus illi
Herbosum tenuere torum, tum corpora curant
Fessa labore graui, belloq; exhausta diurno.
Vt dapibus compressa fames, primus ue quieuit
Impetus edendi, placito facundior ore
Lælius ingreditur, postquam mihi fata dedere
Hunc tantum uidisse diem, contentus abibo
Quo iam cunq; trahent, nec me natum esse pigebit
Dum tecum uixisse ferar fortissime Rector
Hesperiæ, cui nostra salus benè creditur uni
Hoc fateor solo, mentem spes ultima lusit.
Nam rediens bello magna iam parte peracto,
Cum Masmissam cædentem terga uiderem,
Teq; per aduersa tanta uirtute tonantem,
Actum de Hannibale est, tacito tum murmure dixi,
Nunc quibus ille uijs, aut quonam eruperit æstu
Obstupeo, mirorq; fugam, sed notior illis
Est regio, idq; hodie multis fortasse salutis
Causa fuit. medio abrumpens sermone loquentem
Rex ait: iste quidem meritò clarissimus omni
Posteritate dies, per secula longè feretur
Nominis Ausonij fuerit dum fama superstes.
Sed mihi crede Læli, nouimoresq; animumq;.
Hannibal, an ne dolis uictus succumbat in armis,
Seruis incertum est unum mihi lumen in illo
Centum oculis, par est Argum quem sæpe uocare
Bellorum soleo: quia non est fallere cuiquam
Ingenium mentemq; uiri, tamen omnia uitæ
Consilia, atq; omnem ancipitis discriminis artem
Verterat una dies: iamq; hunc prendisse uidebar,
Et comitem inuiso Romam misisse Syphaci.
Sed dum cuncta oculis lustro uigilantibus, ille
Aduolat, & noto decurrit tramite tutus:
Nec dubium ingentes, quoniam montes stragis altum
Sanguinis infandi pelagus, uel mole uel undis
Creuisset, nisi dilapsos per opaca uiarum
Vicinæ socijs cœpissent mœnibus arces.
Excidit hunc Scipio uitam quæcunq; per omnem
Aut uidi, aut legi fateor mihi parua uidentur
Fabula, dum memini Hannibali uidisti amici.
Quantus erat, quantaq; acies firmauerat arte
Ipse mihi aduersus ueniebat in agmine primo
Obijciens Pœnos Italis, Numidasq; rebelles
Massmissa tibi memor hos odioq; metuq;
In Regem pugnare suum, Latiamq; cohortem,
Ecce ubi constituit, quoniam uenisse coactam.
Nouerat in frontem steterit Indica bellua pugnæ
Getuliq; greges horum terrore putauit
Romanam turbare aciem, quorum impetus illi
Profuit innumeris bellis, sed amicior omnem,
Hunc nobis fortuna mecum detraxit, eramq;
Ipse ego sollicitus, quibus hoc eludere monstrum
Artibus, aut tollerare feras quo robore possem,
Atq; ideo primam rara regione cateruam
Impleui facili, pesti quæ transitus esset
Vt cursu diffusa suo contentior iret
Innocua feritate ruens, sed Iuppiter almè,
Quàm forti flectit ille animo, dum fracta uideret
Cornua, quam nihil extimuit, quotiensq; labantem
Restituit, uirtute acie interdumq; coëgit
Spem titubare meam solitum iactare profectò
Mentio clarorum fuerit si fortè uirorum
Audiui ipse omnis bello quod territus æui
Orbe sit in toto, peragitq; hæc. ordine primum
Ponit Alexandrum, Pyrrhum locat ille secundum,
Et sequitur mox ille duos, sed uera fateri
Non liuor uetet aut odium, mihi maximus omni
Hannibal ex numero est, Darium nisi fortè Porumq;
Est uicisse magis quam quos numerare laborem

Tot noſtros fuiſſe Duces, niſi præſtat inermem
Barbariem ſuperaſſe manu, quam cæde cruenta
Romanas ſtrauiſſe acies: diſtantia longè
Acta Ducũ memoro: quid morè moribus æquem?
Hinc Regem mutare piget, ſtet tegmine famæ.
Clarus apud populos, ac dignis laudibus acrem
Hinc hoſtem celebrare uacat, quis bella ſubire
Promptior, aut medio quis cautior eſſe periclo
Quis ſuè cibi aut ſomni, quis uini parcior illo eſt?
Hoc admirari ſoleo quod ſæpe relatum
Eſt mihi longæui poſt prima exordia belli
Sollicitum aſſiduè & facinus ſub mente profunda
Voluentem egregium nunquam cœnaſſe ſedẽtem.
Iam quid ego armorum curas arcemq; ſupremam
Militiæ, terramúe, Ducem, clypeumq; cubile,
Neglectæq; decus ueſtis ſtudiumq; frementi
Cornipedum memorare uelim? patientia quanta
Frigoris atq; æſtus, curſusq; ſitisq; famisq;,
Quanta Ducũ miles, quanta eſt Dux militis idem
Spes animis quòd primus erat ruiturus in hoſtem
Vltimus excedat campis hæc omnia pridem
Nominis experti, ſi quid modò pectore in illo
Aut ueri, aut fidei melior natura locaſſet
Optarem noſtro genitum natumq; ſub orbe
Quis mihi ductorem laudet quem cæca gubernet
Ebrietas fugienda uiro cuicunq;, ſed altis
Principibus funeſta lues. quis ſparſa cruore
Communia & plenis elata cadauera menſis
Perq; æſtum ancipites algenti in flumine ſaltus,
Barbaricus cui luxus iners, & Perſica ſortis
Blandimenta nouæ placeant, aut purpura mollis
Cætera prætereo, ſed enim non moribus iſtis
Hannibal Italiam bello uaſtaſſe triluſtri
Eualuit. ſic fatus erat, cum pauca modeſtè
Maſsiniſſa refert: Depreſſor magne tuarum
Atq; alienarum mirator maxime rerum,
Si mihi das fandi ueniam, ſtat dicere contrà
Noſcendi ſtudio famæ, ſi credis auitæ
Magnus Alexander nullis non uictor in oris
Orbe peragrato tandem peruenit ad ortus
Fortunamq; ſimul clauſit eum tempore uitæ
Hannibal, & ſpatio breuior uictuſq; cruento
Eſt hodie ille Aſiam, tentataq; contra ſubegit,
Innumeros docuit populos, urbesq; Ducetq;,
Vt lupus immenſum qui toto irrumpit ouile,
Is timet aduerſum longè ſpectaſſe leonem.
Vicit Alexander populos Rex, optimè noſti,
Quos adijt Graios titulis, aut ille paternis
Subtrahat, aſt Aſiam quo uinceret ille parauit
Scimus, & imbelles Galatas & inertia Bactra
At non Arctoas gentes, qua uergere primum
Commoditate loci poterat, non Punica regna,
Non Italos mundi caput, Gallosq; & Hiberos
Attigit, hos extra quid dignum laude uidetis
Egregia & tantis titulis, tantoq; boatu
Regibus Eois domitis, Indoq; cruore
Viciſſe hunc omnes liceat fudiſſe quod uſquam eſt
Quatuor obit in Latio confecta potenti
Prælia, uis ne grauem & memorandum in ſecula teſtem?
Alter Alexander Rex Epirenſis & huius
Non minor ipſe animis & auunculus orbe uiritim
Diuiſo Italiam uenit, belloq; ſubactus,
Dum latus Auſonia transfixa cerneret haſta
Hæc ait expirans: Heu quam diuerſa nepoti
Et mihi bellorum cecidit ſors, ille iocoſè
Fœmineum ſubigit nullo certamine uulgus,
Durior armatis mea me diſcrimine tanto
Obiecit fortuna uiris, cum talibus ergo
Hannibal iſte uiris, tot iam fera bella per annos,
Qua uirtute gerat noſcis, namq; illa perennis
Gloria magnifici Regis, fortunaq; ſemper
Proſpera, & in finem ſimili comitata fauore
Non nihil externis, ſicut ſplendoribus addit
Omnia ſic ſtudio uigili meditantibus aufert
Iuditium ueriq; uiam, pars altera namq;
Fortunæ latet ambiguæ, nec noſcere promptũ eſt
Quantus in aduerſis breuitas quo q; temporis illi,
Nec tribuit mors q; uiro properata, nec illum
Maius habet fortuna bonum, quam læta ſub uno
Et uitam clauſiſſe diem. Sic tempus utriq;
Indultum excutias, tute fateare neceſſe eſt,
Hannibal ut plures uincendo exegerit annos,
Quã uiuendo alius Macedum quo uita tyrannum
Tempore deſtituit toto quis protinus orbe
Vicerat Hannibalem, ſi tunc ceſſiſſet ad umbras
Ibat honorato uiſurus tartara curru
Quæſito non de Perſis Galatiſq; triumpho
Qui Rex longæuæ traxiſſet fila ſenectæ
Quit fuerit certus uenturo tempore uates.
Non fortuna ſenem excipiet, non rara ſecundis
Fortè fides ſeros manſiſſet firma ſub annos
Præcipuè ſi quot fuerat iam ſæpe minatus
Italiam ſæuior tentaſſet & Africa bella
Singula uerſanti, quoniam nox alta ſoporis
Admouet, hîc illo maior belloq; uidetur
Clarior, atq; hodie plus ueræ laudis adeptus
Si famam rgregiam dat fortuna nec auferet
Quã uincendo alius licet omnis Græcula circum
Obſtrepat, & teſtes inculcet turba libellos.
Dixerat, aſtabant intentis auribus omnes
Miles in his grauior paululumq; annoſtor unus
Incipit, haud dubiè, quem magnum dixeris ille,
Maximus eſt, nec parua tibi miranda uidentur,
Nec uulgare aliquid ſolitum laudare tenemus,
Hoc unum peiiſſe uelim, ſi territus ille eſt
Quem tandem claro tanta uirtute relictum
Scipiade putat eſſe locum quoue ordine ſeſe
Inſereret ſi fortè acie uictricia ſigna
Quod procul auertant ſuperi meminiſſet, ab iſta
Pactus. Ad hæc Lælius, tu ſiquis ſydera cœli
Dinumerare uolens hoc digerat ordine primum
Luciferum, poſt Arctlurum, gelidumq; Bootem
Hic alios ignes Solem fortaſſe putabis
Præteriiſſe, uno ſtat per ſe ſolus & inde
Nomen habet, nec ſum ignarus quid callidus ille
Reſponderet, ad hæc, acie ſi uictor abiſſet
Heſterna Macedum Regem Pyrrhumq; ſecundos
Eſſe ſibi cunctoſq; alios, quos clara per orbem
Fama Duces loquitur, ſed enim ſe dicere quarum
Noluit erubuitq; altis miſcere ſuperbum

Syderibuſq;

Syderibuſq; diem. ſic ille effatus & omnes
Aſſenſere animis nutuq; & murmure læto.
Talibus atq; alijs noctem ſermonibus illam
Inſomnem traxere diu. iamq; Heſperus alto
Merſus erat pelago, mediumq; rotunda loquendo
Tranſierat iam luna polum, te undiq; paſſim
Defeſſi in uiridi deponunt aggere membra:
Sic ubi triſtis apes cœlo commiſit aperto
Impetus, & magnæ cædit pluit æther aceruos
Pars uictrix & repetit ſedes procul hoſte remoto
Et circa Regem coëunt, ac murmure plaudunt.
Poſtremum in cygno dant corpora feſſa ſopori,
Atq; omnes pariterq; ſilent pariterq; quieſcunt.
Vix dum exorta dies, iterumq; aſcendere claſſem
Lælius & Romam læto rumore iubetur:
Sollicitoſq; implere patres. iamq; æquore fœlix
Nuncius ingrediens auſtro dat uela ferenti
Hic ſtatus in caſtris, at quis Carthagine terror,
Quis dolor aut quænam trepidi noua chara Senatus
Plebs ſubitis percuſſa malis prætoria circum
Ipatrum, afflictiſq; iubet ſuccurrere factis
Pœnorum, & patriæ miſ.ram prohibere ruinam.
Illi autem dubij conſultan', qualiter olim
Dum ſcopulo colliſa ratis, gemit, atq; ſupremum
Naufragium impendet, coëunt, atq; ultima tandem
Conſilia expediunt, trepidi ſub nocte magiſtri.
Omnibus una ſalus, uiſaq; exquirere quænam
Mens foret Hannibali Ducis an ſpectata ſupremi
Virtus ſub tanto cecidiſſet uicta periclo,
Staret an aduerſis animus ſpesq; ulla ſub alto
Pectore & ambigui quæ ſit ſententia belli.
Ille diu renuens, tandem populiq; patrumq;
Imperijs obſtare nequit, mœſtiſſimus ergo
Confuſusq; pudore graui, memorare labentia fatis
Egreditur, qualis rapto matrona decore
Quæ quamuis culpa careat ſibi conſcia tanti
Dedecoris, ſilet ipſa tamen refugitq; uideri,
Exhorret uiri aſpectum faciemq; ſuorum.
Vt trepido ſtetit ille foro, confuſa repentè
Turba Ducem uiſura ſuum quem tempore tanto,
Tam procul à patria longinqua bella gerentem
Audierat, populusq; omnis concurrit, & ingens
Curia, & innumero complentur compita uulgo
Aſpiciensq; ſuos ciues generoſus & aſper
Spes in tumuit, tandemq; ſilentia triſti
Fronte mouens; uno ſiquidem plus uiximus inquit,
Quam decuit placuitq; die, crimenq; fatebor
Ipſe meum: pridem tacitus me prælia ſenſi
Aduerſis tractare Deis, ſed me ultra per omnes
Gloria præcipitem caſus famæq; libido
Cæca tulit, teſtes facio quos ſenſimus hoſtes
Eſſe Deos actum, quicquid uel arma uel artes,
Vel noſtræ ualuêre manus, nec defuit unquam
Cura operi egregio, uicerunt numina noſtros
Conatus, cecidi: totus, nec iam ulla relicta eſt
Spes mihi, uõi precibus Romanam expoſcite pacem.
Conſiliỹ hæc eſt ſumma mei, ſic fatus in imas
Rurſus abit latebras, cœlumq; uidere recuſat.
Inde pudor, mixtuſq; dolor, ſimul ira pauorq;
Cum quaterent animum aſſiduò tutasq; negaret
Fama moras hoſtiſq; odium ſecreta parauit
Effugia occultosq; habitus lucemq; per omnem
Multius adeſſe foro populo ſe inferre frequenti.
Veſpere theſauros ad proxima littora mittit
Ingentes, ſeq; ipſe uagus ceu mœnibus effert.
Dumq; poli medium nox intempeſta rotaret
Conſcendit puppim tacitus, tum carbaſa uentis
Pandit, & infauſtæ commendat littus arenæ.
Iam procul Italiam pelago ſpectabat ab alto
Suſpirans, reputansq; ſui primordia facli.
Stat Regum tentare fidem feriq; quod uſquam eſt
Et bellum reuocare ferum, mundumq; procellis
Exagitare alijs, iam pridem magnus in armis
Rex erat Antiochus, Syriæ iam tractus & omnis
Helleſpontiaci feruebant littoris urbes.
Iamq; Epheſum belli ſedem Rex ipſe tenebat.
Aequore iam claſſes, campis equitatus apertis,
Dux deerat cœptis hucretro tramite proram
Hannibal, huc clauum iubet, huc & carbaſa flexti
Iam Drepanũ properè iam littora nota Panhormi
Prætereunt, curuoſq; ſinus Zephyroq; fauente
Vulcanum Liparumq; ſecant, fumumq; fauillis
Nigrantem horrificis geminumq; ardere cacumen
Suſpiciunt pauidi: fugiunt iuuantibus undis
Et ſinus Italicum latus inter & arua propinquæ
Trinacriæ ſolitus ſpectantes fallere nauras
ac faciem protendere terræ
Abſtulit, id dubium donec longæuior uſus
Pauiatum: nam continuo duo littora tractu
Dixeris hærere, & geminos ſe tangere montes.
Quod quondam feciſſe ferunt, huc uela Peloris
Seu caſu ſeu ſponte dabat, namq; ille magiſter
Puppis erat, timuit fraudem Dux callidus, & ſe
Obiectum ratus inſidijs, mi tale merentem
Obtruncat ſubitoq; errorem, agnouit, & aeris
Pœnituit facti, Siculo tum monte cadauer
Depoſuit, buſtumq; ſuper conſtruxit, & aram
Addit, ac ſtatuam memorem nomenq; ſepulti
Nunc etiam mox ipſe tenet, ſemperq; tenebit.
Faucibus emergens dubijs ratis impia uaſto
Sulcat iter pelago Cephalen prior obuia ſurgit
Ac uicina pari ſpatio contenta Hyacinthus
Cederet ac gemmi limes maris alta Corinthus.
Inſcius exemplo nouus hic fortaſſe recenti
Supplicium erroris potuit timuiſſe magiſter:
Ergo gubernaculum flectit, iamq; æquore ab alto
Littorea Methonæ uident, ubi fortè Philippus
Rex Macedum faciat iam lumine captus eodem
Contigit hic animum uiduæq; iniuria frontis
Et dolor atq; Italæ domuit locus. illic paludis
Inde maris latè ſcopulos emenſus Achæi,
Voluitur eximio qua palmite fertilis extat,
Innumeras q; ſacro ſparſas legit æquore terras,
Atq; Epheſum feſtinus adit. Regisq; furentis
Excitat admotis ardentia pectora flammis.
Vtq; alias Aeoli uentis urgentibus oras
Occupat, interdum nimbus, qui grandine poſtquam
Hos uaſtauit agros, illo ciet orbe procellas
Ingeminans, longeq; tonans, ſic pulſus ad ortus
Italiæ uaſtator erat, quos ille tumultus

Exciuit, quantas strages ferus ense parabat.
Si fortuna foret metuens id scilicet unum
Diis falsum iurasse suis, nempè omnia fando
Si sequar, excutiat cœpto laborisse sequentum
Et decus ingenij fatis incumbere Eois,
Atq; Asia Lybiæ fratremq; adiungere fratri
Scipio muneribus Diuûm, tantoq; fauore
Fretus, ad extremum inuisæ Carthaginis ardens
Excidium intendit: stat enim quocunq; uocantem
Fortunam mens certa sequi, nec mittere tempus
Incassum quo facta dabant victricia signa
Octauio commissa Duci, totasq; phalanges.
Terrestri iubet ire via, & sub mœnia sæuæ
Vrbis agi petit ipse uiam quo Lentulus illis
Missus ab Italia magna cum classe diebus
Appulerat, ueteresq; nouis ubi miscuit aluos
Impetit æquoreo Pœnorum tramite portam.
Scilicet ausuros pelago ratus ultima victos
Siquis adhuc reliqui faceret fortuna retusis
Viribus, aut animis, si spes foret ulla sub armis
Littoribus cunctis iam formidata subibat
Hostia: iam littus stridentibus æquora circum
Omnia, iam scopuli, iam concaua saxa fremebant.
Ipse repercussus confusis uocibus æther
Horrisonum latè terrorem in mœnia iactat.
Frondibus ecce oleæ circum redimita uirentis.
Supplicibusq; onerata uiris, uenit obuia puppis
Ac pacem ueniamq; petens, nil uocibus illis
Responsum est aliud, firmo sub littore iussi
Aduentum expectare Ducis, Romanaq; castra.
Ipse sub inuisæ classe tamen admouet urbis
Mœnia, & aërias speculatur cominus arces.
Conspicit & celsas solido de marmore turres
Luminibus superastantes, ac ferrea claustra
Portarum totis & propugnacula muris.
Admirans, Romamq; putans uidisse secundam.
Vrbs circumfuso uallatur maxima ponto,
Et murus & tuta situ nisi falsa parumper
Angusti à tergo pepulissent litora campi.
Insula tota foret iuxta latissima portus
Planities, immota iacet, fauces q; cathemis
Nectuntur ualidis, crebræ stant littore turres.
Ipse oculis metitur opus, librat q; periclum,
Exploras q; aditos, ubi pronum prendere terram,
Qua penetret portum, quæ sit uia tuta sub arcem
Inuisam ueluti cupiens prosternere rupem.
Cultor agri aut segeti damnosam euellere quercum
Et circum, tentat q; modos, facilemq; ruinam
Cogitat, innocuamq; aliis campoq; sibiq;.
Iam saüis immensam terrore impleuerat urbem.
Inde fretum remis, cœlum clangore tubarum
Intonat, & signis resonant crepitantibus auræ:
Digreditur q; minax, illum stupefactus euntem
Mercurij collis, montiq; inscriptus Apollo
Prospiciunt, plebisq; ipsa tuens horrescit ab alto.
Attonitæq; gemunt matres, ac multa precantur
Anxia: sic uolucris tentarunt prendere nidos
Pastorem aspiciens trepidis se uerberat alis,
Multa quærens, truncoq; pauens suspenditur alto,
Iam q; Vticam appulerat, iunctis q; in littore tandem
Agminibus socijs uno quo tempore circum
Duxerat Octauius Tiueris mœnia uersus
Carpit iter clauemq; cauo sub monte recondit.
Non procul inde aberant subitus cum nuncius hostem
Aduentare refert Syphacis filius ultrò
Vermma sortis casus q; paterni
Intempestiuus uindex serumq; coactis
Auxilijs aderat minimè spernendus, in illo
Venisset si forte die, magnas q; trahebat
Nunc equitum peditumq; ferox in bella cateruas
Nescius Hannibalis uicti non arma capessant
Scipio militibus uallum tum castra reuelant
Imperat, aut acies moueant, aut signa sequantur
Recta acie stabant armis q; animis q; parati
Flectere lora manu, peruertere gressibus hostem.
Accelerare iubet, parent, & uale latenti
Improuisa acies uermine occurrit, at illa
Angustis deprehensa locis parat arma suos q;
Explicat ut licitum est, concurritur atq; cruentum
Bellum oritur cædes q; ingens, gemitus q; dolorq;.
Atq; loco claudente fugam truncatur ad unum
Tota ferè iuuenis acies, astipse fugaci
Raptus equo medios inter delabitur hostes
Solus, & aduersi petit auia confraga mentis
Infœlix, quanto melius sub strage uirorum
Casurus, miseroq; patri si facta tulissent
Carcere in Albano comes & Tiburte sepulchro.
Scipio victrices acies prædamq; trahentes
Innumeram: arma & equos uestes cursus q; iugales
Intextas q; auro tunicas, tristas q; micantes.
Ad cœptum conducit iter, uelut obijce paruo
Egreditur paulum ripas, mox omnia uictor
Obuia prosternit furibundo uortice torrens
Indignas q; morat primo se dirigit alueo.
At postquam passim tota Carthagine uictus
Regulus, & casus sonuit fortuna recentis
Extemplo terrore graui tremuere, minor q;
Luctus maioris renouauit uulnera damni.
Puppe uelut fracta remo tum tristis adhæsit
Nauita, iactatur q; uadis cui littora longè
Spes fuste exiguo titubat, si fortè malignus
Fluctus & hunc rapiat, mortem gemit, atq; secundum
Naufragium, tanta ex paruis momenta supremum
Tempus habet pacem lætos ueniam q; petitum.
Ter denos placet ire uiros, quos uultus & ætas
Et genus & uirtus populo præferret in omni.
Talia per Lybiam belli, sed fama peracti
Nondum Romana serpens penetrarat ad urbem
Sollicitos q; patres Pœni quos fama rebellis
Mouerat, ac plebem attonitam portenta Deorum
Plurima terrebant, medio Sol æthere uisus
In minimum sensim q; iubar decreuit & ingens
Contremuit tellus, arbusta q; multa debiscens
Sorbuit, horrifico q; palàm subsidit hiatu
Tybris agens syluas riparum iura furenti
Amne supergressus magnam conterruit urbem
Diluuio insolito, subitum q; horrendis in ipso
Monte Palatino descendit saxeus imber.
Ergo Sybillinis aditis responsa petentes
Sacra Deis iussu peragunt, summus q; sacerdos

Succinctus

Succinctus de more, Iouem superos q; fauentes
Iunonis q; minacis opem, Latoniaq; astra
Inuocat, & Martem pingui mollire iuuenco
Romam patrem imperij toruam q; sororum
Ledæos q; parat fratres furias q; cohas q;
Tellurem q; Deum, nisi falsa est fama parentem
Et Nymphas matres fluuiorum ac Nerea magnũ
Nympharum patrem sic religiosus opima
Certatim trepidis altaribus aggerat esca.
Postquam rite minas iussum est placasse Deorum
Consul ab urbe nouus discedens Claudius Afrum
Litus adire parat, miserum torquebat inanis
Ambitio, laudem ac tantum reperire putabat
Posse uiam æternam si permittente senatu
Scipiade magno æqua tum gessisset honorem:
In q; graui bello partes tenuisset easdem.
Is populo prorsus licet aduersante senatum
Flexerat assiduis precibus, quod sæpe sepulsis
Ambitus afficitur, quanto q; labore pudendus
Constat honos uictor properabat plebis & æqui
Participem se ferre duci, natura profecto
Ebrubuit, clausit q; uias, elementa q; pontum
Indignita graui perturbauere tumultu
Lorentana retro linquebant littora nautæ
Stearij uentorum & carmina nata canentes
Applaudente freto remis frangentibus æquor.
Vndiq; respondent nostris q; secantibus unde
Horrida tam subitis consurgunt uersa procellis
Aequora, & Aeolio prorumpunt carcere fratres
Indomiti, quatiunt q; polos terram q; fretum q;
Inde repentinis panduntur carbasa uentis
Ne quicquam uario feruescunt cœrula motu
Huc illuc rapitur classis, fato q; rotatur
Quolibet, ac nullas spectant naualia proras.
Hinc Aquilo uiolentus agit, frangit q; rudentes
Inde furens Auster perfundit linteа nimbis
Et tumidos lato deducens æquore fluctus
Litus in Ausonium frangit fastigia mali
Subsidunt pelago, quotiens in nubila surgit
Et torrena salo spumante cacumina pulsat
Ac quotiens retro furiosa relabitur unda
Crescit in immensum Thuscũ latus aruaq; fundo
Sicca patent, nuda q; tremunt delphines arena
Et crebris sonat in scopulis allisa carina
Nox cœlum tenebrosa tegit, cum fulgura circum
Sæua micat, toto descendunt fulmina cælo.
Aequor agit montes, & torrens unda nigrescit.
Claudius anceps itis permotus imagine facti
Diriguit, tremuit q; metu, nunc improba damnat
Vota suæ mentis, tantos q; optasse labores
Pœnitet, armorum mallet uitasse tumultus
Magnanimo q; decus proprium titulos q; decoros
Scipiadæ, & belli famam liquisse perennem.
Ac mansisse domi & patriæ iacuisse sepulchro.
Talia uoluentem Calabris ex montibus Eurus
Horrifer impellit fessam populania classem
Prima uidet saxis post hanc spumantibus ilua
Corsica post scopulis minitantibus excipit inde
Sardiniæ arthoum latus attigit, inde frementi
Infelix agitur pelago, & crescente procella
Magna pars classis fluctu superante fatiscit
In medijs subsedit aquis, pars cautibus atris
Dissiluit duris q; allisa frigida saxis
Corpora nautarum, pars turbine iacta retrorsum
Littus ad Erusium reddit solatia busti
Italica tellure petens. at Claudius amens
Et paucæ morte ex media rapientibus undis.
Vix Calarim tetigêre rates, hic classe nouanda
Consulis: nitendum q; animum, memorem q; periclis
Attonitum q; inuenit: hyems non Punica uidit
Littora, non belli rumores territus ullos
Auribus excepit, lapso q; inglorius anno,
Atq; fatigata ne quicquam classe uiris q;
Fascibus absumptis rediit priuatus in urbem
Felicis Romam, interea lætissima belli
Fama uenit, totum referantur templa per orbem
Fit q; Deis immensus honos, solennia ciues
Quas sibi ante aras persoluunt uota frequentes.
Pœnis auulsos hostes ceruicibus asprum
Excessisse iugum, cladem transisse metum q;
In caput, in q; trucis muros Carthaginis ipsum
Perdomitum bello fontem causam q; laborum
Succubuisse Ducem, nil iam superesse timendum.
Ambitus hinc alter maiore autore, magis q;
Exarsit, populum q; omnem, cunctum q; senatum
Inualuit consul, siquidem Cornelius alter
Lentulus imperium Lyrici discrimine belli,
Atq; animum nomen q; suum illustrare parabat.
Scilicet hoc meditans, seu pax instaret haberi
Pacis honoratæ princeps, seu bella manerent
Perfacilem exhausti forè iam certaminis omnem
Euentum, & prægrande decus. sic ille labori
Incumbens alieno, indignum ardebat honorem
Semine non proprio messem rapturus opimam.
Heu pestis damnosa homini, & funesta libido
Nominis, imperio nocuisti sæpe Latino.
Hic ego, nam calamum fert impetus atq; parumper
Abstrahor incœpto, uos quos Romana loquendo
Externas æquare iuuat percunctor ubi nam
Gente pares animi totoq; aduersantibus ullas
Vos mihi nunc populos Reges q; Duces q; potentes
Obijcitis, sed cesset amor, luor q; malignus.
Quis gessit tam magna Ducum Regumue, nec illis
Aemulus obstrepuit, medios q; irrupit in actus?
Inuidiæ conflata lues non annus agentes
Fortia destituit, uetuit q; domesticus hostis
Imperium extendi, non illos castra mouentes
Detinuit populos, non sero in bella profecti
Ante diem rediere domum reuocante senatu.
Aut equitum prohibente acie, peditumq; nouarũ
Aut classem, & meritò stipendia digna laborũ.
Consilijs Reges moderantur regna, trahuntq;.
Non ipsi ex alijs pendent, alijsue trahuntur
Arbitrijs, finem belli & primordia norunt:
Dum libet accipiunt, & dum libet arma reponunt,
Liberiori uia, se q; & sua signa ferentes.
Non illos præcessor iners, reparanda q; ferro
Segnities fessos in finem pertulit anni:
Non collega fuit cladis temerarius autor,
Inuitas rapiens in aperta pericula turmas.

Non successoris nocuit metus, alta mouenti
Gloriaq; in præceps tulit, & celebrare coëgit.
Nec mihi nunc quisquam referat de nomine litem
Virtutis, uamisq; illam seiungat ab umbris,
Aut extrema sibi ceu non sua præmia tollat.
Crediue, cunctarum longe blandissima rerum est
Gloria, nec leuibus stimulis agit insita, fortes
Egregiosq; animos generosaq; pectora pulsat.
Qua cui sit dubium, quin solitudine dempta
Hoc duce Carthago fuerit sensura supremum
Excidium, & meritam fortuna urgente ruinam:
Quod quæstum est persæpe ferunt post bella reuersum
Scipiadam, in cineres casuram à culmine Byrsam,
Inuisasq; domos, stirpemq; genusq; Deosq;
Pœnorum, & nomen in cæca Claudius ardens
Ambitione prior, post Lentulus alta ruentis
Ambo humeris diræ subijssent mœnia terræ.
Consulto tamen ad superos seruare nepoti
Reliquias, famamq; reor, nomenq; secundum.
Verum ego peruideo quo sim progressus, & unde
Nunc redeo. Postquam uiuetis, uictor ad arcem
Scipio peruenit, legati tramite recto
Huc adeunt tristes, gemibusq; trementibus una
Affusi, miseris uerbis & supplice uultu
Fortunam, errores q; suos, rabiemq; furentis
Hannibalis, patriæq; graues sine crimine casus
Deplorant, ueniamq; petunt. præluserat aures
Victorum temerata fides, ac Punica fraudis
Exempla, abruptæq; recens iniuria pacis.
Res in consilium perlata est, omnibus idem
Ardor erat, ferro instandum, & uindice flamma
Perfidiæ, ac pacis nullas admittere uoces.
Cunctorum uotis aberat longæuus in illa
Obsidione labor, perdendaq; gloria tantæ
Summa rei Ducis aduentu quem fama canebat.
At minimè ingentes animos, fixumq; mouebant
Scipiadæ ingenium uentosæ nomina famæ.
Altius aspirans, cœlum spectabat, & astra,
Virtutisq; decus mundum, tamen omnia fidi
Pectora consilij pariter permota, seuero
Proposito flexêre Ducem, lachrymisq; petitam
Vberibus, placuit tandem permittere pacem
Et bellum finire ferum. Sic uillicus olim
Nocturnos metuens fures, legit arbore poma
Immatura situ, sic pastor pendula ramis
Hospitio & nidos spoliat, pullosq; reportat
Implumes, properans serpentum auertere pestem
Postera lux iterum legatos multa precantes
Retulit, hos Scipio dictis compellat amaris:
Impia gens credens tandem tot cladibus ullum
Esse Deum cœlo, qui nostros iudicet actus,
Cui scelus omne odio, cui sint mortalia curæ.
Effera gens, infensa bonis, mitescere serò
Incipe, docta malis, rabiemq; aliquando nocendi
Exue, semper erit tibi summa & sola uoluptas.
Fallere, nec fraudis studium gens perfida linques:
Nos equidem, quanpuam extremas merebare ruinas,
Parcimus indignæ, meritasq; remittimus iras.
Hactenus ut statera stabis, nec strata uidebis
Mœnia, nec uictor quicquam de finibus aufert.
Libertas meritis Seruilia cuncta manebit.
Hannibalem causam belli fontemq; furorum.
Poscimus utilius uobis, uestræq; quieti,
Quàm nobis, illum abijcitis quo sospite pacem
Nec sperare licet, bellorum semina pectus
Illud habet, tanto quæ nobis sanguine constant
Hoc Italas strages, hoc ipso ulcíscere mortes
Gens afflicta tuas mundumq; Deosq; per illum
Elusos totiens, geminis hoc insuper uno.
Vrbibus æternum, populisq; auferre pauorem.
Nullus ad hæc Lybicis elephas miteſcat in oris
Aptum animal bellis, & quos domuistis ad unum
Tradite, quinetiam uiolatis pacis in umbra
Legatis, illa palàm conuitia dignus
Penset honos, captæ redeant hoc littore naues
Cætera conuenient facilè & sub legibus iisdem
Quas olim edixi, cum me sub nomine pacis
Ludere uenistis, nec nos, fortuna leuabit
Blanda, nec asperior franget. uos ista referte
Patribus ac populo, & si semper fallere dulce est,
Fortunam tentate iterum, sic ille pauentes
Affatus.
Vrbe miser trepida populo uariante tumultus
Exoritur, discorsq; diu sententia tandem
Omnia sucipiunt tristes, sic fata iubebant
Vltima, condensis uolucris ceu uepribus hærent
Accipitrem superastantem uidet anxia, nec se
Ausa mouere loco, patitur laqueumq; manumq;
Aucupis, impendens tanti est differe periclum.
Altera Romuleam legatio tendit ad urbem
Pœnorum, princeps noti cognominis Hædus
Hasdrubal infestusq; armis & pacis amator
Vix uita senioq; grauis facieq; uerendus
Annosa Hannibalis multum fautoribus impar
Tres secum comites Itali uenêre secuti
Romani Ducis imperium, sed Lentulus ager
Ambitione sua, legatos arcuit urbe
Nam belli cupidus Consul fugiebat honestum
Pacis iter, donec uicto mollimine tandem
Aede sacra Bellona patres, hostesq; recepit
Postquam lætati pleno introire Senatu
Longæui, multa cum maiestate silentes
Canitiesq; graues uultus & colla reflexis
Crinibus exornans miro squalore refulsit.
Cunctorum mouere animos, nunc pacis amicos
Venisse affirmant, animisq; & uotibus illam
Orantes, nunc uera peti. tunc Hasdrubal Hædus
Incipit: Erratis ueniam si numina nunquam
Exorata negant, spes me tenet optima patres
Conscripti, superis quos fama potentibus æquat
Et pietate pares fateor mihi. fessa senectus
Iampridem attulerat longæ fastidia uitæ
Præcipuè postquam egregium, noua bella parantem
Aspexi iuuenem, timui, casusq; futuros
Ante diu agnoui, linguæ sed forte peperci,
Aut taceui metuens, sed enim me serior ætas
Fecerat audacem, testis mihi Iuppiter esto:
Cœlicolæq; alij, testis mihi maxima quondam
Carthago, huc etiam solitam transcendere famam
Auguror, infestus studijs iuuenilibus atq;

Consilijs,

Consilijs, quotiens fuerim, quotiensq; periclis
Obiulerim, mortiq; caput, sanctissimus Hanno
Et comes, & testis supereſt, quem parcet Hamilcar
Africa terra tulit, nulli ratione secundum.
Cum primùm puer ille ferox, Hispana gerentem
Bella patrem blandis conatus flectere uerbis,
Vt secum perferret eum, iuratus ad aras
Constitit, heu monstrum horrendum, nos multa uicissim
Contulimus, tunc ancipitem trepidare fauillam
Cœpimus, at ueniam dedimus puerilibus annis,
Sed rapto genitorem, utinam quem fata tulissent
Maternum dum pondus erat, funestaq; mundo
Sacra præcepti puer hic memor ire parabat
Hesperiam, iam dira tumens, uesana fauebant
Ingenia, atq; animos laudabat turba paternos
In puero, uultus mirata & uerba senatus.
Obstitimus tunc ambo palàm, nec profuit, iuit
Assueuitq; malo imperio, & feralibus armis.
Et magnam tenui flammam accendente fauilla
Quanta per Ausonium ruerint incendia mundum
Vidistis, nunc nos incendia nostra uidemus.
Inq; suas sedes tandem uaga flammis reuersa est.
Vix mihi danda fides fuerit, sed numina iuro
Conscia, non alio uestras me pectore clades
Ingemuisse olim, quam nostræ uulnera gentis
Nunc lugeo, quoniam semper rectissimus ordo
Hei mihi uisus erat, series q; immota malorum
Ex Latio in Lybiam, nosq; ut fera flamma relinquens
Nos peteret nostraiq; domos, ignoscite patres
Funestum memorare diem, cui sanguine multo
Reddidimus modò nempe parem, quo tempore cladis
Cannensis cupidam compleuit nuncius urbem
Publica lætitiæ duo nos spectacula soli
Voce parum fausta, & mœsto fædauimus ore
Tunc quoq; magnanimus quæ post mala sensimus Hanno
Vaticinatus erat, sed tunc inimica trahebant
Infortunatam sub digna pericula plebem.
Iam miseras monitis fortuna salubribus auret
Clauserat, atq; oculos uelo fallente tegebat
Parcite Romani, Deus & fortuna priores
Eripuere animos, quod uis humana nequibat.
At pudet accusare Deos, errauimus omnes
Culpaq; cunctorum fuerit, sed uera fatebor,
Carmine turba caret, malesani pectoris ardor,
Ac furor ille fuit, duræq; potentia sortis.
Nanq; ego me rigidum, quantum uocet atq; seuerum
Absoluo populum, paucos sed crimine uero
Condemno, paucosq; dolus me iudice nectit
Grandiloquos, tumidosq; animis qui gesta suorum
In populum iactare solent, statuasq; ruentes
Ostentare situ, reliquorum carpere uerbis
Omnia, seq; Duces uulgo præstare furenti.
Nec pudet aduersus primordia uestra iocari
Alpinos habuisse patres, populumq; uocare
Pastorum non impropriè: nam iudice Marte
Hactenus indomitos Reges & bella professos,
Vt totidem tractatis oues, populiq; uidentur
In pauidos abijsse greges, fat cognita mundo
Sunt generis elementa noui, & Mauortis origo
Quem factis uerum esse patrem & uirtute probatis.
Nunc tibi turba nocens, latebris quibus abdita torpet
Degeneri pellente metu, cur magna locuti
Non redeunt miseros, & hiantem fallere plebem
Pollicitus: utinam ueniant, patriamq; reuisant
Vt liceat fontes meritis innectere uinclis,
Et iuuenes raptare senem, non lætior amplo
Scipio conscendet Capitolia uestra triumpho.
Quod nostri scelerata Ducis compressa cathenis
Huc traheret mea colla manus, summumq; putarem
Me patriæ infando duxisse ex hoste trophæum.
Nec minus Hasdrubalem, si quid mihi creditur, odit
Perfidus ille animo, quam quos sibi prædicat hostes.
Nec magis horreret uestros præcedere currus,
Iudicio quàm stare meo, uerùm ipse per umbras
Effugit noctis medio, nec cernere uultus
Sustinuit nostros, causam quibus esse malorum
Se norat, patriam timuit spectare ruentem.
Ergo abijt tacitus læsa contentus ab urbe,
Exilium peperisse sibi, decreta suorum
Nempe nocens pariet ultusq;, iraq;, manusq;
Et meritò crucibus penderet uictima tristis.
Ille modò uolucres pascens informe cadauer
Piscibus aut pelagi mediis effusus in undas
Esca foret, canibus dignus cibus ille marinis.
Aut aliquid monstri Lybici censura rigoris
In caput id meritum studio certante nouasset.
Demq; non frustra nobis foret ille petitus
Debitus ambobus populis, & debitus orbi.
Ipse ego uel uiuum, uel frusta cruenta dedissem
Semesumq; caput, nobis hic nostra uoluntas.
Sic satis oramus, concors nam iussa libensq;
Cætera Pœnorum complectitur omnia uulgus,
Quæ nostro placuere duci, spectate tabellas,
Singula conueniunt, pulchra est uindicta precanti
Parcere prostrato. nulla est uictoria maior
Quàm uicisse animum, nam fœlicissimus ille est,
Qui se fœlicem uultuq; animoq; modesto
Agnouit, tenuitq; modum, quod fortè uidetur
Difficile insuetis stimulis, quos gaudia tangunt
Parua repentinis animos, nec frena regentes
Præcipitant, ac perpetuis satiata triumphis.
Pectora sunt nobis, parcendi summa uoluptas:
Nec minus imperium uenia, quàm foribus armis.
Romuleum auxistis, uestra pietate uegetes
Nos sumus, & ueniam positis exposcimus armis.
Parcite supplicibus, satis est potuisse nocere
Magna sumus uobis æternum gloria uicti
Maxima seruati. Quòd si uos fortè merentum
Pœna iuuat, iustusq; dolor, nisi fallor abunde est
Quàm memores statuere Dei, quoq; intulit ingens
Scipio, siquid adhuc supereſt ignoscite uictis
Victores, fuerit uobis pars ultima magnæ
Vindictæ affusum hic uitam, ueniamq; precantem
Hasdrubalem uidisse senem. sic ille locutus
Conticuit, tacitum ueneranda fronte dolorem,
Ac comites passim prostrati in limine uerbis
Flebilibus tenuere patres, lachrymisq; senatum
Impleuere suis nati, seu funus acerbum
Stet, dum aspiciens, lachrymas nec spargit aniles
Ac luget, interitus genitrix resoluta capillos,

Mœsta

Mœsta iacet,tundit́q genas,gemitúq madentes.
Aethera fœmineis uacuum mugitibus implet.
Cœperat auditis iam mitior ira senatus
Inflecti,& sensim lenito pectore iustas
Exaudire preces,tu non ex partibus unus
Perfidiæ infensus Pœnorum,dicite per quos
Subsistet pax ista Deos,fœduśq secundum
Nam primos spreuistis ait,tunc fronte modesta
Hasdrubal assurgit,paulum peŕq inquit,eosdem
Periuris adeò infestos iurabimus istam
Pacem alia seruare fidé,uox illa querelis
Imposuit finem,uultuśq animośq serenans
Et responsa patrum pacem sensere frequentes,
Hasdrubal hic iterum: Dij nobis iusta rependent
Præmia, Romam nostro qui digna fauori
Supplicia auertis,meritaśq remittitis iras,
Nunc ego,nam ueteres non amplius aliquot hostes
Sed Dominos sociośq nouos hoc deprecor unum
Nos nostræ cupidos admittere mœnibus urbis,
Captiuośq uidere date,& cognoscere ciues,
Sat mihi longarum solatia magna uiarum
Hæc fuerint sæuiq decus mercesq laboris,
Quod́q libens longinqua petam super æthera Romam,
Et mundi uidisse caput quodcunq petebat
Admissum,& magnam admirans ingressus in urbem est
Non aliter stupuit,nisi falsa est fabula cœlum
Ingrediens uiridi subito translatus ab Ida
Laomedonteus puer,ut uaga sydera circum
Hæsit,& illicitas despexit ab æthere syluas.
Appia marmoreo suscepit limine porta
Prima uiros magno mox obuia mœnia gyro
Pallantea uident,qui structa est regia monte
Euandri,primuśq nouæ locus inclytus urbis.
Hic elementa uocis impressa,hic Archadis almæ
Diuinum ingenium,& miracula maxima rerum.
Monstrator docet ipse uiæ,librośq repertos
Fatidicæ Carmentis opus,quantuḿq Latinis
Contulit,ingenijs mulier ueneranda per æuum
Cœlius ad dextram remanet fastigia læuam
Collis Auentini,ualidaśq in rupibus arces
Suspiciunt,antruḿq uident,hic fabula Caci
Herculeuśq labor,placido sermone morantes
Detinuit,lotáq boues in gurgite Thusco.
Hic quoq; supplicij pontis pila discolor atris
Coelitis admonuit,statuáq insignis equestri.
Ille locus tenuit fixos in uirgine torua.
Hinc sedem solis mirantur,& aurea templa,
Telluriśq domum,capitoliáq alta pauentes
Ascendunt,& queq putant contingere cœlum,
Hic hominis caput inuentum fodientibus alte,
Audiuere prius patriæ portenta coactæ.
Et bubulam damnare suem,subigendáq turpi
Colla iugo,& duri præsagia certa laboris.
Hic Cœlum uidere Iouis,qua dicior usquam
Nulla fuit,censuḿq alia sub rupe repositum
Lumina,quam innumeris iam tunc calcata triumphis,
Et niueos currus,& rapta ex hostibus arma
Aurea magnorum,nec non diademata Regum,
Sceptráq,& armillas & dempta monilia collo.
Gemmatośq frenos,sellaśq ex ordine eburnas
Hic clypeos,factaśq rates,ac punica signa.
Et phaleras mouere suas,tacituśq per omnes
Lutus ijt ueteris referens uestigia belli,
Tum uolucris per templa uagos argentea paulum
Occupat incursu gallorum,& uoce canora
Procedunt,forteśq uiros,habitúq uerendas
Matronas,amplaśq domos,uarijśq grauatos
Bellorum eximijs arcus,& crebra uidentes
Signa triumphorum,solidóq in marmore pugnas:
Atq; sepulchrorum pompas,monstrantur aquarum
Sub terram cœlóq uiæ.iam ualle Saburræ
Cæsaream uidere domum,cui summa potestas
Debita,cui rerum princeps.hinc ualle relicta,
Exquilias fessi dictum de uimine,collem
Inde Quirinalem superato uertice montem
Transierant,nudośq duos astare Gigantes
Corpore conspiciunt,en quot certamina famæ
Prasitelis opus Phidiǽq insigne suprem
Scipiadum,hic laus excelsa,palatia muris,
Atq; arces tremuere feras & cognita bello
Signa nimis Lybiæ,nomeńq genuśq superbum,
Hinc læua flexere uiam,flammea iam tunc
Porta uocabatur,quæ Thuscum recipit orbem
Marcius ac reduces uicino flumine campus
Excipit,hic longo traducens ordine rerum
Planities sine fine patet.quis fascibus altis
Primus honos,quonam pectus matrona pudicum
Vulnere traiecit,cui sic commissa uirorum
Libertas:& qua natos ferus ille securi
Percutit,ac pulsos uiolata ex urbe Tyrannos
Accipiunt,ac cuncta notant læuáq Mineruæ
Ampláq cunctorum monstrantur templa Deorum
Venturæ ad meliora domus iam Tybridis alti
Surgite transmisso dextræ super aggere ripæ.
Hetruscum tetigere latus, ductoŕq uiarum
Romuleam immensa designat mole sepulchrum.
Progredituŕq lacus,quo ductus ad astra Quirinus
Turbine transierit,qua tempestate senatum
Obruerit,trepidum metuenśq,ut palluerit Sol,
Et procul inuisum memorat capreaḿq paludem,
At crimen silet ille patrum,iam fl.mina præter
Descendunt,colleḿq uident ubi regia Iouis
Prisca fuit,iuxtáq domus Saturnia quondam
Ausoniæ,hic Regum & Latiæ primordia gentis
Vltima conscendunt,& nomina clara uirorum.
Hic Italus prior æterni ex nominis autor
Italiæ Picuśq comes stirpśq omnis auorum.
Narratur,populíq noui monstratur Asylum,
Inferius longi tenuit certaminis illos.
Historia & clauso redeuntes robore Reges
Castráq Porsennæ,ut incumbens Scæuola flammis
Supplicia erranti infligat non debita dextræ.
Inde Licaonia gemino breuis insula ponte
Peruia transitur,poterat uix ulla relatis
Esse fides monstris,tantaśq in flumine moles,
Regia'q præda olim Populo spargente dedisset.
Iam campana iterum læuæ confinia ripæ
Calcabant,Fabiaśq domos,miserandáq tanti
Funera discebant generis cameraḿq nocentem,
Vt capitolino redeuntes uertice tandem

Defessum

Defessum tenuere gradum,cum protinus ingens
Visa reuoluentes stupor arripit inde sedentes,
Attoniti siluere diu,mox facta uidendi
Copia captiuos stabant horrentia longo
Agmine mœsta situ,pallentiáq ora tumebant
Nudáq perplexis onerabat terga capillis
Cæsaries incompta,diu squaloŕq tegebat
Luridus effigiem,tristeḿq ferebat odorem,
Ferrea uincla gradum lento suspendere tractu
Cogebant,manicǽq graues,complexibus illos
Catorum uetuere frui,tum uerba uicissim
Dulcia permiscent,sed perstrepit ære cathenis
Reditus excussis stridor lachrymáq per ora
Egregia pietate fluunt,quæ fata,quis urbis
Status inquirunt,patriæ quæ numina uictos
Respiciant,uelut inferius ubi manibus olim
Vmbra recens nostróq ruens descendit ab orbe
Supplicijs onerata suis,illum anxia circum
Agmina fundũtur,noua quæ nã annunciet hospes.
Hæc natu petit euentus,ast illa relicta,
Coniugis explorat uitam,seniúḿq parentum
Hæc deserte gemens,aut dulci inquirit amico
Publica cura omnes,supero quis uultus in orbe,
Vna tenet,quis sceptra regat,quis flectit habenas
Imperij,quid bellorum,quantuḿq quietis
Oráq sollicitis exanguia ritibus hiscunt
Noscendi studio,hic carceris hispida turba
Hospitibus instare nouis,& quærere multa
Postquam finis erat lachrymis,petit ipse suorum
Vtredimenda darent aliquot modo corpora blandus
Hasdrubal,ac uili uictores nulla negarunt
Munera qui noscent,scriptis quæ nomina uellet
Aederepræcipiunt,lectos dedit ille ducentos,
Quos posito squalore pius faciliśq senatus
In Lybiam præferre iubet,si fœdera pacis
Firma forent nullis pretijs pro munere solo
Reddendos patriæ,cunctis sic ritè peractis,
Hasdrubal inuisæ quondam nunc mœnia charæ
Vrbis amica retrò rediens hac uoce salutat:
Vrbs accepta Deis,caput orbis,& unica mundi
Gloria,terra ferax clarorum sola uirorum.
O patria armipotens,tuḿq ô domus optima rerũ
Roma uale,iam lætus eam quocunq uocabunt
Fata,senem uidi,quantum uisurus in orbe
Hoc fueram dixit,tum Tybridis hostia linquens
Nauigat in patriam uictor,capiuáq secum
Agmina mittuntur,liceat terrestria cœlo
Aequare,æternis mortalia,maxima paruis
Sic prope descendens cœlo,sua uincla resoluit
Captiuis antiqua potens & Tartara frægit
Voce Deus,secum in patriam miseranda reducẽs
Agmina,& exhaustus longis cruciatibus umbras
Scipio pacifico redeuntem suscipit ore,
Pax populis,Ducibuśq placet,fœduśq ferium
Ante araśq testeśq Deos,cæstíq litantur
Terga suis:dextrǽq ducum iunguntur inermes
Rursus in Italiam redium,& firmante senatu
Acta Ducis pax in libros relata uetusto
More patrum,legeśq datæ,iuratáq uerba
Scipio longæuo gaudens posuisse labori.
Iam finem,redituḿq parans in præmia totus
Vertitur ac laudes,& dona ingentia soluit
Militibus,eartham Syphaciśq omnia Regi
Donat & emeritum regni confinibus ultrõ
Ampliat immensis uictor ex fœdere damnat
Reddere Rex regi socio pactuḿq tributum
Soluere Romanis,hinc ad condigna reuersus
Supplicia,& iustas uario discrimine pœnas
Mitius in seruos egit,seruile putauit
Esse fugam,non nosse fidem,quicunq repertus
Liber militiæ deserto protinus ille est
Supplicio extremo affectus,qui iura fideḿq
Te pater tam dubio iuratáq liquerit arma
Romanos crucibus rigidis dedit atq; Latinis
Abscidit merita trepidantia colla securi.
His actis classem soluit comitante senatu
Extremum in littus Pœnorum,& supplice turba
Victorem mirante suum,quos ille benigne
Digrediens dictis postremum affatur amicis:
Viuite contenti proprio,memoreśq Deorum
Viuite.nec* cœcus iterum inuidus arma
Induat,imperium antiquis stat finibus amplum
Et leges patria cum libertate relictæ
Gloria sit quanquam latum imperitare per orbem
Tutius est parere bonis mihi credite uobis
Id longum quæsita quies,nos dura laborum
Sarcina sollicitos ullo sine fine tenebit
Hostis erit quicunq usquam nudauerit ensem
Quis noua bella manu,bellorum aut uerba mouebit
Cura laboŕq grauis scelerum censura per orbem
At uobis tranquilla salus sine litibus ullis
Præsidium in uobis,nisi temnitis omne peractum
Semper erit Pœnos inter nostruḿq senatum
Sponsor ego placidam tandem condiscite uiam,
Semite placatas mentes,deponite ferrum
Ex animis,tales tanto nisi turbine frustra
Vis docuit fortuna uiros,dimittite tandem
Aequoreas tentare uias discrimine quanto
Præcidi,quantuḿq mali,quantuḿq laborum
Exuerim classem.quæ uos per cuncta furentes
Littora raptabat,quæ uobis prima malorum
Materiam dedit,Ausoniúśq incumbere regnis
Compulit ac tumidos docuit transcendere fluctus
Hunc nostris fortasse oculis spectacula dura
Si fuerint, cohibere animos membruḿq putate,
Abscindi uitæ infestum satis ampla tenetis
Regnorum spatia & septi confinia mundi.
Sat terris errare licet funesta uoluptas
Curarum est,omni statui succurrite nostro,
Consulite,& nobis curaḿq auferte me* ḿq
Hannibalis,rabieḿq suam sibi linquite soli.
Siquid erit dubij quod publica facta mouebunt
Hos audite senes dixit,dextraḿq prehendit
Illorum,ambo autem deflexis genibus unà
Ante ducis ceciderc pedes,hinc maximus Hanno,
Hasdrubal hinc hœdus tota iam classe soluta
Scipio* prouectus paulum subsistit & omnes
Imperat hostiles flammis absumere puppes,
Non aliter tantæ pelago fluxere faillæ
Aut Tethys eximuit latè torrentibus undis

Defectum

Defectum, quàm dum currus optata paterni
Lora puer rapuit Phœbus, & æthera flammis
Accendit, mundumq́ magis, & fœcula rétro
Omnia percurrit. ſola hæc incendia ſenſit
Neptunus metuenda ſibi, nón Punica quondam
Romanis facibus bello conſumpta priore,
Spartanisq́ prius non Attica littore claſsis
Vſta Syracuſo tantas dedit æquora flammas.
Torpuerant miſeri ciues ſua damna gementes
Haud aliter quàm ſi ſubitò prædulcia cunctis
Coniugia & natí atq́ arces & templa Deorum
Ipſaq́ Carthago flammis arderet in illis.

AFRICAE FRANCI SCI PETRARCHAE, LIBER IX.

SCIPIO proiectus pelago Romanáq́ claſsis
Iam placidum ſulcabat iter, non rauca procellis
Aequora feruebant, uentisq́ ſilentibus undas
Victorem ſenſiſſe putes tranquillior illis
Vultus erat, cœlo facies compoſita ſereno,
Sic hoſtile fretum, ſic cuncta elementa uideres
Obſequio mulcere Ducem, iam littora longè
Africa linquebant alacres, & bella canentes
Ibant, de ualido frangebant remige fluctus.
Puppe Ducis media tacitus meditantíq́ ſedebat
Ennius, aſſiduus rerum triſtisq́ comesq́
Scipio, quem tandem aggreditur uerbisq́ benignis
Excitat incipiens, nunquam 'ne ſilentia rumpes,
O mihi multorum ſolamen dulce laborum
Fore precor, nam perpetuis tabentia curis
Pectora noſtra uides, placido ſermone leuare
Illa ſoles, faciesq́ modo, tantum ora reſolue
Si tibi naſcenti quo polles ſummus Apollo
Ingenium cœleſte dedit, ſi turba Dearum
Caſtalio infantem demerſum gurgite lauit
Helicone ſacro collesq́ eduxit in altos,
Et calamum & uocem tribuit, mentemq́ Poëtæ
Ennius auditus caput extulit, atq́ ita fatur:
O ſtos Italiæ iuuenis, ſtirpisq́ Deorum
Certa fides, quid nunc noſtro placet ore moueri,
Quid'ue iubes? equidem tacito modo pectore mecũ
Voluebam, quod nulla ferent iam ſecula manus,
Eximiæ uirtus opus quàm noſtra quod ætas
Læta uidet, nullusq́ unquam ſub mente mouebit
Grande aliquid, cui non magnas ſpes inter honeſtũ
Nomen in ore ſonet, qui non uenturus ad actum
Scipiadæ meminiſſe uelit, pro munere uultus
Non cupiat uidiſſe tuos, maiorq́ ſepulchri
Poſt cineres te fama manet, mortalia liuor
Carpit enim, ac mors inuidiam conſumit & arcet
Ac procul à buſtis abigit, tua gloria pridem
Vicerat hanc peſtem, iamq́ altas tuta per auras
Fugit humum morbosq́ hominum, moresq́ malignos
Seq́ parem tulit alma dies, tamen ecce ſupremum
Incrementa diem famæ tibi multa daturum
Promiſi expertus quoq́ ipſe à morte recedes
Longius, hoc maior meritum te fama ſequetur
Tempore creſcet honos perq́ ultima ſecula mundi
Clarus eris, uirtus quoniam non altius ibit
Deſcenſum uereor, ſed noſtra peritia fandi
Nondum propoſitam ualuit contingere metam
Nuper ab exiguis radicibus orta, nec antè
Cognita per Latium, Argolicis contenta colonis
Hoc igitur mecum indignans ſub mente mouebam
Præcones meritòs tua quòd notiſsima uirtus
Non habitura foret, Macedum Rex magnus amici
Fortè uidens ſaxum Aeacidæ titulosq́ ſepulchri
Fortunate, inquit iuuenis, cui nomnis illum
Præconem reperire fuit, non parua profectò
Eſt claris fortuna uiris habuiſſe Poëtam
Altiſonis qui carminibus cumulare decorem
Virtutis queat egregiæ, monimentáq́ laudum,
At tibi ſumme Ducum claro quo nullus Homero eſt
Dignior, in reliquis blanda inq́ hoc durior uno
Me ſolum fortuna dedit, currentibus annis
Naſceur forſan digno qui carmine cœlo
Efferat emeritas laudes & fortia facta,
Et cui melliflúo melius reſonantia plectro
Calliope det fila liræ, uocemq́ ſonoram
Parcè precor uerbis, tibi non me iudice uates
Mæonius, nec iure tibi præponitur altus
Euripides, aut quos claro cognomine Graiï
Concelebrant, alio nolim me carmine dici
Si dicendus quin quid te poſcimuus, inquit,
Scipio proſequere, & quæ ſint permiſſa Poëtis
Famoſæq́ rei certos agnoſcere fines
Te licet monſtrante mihi quid laurea ſignet
Tam Ducibus claris, quàm uatibus addita ſacris
Ne úe tibi indignus uidear cui talia fortè
Narrentur, nobis animum dulcedine quadam
Pulchra mouent, & continuis hoc pectus ab armis
Dulcia concuſſum placidè capit ocia linguæ.
Ille autem, nulla eſt fateor tam dura feroxq́
Mens ait, alme Ducum, cui non ſit pulchra uoluptas
Interdum curas inter uitæq́ labores
Pyerios audiſſe modos, dulcesq́ Dearum
Irrepſiſſe choros, ſed enim hæc præcordia nunquam
A muſis auerſa reor, non talibus Afris
Tam magnum genuiſſe uirum natura uidetur
Erraſſet, ſi cui dederat cupidiſſima famæ
Pectora Muſarum non ingeſiſſet amorem,
Quiſquis enim ſe magna uidet geſsiſſe, neceſſe eſt
Diligat æternos uates, & carmina ſacra.
At nunc quod noſtro poſsis ſermone doceri
Accipe quàm breuibus, non illa licentia natum eſt
Quam multis placuiſſe palàm eſt
Scripturum ieciſſe priùs firmiſsima ueri
Fundamenta decet, quibus inde innixus amœna
Et uaria ſub nube poteſt abſcondere ſeſe
Lectori longum cumulans placidumq́ laborem
Quæſitu aſperior quo ſit ſententia uerum
Dulcior inuentu, quicquid labor hiſtoriarum eſt
Quicquid uirtutum cultus documentáq́ uitæ,

Naturæ

Naturæ ſtudium quicquid licuiſſe Poëtis
Crede, ſub ignoto tamen ut celentur amictu.
Nuda alibi & tenui fruſtrentur lumina uelo,
Interdumq́ palam ueniant, fugiantq́ uiciſsim
Qui fugit quodcunq́ refert, non ille Poëtæ
Nomine cenſendus, nec uatis honore, ſed uno
Nomine mendacis. potes hinc perpendere quicquid
Scire petis, noſtri quæ ſit menſura laboris
Et latos fines, & quanta licentia nobis
Laurea reſtat adhuc, cuius dignare parumper
Participes nos eſſe tibi, ſi gloria bello
Nec minus ingenio conſtat patiere uirenti
Fronde duces uatesq́ ſimul ſacra tempora cingant
Immortale decus utrorq́ immortalis utriſq́
Indicat, & longa promittit tempora uitæ
Hinc Deus ingenijs Lauros amat almus Apollo
Pyeridum ſolitus cythara modulante choreas
Incola Cirrhæo totiens duxiſſe ſub antro.
Præterea hanc frondem tepido non fulmine uexat
Iuppiter ex cunctis talemq́ meretur honorem
Laurus ab æthereo tanta eſt clementia Regi
Iam famæ quod fulmen erit niſi ſola uetuſtas
Omnia proſternens, hunc gloria noſtra pauorem
Non habet, atq́ ideo ſpernentis, fulmina frondis
Serta gerit, ſanctosq́ legit de ſtipite ramos
Dixerat, ac Scipio ſubridens, omnia mulcens,
Sed ledis breuitate tua, & dum dulcius inter
Iſta ſonant, medio ſitientes calle relinquis.
Ergo age, nam nullum iam littus cernitur, & Sol
Tranſiuit cœli medium, tu dulcia prome
Verba quibus mens alma ſcatet, placidoq́ uolentes
Et longo ſermone feras, partemq́ dici
Et partes pelagi minuens, tunc ille coactus
Incipit, hic omnes tenuerunt murmura nautæ
Et comites ſiluere Ducis, ueſtigia famæ
Rara ſequens, quantum licuit per ſecula retro
Omnia peruigili ſtudio uagus ipſe cucurri
Donec ad extremas animo rapiente tenebras
Peruentum, primosq́ uiros quos fama perenni
Feſſa uia, longè ignotos poſt terga reliquit
Hic quiſquis meritò fulgens fuit obuius illum
Amplexu tenuiſſe animi, mihi gloria ſumma eſt
Inq́ locum chari ſemper coluiſſe parentis
Præcipuè illuſtres calamo florente Poëtas
Admiſi, atq́ una cordis ſub parte recondi
Milibus ex tantis unus mihi ſummus Homerus
Vnus habet quod ſuſpiciam, quod mirer, amemq́
Ille mihi è cœlo ueniens tam fœpe uidetur
Vt ſtupeam potuiſſe hominem ſic alta tenere,
Aſtrorum ſic noſſe uias, ſic clymata terræ.
Qui licet ante nouos Reges & tempora Romæ
Floruerit, tamen hoc in tempus mente reduxi.
Præſentemq́ animo ficta ſub imagine feci.
Hoc ſine ulla dies abijt, nox nulla ſine illo.
Ille breues cœnas in longum traxit, & idem
Nunc longam breuiare uiam, nunc tramite plano
Edocuit rigidi tranſire cacumina montis
Demiq́ quicquid agens, nullo diſcrimine ſecum
Sopitus, uigilansq́ fui. noctemq́ diemq́
His mihi nunc etiam dubijs ſub tempore bellis
Affuit in ſomnis, quis ſomnum dixerit illum.
Peruigil aſtabam, fracta nam pace ſub armis
Omnia feruebant, ſeroq́ in caſtra reuerſus
Contigeras animum iubeas ſi uera fateri
Non timui, tamen in dubio ſpes feſſa pependit.
Vſq́ ſub occaſum Solis, tum maxima pernox
Cura animum tenuit, quid ſecum poſtera ferret
Tot motus clauſura dies, hic nocte ſub alta
Aſpicio aduentare ſenem, quem rara tegebant
Fruſta togæ, & canis immixta & ſqualida barba:
*Sedibus exterant oculi, * cauaq́ frontis imago * calua*
Horrorem inculta cum maieſtate ferebat,
Dirigui, tunc ille manu, ſimilisq́ uidenti
Occupat ancipitem, Graioq́ hæc more profatur:
Salue chare mihi Latiæ tellurit amicæ
Vnice, quodq́ diu uotis animoq́ petiſti
Aſpice, qualis erat quondam dum uixit Homerus
Huc ego uix tandem reſerato carcere ditis
Emerſi taciturè perrumpens uiſcera terræ
Procubui, uolutq́ pedes contingere pronus.
Vmbra fuit, undaq́ hæſerunt oſcula terræ
Surge, inquit, mecum ex æquo, nam dignus es ultro
Congredere & dum tempus habes tam ſæpe negato
Colloquio ſatiare meo, tum protinus ardens
Exurgo, gentisq́ ingens ô gloria dixi
Argolicæ, ſummumq́ decus quis talia tanto
Supplicia inflixit ſacræ, quis lumina frontis
Naturæq́ ducis rapuit, tantumq́ nocere
Suſtinuit mundo, non hic mihi creditus olim
Lincea quin acies animo occurſabat amanti
Visq́ oculis immenſa tuis, quos Græcia portus
Diues habet, gemino latæ circumflua ponto
Quos colles quæ rura colit, quæ nallibus imis
Antra tenet, quænam frondoſa cacumina ſyluis
Aut pelago ſcopulos, quos non mihi lumine certo
Monſtraris cernenda alijs longinqua dediſti.
Ipſe propinqua uidens minimè miracula menti
Quanta meæ, Argæo diffuſas ecce profundo
Cycladas hinc numero, uideo quot littore flexus
Helleſpontiaco, tu me nequis ipſe tueri
Oſtendens tam multa mihi, tum ſuſcipit ille,
Vera quidem memoras, ſed non miranda quid ergo
Qui mihi corporeos Deus abſtulit ille nequibat
Reſtituiſſe alios quibus hæc arcana uiderem.
Deſine iuſſa Dei ſolitis onerare querelis
Mortalis, namq́ iſta hominum ſtultiſſima lis eſt.
Iuſta facit quæcunq́ facit, ſed noſcere cuncta
Veſtra nequit grauitas ſub opaci carceris umbra.
Quàm multis nocuere oculi uiſusq́ uagari
Compulit, & cœpto forſan ſemouit honeſto
Hinc ea ſponte quidem, grauis ut uocitura q́ multis
Sarcina depoſita eſt, quoniam huc modo pergimus ultra
Tu cœptum ne ſperne Ducem, fortaſſe uidebis
Multa animo placitura tuo, nec cura futuri
Sollicitet caſus, quoniam lux craſtina campos
Sanguine Pœnorum Latio uictore rigabit
Proſequor augurio lætus.
Si iuuenem iuueni medijs auellere flammis
Contigit incolumen tumidaq́ efferre per undas
Percipſam iam facta ſenex precor iſta cauere.

Poſt

Post mea facta uelis, quotq; omnia poterit unum
Tempus edax, rapidosq; dies, Solemq; uorantem
Secula, & inuidiæ tristes contemnere morsus.
Hic ego nam longè clausa sub ualle sedentem
Aspexi iuuenem, Dux ô charissime quisnam est
Quem uideo teneras inter consistere Lauros
Et uiridante comas meditantem incingere ramo.
Nescio quid, nisi fallor enim, sub pectore uersat
Egregiumq; altumq; nimis. non falleris, inquit,
Agnosco iuuenem fera de gente nepotum
Quem regio Italiæ, quemue ultima proferet ætas
Hunc tibi Thusca dabit latis florentia muris
Romulea radice oriens, urbs inclyta quondam
Nunc nihil, ut nequeas ortus confinia nosse
Diuitiis exiguus muros interluet urbis
Armis, in Ausoniæ descendens littora Pisæ
Ille diu profugas reuocabit carmine Musas
Tempus in extremum, ueteresq; Helicone sorores
Restituet, uario quamuis agitante tumultu
Francisco cui nomen erit qui grandia facta
Vidisti quæ cuncta oculis ceu corpus in unum
Stringet, & Hispanas acies Lybiæq; labores
Scipiadamq; tuum, titulusq; Poëmatis illi
Africa quin etiam ingenij fiducia quanta
Quantus aget laudum stimulus, feroq; triumpho
Hic tandem ascendet capitolia uestra, nec ipsum
Mundus iners, studijsq; aljs tunc ebria turba
Terrebit, quin insigni frondentia Lauro
Tempora descendens referat comitante senatu
Hic modò tantus amor, tanta est reuerentia Laurî
Omnibus ex syluis iam nunc sibi gratior una est
Delphica, iamq; nouas discit connectere frondes
Serta gerens iam uenturi præsagia mulcent
Iste senescenti tantum illo in tempore Romæ
Charior annosæ quantum contingere matri
Filius iste solet, quem post lachrymosa sepulchra
Natorum uiduæ sterilis tandem attulit aluus
Illa quidem quæ iam lustris nil tale ducentis
Viderit, hunc magno spectabit læta fauore.
Laurea dum capiet, dum templis serta relinquet
Primitiasq; suas sanctas affiget ad aras.
Florentina omnis magis ut sit grata propago
Idem unus tibi Roma dabit, nec protinus urbem
Pœniteat Tusci fundasse ad gurgitis undam.
Hic quoq; magnorum laudes studiosus auorum
Digeret extrema relegens ab origine fortes
Romulidas uestrumq; genus, sermone soluto
Historicos, titulosq; uiris & nomina reddet
In medio effulgens nec corpore paruus eodem
Magnus erit Scipio, seq; ipse fatebitur ultrò
Plus nulli debere uiro, at si uita manebit
Longior, & nullo præuertet turbine cœptum
Impetus alter iter tunc ampla uolumina cernes
Magnarum rerum uario distincta colore,
In tempus producta suum, quis cuncta renarret
Quæ clausa sub mente gerit, pulsabat anhelo
Pectore uisendi cupidus, cupidusq; loquendi
Interea, & magnum quis credere posset Homerum
Dulcibus optabam uer bis imponere metam
Iam mihi charus erat, te propter & alta relatu
Cætera procedo sensim, propriorq; parumper
Conspicio curis grauidum sub flore iuuentæ,
Et calamo hærentem, uiridiq; in gramine septum:
Arboribus uarijs nitidissima flumina iuxta
Ac gelidos inter fontes, ruperisq; prærupta
Respice Dux inquit, quæ sint umbracula ruris
Effigiesq; sui, namq; hinc ad talia primum
Eriget ingenium uarijs mox partibus orbis
Et terra pelagoq; uagus, concepta per annos
Desperata sinet, uix rerum turbine tandem
Explicitus, magno transibit plurima cursu.
Singula mirabar, uix auditaq; salute
Sustulerat grauis ille oculos, & uerba parabat
Cum matutino litui clangore repentè
Excutior uisis, somnusq; recessit inanis:
Teq; aciem uideo medijs educere campis
Sublimen, hortantemq; Duces & signa mouentem.
Ennius interea dum talibus ore disertus
Aequoreum permulcet iter, iam fessus anhelos
Phœbus Athlanteo recreabat gurgite currus:
Haud aliter quàm qui placidis per plana quadrigis
Vectus, & irriguo perfusus membra sopore
Non sentit transire diem, longamq; repente
Decreuisse uiam, stupet & uix credulus audit.
Hesperio læuis Zephyrus surgebat ab axe:
Vela læuat classis, tum dextro tramite proræ
Voluuntur, fratrisq; in locum Cynthia pernox
Inuigilat, laxisq; datum requiescere nautis
Remigis ut strepitus siluit stridorq; rudentem,
Scipio mitis ait, seu sunt, seu talia fingis
Dulcia sunt fateor: sensusq; & pectora mulcent,
Illum equidem iam nunc iuuenemq; nouumq; Poëtam
Complector, tibi nunc uisum quondamq; parenti
Promissumq; mihi gemino sponsore profecto
Diligo quisquis erit, si nullus, diligo nullum.
Dixerat, & facili præbebant corpora somno.
Sol pelago rediens ubi primum emersit Eoo
Ingentesq; procul iactabat carbasus umbras
Littora prospiciunt alacres Lilybæia nautæ
Trinacriamq; pari concordes uoce salutant.
Iam Drepanum præteruecti iamq; omne remensi
Inde latus Siculum, solidæ telluris in aruis
Vt primum posuere pedes pulcherrima rura
Terrestri secuere uia, non carmine nostro
Lætitia Italiæ, non occursantia passim
Agmina uictori, populi non urbibus hausiis
Seruata grates pro libertate canentes
Stare queant, donec patriæ sub mœnia uentum est.
Et huxit sperata dies, tempusq; triumphi.
Hic quoque Calliope, quanquam sub fine uocaris
Dextra ueni, feroq; fauens astiste labori.
Pulchrior Ausonio nunquam surrexerat orbi
Vlla dies, roseo uultum suffusa rubore
Phœbeos frenabat agens aurora iugales
Lætior ipse quidem solito & formosior alte
Imperijs urgebat equos, iam lumine Romam
Appennigenæ spectans de uertice syluæ.
Conueniunt proceres, portis ruit obuia turba
Sexus uterq; frequens, ætas se proripit omnis
Omnis honos, omnisq; gradus, substernitur auro

Omne

Omne solum, & uarijs resplendent pulpita gemmis.
Purpura per uicos sparsa est, & purpura tectis
Obtentu factura uiris uictoribus umbras.
Inde senum miti descendunt agmina cultu
Hinc iuuenum phalerata phalanx, in lumine primo
Exceptura Ducem, facie subit ille serena
Ardua purpureo residens sua mœnia curru
Et niueis inuectus equis, generisq; ferebat
Aetherei frons alma facem, tum millia iunctis
Post tergum manibus captiui tristia uulgi
Procedunt Macedum proceres, quo bella Philippus
Fouerat auxilio, Sopater Dux primus & ipsum
Sanguine contingens Regem mœstissimus ibat:
Post omnis legio grauibus connexa catenis
Insequitur, tum parte alia spectacula magni
Syphacis miseranda habitu, nanq; obruta uultu
Maiestas, lachrymis pectus terramq; rigabat
Flensq; retro ad magnum referebat lumina crebrò
Humida, uictorem, qualem spreuisset amicum.
Mente notans tacita præter tot dura ruinæ
Angebat miserum pudor ingens, turba suorum
Regia consequitur tremulo uestigia gressu.
Hæc meriti ciues, laqueis gens perfida iustis
Pœnorum perplexa uenit, pulcherrima Romæ
Mœnia suspiciens Dux frater Hannibalis illis
Primus erat. Mauræ subeunt post agmina gentis
Gallorumq; manus, Italus nam ordine nullo
Nemo fuit, digna meritos multauerat omnes
Morte simul, terraq; hostes mandauerat Afræ
Indignos patriæ aspectu, & tellure sepulchri
Ante ebur & radians aurum & pretiosa supellex
Et uestes Ostro insignes, penitusq; potentum
Diuitiæ Regum pompa celebrante uehuntur.
Inde graues clypei præreptaq; fortibus arma,
Signaq; & horrentes galeæ cristæq; trementes
Post tristes ducuntur equi, domitiq; elephantes
Demissa ceruice graues. puerilia circum
Millia funduntur, turba obstrepit inscia rerum
Bellua barbarico quòd tanta ueniret ab orbe
Hinc illinc Romana acies erepta nefando
Seruitio, lætumq; canens ex more triumphum
Concelebrat, nequeunt oculos satiare uidendo
Seruatore suo, prior it Terentius horum
Culeo, uir clarus latia tunc urbe senator
Libertus uelut hic charum coluisse patronum
Scipiadam fertur, uitam obsequiosus in omnem
Vltimus it uictor Latijs exercitus armis
Atq; equitum peditumq; acies, uelut obuius esset
Hannibal in primo uenturus limite contra
Tumq; tubæ horrisonis uictricia classica late
Perstrepuere modis, tremuerunt q; Tybridis undæ
Ac circum pauet omne nemus, fragor horridus albam
Argolicumq;, quatit Tibur gelidumq; Soracte
Et Prænestinis rigidas in collibus arces,
Sic tandem insueto capitolia celsa triumpho
Ingrediur, gratesq; Deis persoluit amicis
Immensumq; auri montem ingentesq; recondit
Thesauros in templa Iouis, tempusq; per omne
Ditauit patriam, sibi sed cognomine solo
Contentus, nihil hic proprias inuexit in ædes
Nec dubium quin ad reliquos per bella triumphos
Strauerit ense uiam, atq; orbis patefecerit urbi
Imperium, puduit neminem Carthagine uicta
Subdere colla iugo, dominosq; agnoscere mundi
Romanos, bello indomitos populumq; Quirini
Ipse coronatus lauro frondente per urbem
Lætus ijt totam, Tarpeia rupe reuersus
Emmus ad dextram uia foris, tempora frondè
Substringens parili studiorum almaq; poësis
Egit honoratum sub tanto autore triumphum.
Post alij atq; alij, studio certante secuti
Ipse ego trecentum labentibus ordine lustris
Dumosam tentare uiam & uestigia rara
Viribus imparibus fidens utrunq; peregi.
Frondibus atq; loco, simul & cognomine claro
Heroum ueterum tantos imitatus honores
Irrita ne Crai fierent præsagia uatis.
Nunc ego non ausim uos hinc ad tristia diuæ
Materiamq; trucem, post tot modò læta uocare,
Quin potius longè fugite, atq; auertite uultus
Certè ego uobiscum fugiam, tristesq; querelas
Inuidiæ, procerum crimen, culpamq; senatus
Non referam populiq; nefas, ac sponte receptum
Exilium, mortemq; Ducis, titulumq; dolentis.
Aspera marmoreo subscriptaq; iurgia busto,
Hæc memorent, alij, mihi nam certissima mens est
Hæc metam posuisse operi, patiarq; nec unquam
Carmine tam mœsto sacras maculare sorores
O mea non paruo mihi consummata labore
Africa dum crescis, dum te relegens q;, comenq;
Mulceo, magnanimum mors importuna Robertum,
Intempestiuo mundo subtraxit egenti:
Et mihi prærepta penitus dulcedine uitæ,
Speratum tibi clausit iter, quo tramite perges
Infelix? monstrabo uiam, non atria luctu
Turbida funereo, non dulcia limina quondam
Parthenopæa petes, tepidi noua saxa sepulchri
Tristis adi, lachrymisq; riga cum uideris illic
Ingentem exigua Regem tellure iacentem
Te sibi uiuenti promissam redde sepulto
Ac cineri persoluæ sacro, nam spiritus astra
Iam repetens, recensq; retro despectat inertes,
Sceptra caduca fugit, mortales negligit actus
Ille tamen quanquam regni diadema relicti
Rideat, & curas ueteres, nimiosq; labores
Errores q; hominum, solio miseratus ab altò.
Nos nisi fallor amat, nostri mitissimus olim
Arbiter ingenij, quo terris sydere rapto
Heu heu quam uereor ne quid tibi durior ætas
Obstrepat, & titulis insultet cœca decoris
Hospes Pyeridum nostro iam solus in æuo
Redde promeritum studijs qui nosset honorem
Interijt, secumq; simul spes nostra recessit.
Fœlices quos illa prius meliora tulerunt
Tempora, nosq; utinam ne quicquam uana precamur
Non licet ire retro, nos cuncta nouissima feros
Et ferus aduerso prospexit Iuppiter axe
Vtendum forte est, & sydera nostra sequenda
Quà ducunt, ne forte trahant, mihi degere uitam
Impositam, uaria rerum turbante procella.

At tibi fortaſsis, ſiquid mens ſperat & optat
Et poſt me uictura diu, meliora ſuperſunt
Secula, non omnes ueniet lethæus in annos
Iſte ſopor, poterunt diſcuſsis fortè tenebris
Ad purum priſcuḿq́ iubar remeare nepotes.
Tunc Helicona noua reuirentem ſtirpe uidebis
Tunc Lauros frondere ſacras, tunc alta reſurgent
Ingenia atq́ animi dociles, quibus ardor honeſti
Pieridum ſtudiȳ, ueterem geminabat amorem
Tum nomen renouare meum ſtudioſa memento
Qua potes, hac redeat. ſaltem ſua fama ſepulchro
Et cineri reddatur honos, mihi dulcior illo
Vita erit in populo, & contemptrix gloria buſti
Interea tamen hoc iubeo, per inertia tranſi
Agmina ſollicito populorum incognita paſſu
Vix procul extremo conſpecta in limine linquent
Heu paucas habitura domos & rara per orbem
Hoſpitia, at ſi quem uera uirtutis amicum
Auguſtuḿq́ precare locum ſub paupere tecto
Atq́ ibi ſola quidem potius peregrinaq́ ſemper
Quam comitata malis, annoſa fronte ſenesces
Donec ad alterius primordia ueneris æui
Tunc iuuenesce precor, cum iam lux alma Poëtis
Commodioŕq́ bonis cum primum affluxerit ætas.

FRANCISCI PETRARCHAE V. C. EPISTOLARVM LIBER I.

BARBATO SVLMONENSI.

I MIHI ſæua pium ſeruaſſent ſydera Regem
Pars animi Barbate mei, non littera cordis
Nuncia per uaſtos, tractus telluris & undæ
Ambiguum tentaret iter, tua lumina præſens
Aſpicerem, uox uiua tuas contingeret aures:
Mors uetat, heu uarij quos quondã largus honores
Contulit ille mihi uultus heu blanda ſereni
Maieſtas placidæq́ decus ponduſq́ ſenectæ
Heu præreptа mihi frons auguſtiſsima cœlo
Reddita iam patrio, uox heu doctiſsima melle
Dulcior Hiblæo, quæ prehenſa tenacibus hamis
Corda uirum rapiebat humo, quæ laudibus amplis
Ingenium celebrare meum, calamuḿq́ ſolebat
Calcar agens animo ualidum. Non omnia terræ
Obruta, uiuit amor, uiuit dolor, ore negatur
Regia conſpicere, at flere & meminiſſe relictum eſt
Hæc duo lethæis nunquam de pectore noſtro
Eripiet mors atra uadis, uerùm ordine uitæ
Propoſito ex utimur. Mundi pars una placebat
Spargimur hac illac, pelago obrumpimur alto
Alpibus ac mediis, quotienśq́ fauentibus aſtris
Reddimur Auſoniæ buſtum tibi ſorte Maronis
Obtigit in partem uaris, mihi ceſſit origo
Amnibus ac toto diſiungimur Apennino
Hinc mea uox mittenda tibi eſt, & credere curas
Cogimur arcanas clàm, nec pauca ſilenti
Cauſa labor, ſed plura metus ne noſtra prophanis
Abdita perſpiciant oculi, uulgata uideri
Non metiunt. Memor ergo precum dilecte tuarum
Inſtitui exiguam ſparſim tibi mittere partem
Carminis exactæ percurrens ocia uitæ
Perlege, cognoſces animum ſine uiribus alas
Ingenȳ explicuiſſe leues, nam uera fatebor
Implumen tepido præceps me gloria nido
Expulit, & cœlo iuſſit uolitare remoto.
Pœnitet inceptі, curſum reuocare iuuentæ
Si liceat, manſiſſe domi cum tempore neruos
Conſolidaſſe uelim, laté tam noſcor & audax
Fama præit meritum, laxiśq́ effertur habenis
Affectus animi uarios belluḿq́ ſequacis
Perlegis inuidiæ curaśq́ reuoluis inanes
Quas humilis tenero ſtylus olim effudit in æuo.
Perlegis & lachrymas, & quod pharetratus acutа
Ille puer puero fecit mihi cuſpide uulnus
Omnia paulatim conſumit longior ætas,
Viuendóq́ ſimul morimur, rapimuŕq́ manendo.
Ipſe mihi collatus enim non ille uidebor
Frons alia eſt, moreśq́ aliȳ noua, mentis imago
Vox́q́ aliud mutat ſonat, nec peſtibus iiſdem
Vrgeo, erubuit liuor ceſsit́q́ labori
Ceſſit an incaluit longiśq́ recruduit annis
Laude tumens aucta, & mecũ cum tempore creuit
In dubio eſt, certè hunc didici contemnere ab alto
Dat calamo, atq́ animo. Iaḿq́ obſeruatio uitæ
Multa dedit lugere nihil, ferre omnia: Iaḿq́
Paulatim lachrymas rerum experientia terſit.
Iam quod non potuit ratio, natura dieśq́
Longa poteſt, uicere duæ cui ceſſerat una
Tempus edax, minuit quem mors extinxit amorem
Flamma furens animis tumulo ceſſere fauillæ
Nunc breue marmor habet longum quibus arſimus ignes
Pectore nunc gelido calidos miſeramur amantes
Iaḿq́ arſiſſe pudet. Veteres tranquilla tumultus
Mens horret, relegenśq́ alium putat iſta locutum
Sed iam ne quicquam latebras circũſpicit ardens
Turba premit comitum, quos par inſania iactat
Dulce quibus conferre ſuis aliena nec illos
Submouiſſe ſat eſt, acies nam maior apertam
Protrahit in lucem, durum, ſed & ipſe per urbes
Iam populo plaudente legor nec Muſa regreſſum
Secreti iam callis habet, uetituḿq́ latere eſt
Prodeat impexis ad te feſtina capillis
Ac fluxo diſcincta ſinu, ueniam precetur
Non laudem, ueniet tempus dum fortè ſuperbis
Paſſibus atq́ alio redeat ſpectanda paratu
Nunc tibi qualis erat ſub prima ætate priuſquam
Figeret in thalamo ſpeculum, uultuḿq́ comaiq́
Inciperet cohibere uagas, occurrit amicè
Cui ſemper, Rex quantus amor, non ſeria tantum
Sed nugæ placuere meæ, tu conſule quæſo
Parua licet magni: nam dum maiora parantur
Hunc tibi denouo ſtudiȳ iuuenilis honorem.

FR AN.

Benedicto XII. Pont. Rom. S.

TE cui telluris pariter pelagiq́ ſupremum
Contulit imperium uirtus, merituḿq́ pudoŕq́,
Et Deus omnipotens & ineuitabile fati
Arbitrium, mundiq́ dedit quas uoluis habenas.
En ego te ſupplex paſsis miſeranda capillis
Et ſacros complexa pedes, & dulcia figens
Oſcula, ſic dominum & ſponſum confeſſa Duceḿq́
Alloquor, alme parens ſolus qui cuncta gubernas,
Quem ſtupet, & flexis genubus gens omnis adorat
Si mihi quæ uiguit iuuenili in corpore quondam
Forma foret, roſeuśq́ color, ſi pectore ſanguis
Feruidus, aut ſponſi rem comitata duobus:
Ipſe habitus notam faceret ſummuśq́ uerendam
Principibus, nomeńq́ meum taciturа fuiſſem
Squalida, ſed quoniam facies neglectáq́ cultu
Cæſaries, multiśq́ malis laſſata ſenectus
Eripuit ſolitam effigiem, uetus accipe nomen
Quo nullum toto memoratur notius orbe
Roma uocor, uultum ne pater cognoſcis anilem
Gutturis ac tremuli ſonitum, & deformia ſegni
Membra mora inualidis uix conſiſtentia plantis?
Sic anni nocuêre mihi qui fortia uincunt
Et ſenium clara decuſsit fronte decorem.
Quid quæro? ô nimiũ ſimplex licet irrita tempus
Cuncta ferat, cœliq́ labor requieśq́ negata
Syderibus, fortі nondum ſuperantur ab æuo
Multa tamen longè, quibus altior extat origo
Vrbibus Argolicis Latiiśq́ ingentia perſtant
Mœnia, & indomito cernuntur uertice turres
Quas decuit rapido primum ſuccumbere ſeclo
Si ſeries ſeruata foret longinqua dierum.
Nam prius inſane quam lamberet ubera matris
Egregius fama uenturus ad aſtra Quirinus,
Mantua iam ſteterat uarijs habitata colonis:
Iam Parauĩ Antenor flammas emenſus & undas
Aediderat Piſana procul ſubmota Sicano.
Vrbs erat Alpheo, Tibur, Præneſte, Latinis
Flos erat in populis. quid ſingula perſequor? ergo
Non uenit è cuiis uitio quod ruga ſemilis
Canitieśq́ premat, ſed enim te nulla remoto
Illuxit mihi pulchra dies nulláq́ rebelles
Deuinxit fraternus amor dulcedine natos
Haud ſatis annoſam ueritos contemnere matrem
Decolor hinc facies hinc præcipitata ſenectus
Hinc mihi continuuśq́ dolor lachrymǽq́ recẽtes
Semper & ad ſuperos nequicquam mixta querelis
Murmura cum precibus, uel inania uota feruntur.
Poſtquam à complexu ſum chari abiecta mariti
Et patris & domini, ſolus naḿq́ & omnia nobis
Solus eras per quem poteram formoſa manere.
Heu terrenorum decus & ſpes falſa bonorum,
Illa ego ſum infœlix totiq́ cognita mundo
Nuper honorato pulſabam uertice cœlum
Cætera ſcandebam currentia flumina fontes
Et mare littoribus flexum terraśq́ patentes:
Arma, urbes, armenta, uiros, quæcunq́ ſub uſus
Humanos natura dedit Romana fuere.
Me dominam latè regnantem uidit Eoi
Conſurgens aurora procul de gurgite ponti.
Me quoq́ uictricem Zephyri ſenſere tepentes,
Flatus, & algentes Boreæ pluuialis, & Auſtri,
Et quæcunq́ uago tellus obſeſſa profundo
Deſpicit aut fluctus, nitidas aut ſuſpicit auras.
Me Dacus immitis timuit, me durus in armis
Germanus, grauiśq́ loquax, atq́ aſper Hiberus
Non fuga præripuit Parthum mihi fulta ſagittis,
Nec labor ipſe uiæ ſubduxit cladibus Indum
Aethiopeḿq́ iugo non torridus abſtulit æther
Frigora nec Taneym, nec ſenior unda Britannum
Me mala Carthago tribus eſt experta ruinis
Bellaq́ ſunt Macedũ totidem, totideḿq́ labores.
Prælia quis neſcit multos agitata per annos,
Et Regem Ponti dominum in præcordia tandem
Vix uetitas reſerare uias per membra ueneno
Anthiochum, Pyrrhuḿq́ grauem, uariuḿq́ Iugurtham
Prætereo, Regeśq́ alios, nec cognita pridem
Ac uulgata ſatis tumido ſermone reuoluam
Sed poſtquam fortuna ferox quæ uertere ad imum
Summa ſolet gaudens ualidiſsima frangere regna
Inſtabiles turbata pedes à flumine Thuſco
Auertit, feroq́ domum reditura receſsit.
Exemplo uarijs hinc illinc acta procellis
Per ſcopulos & ſaxa feror, namq́ omnis auitæ
Maieſtatis honos uiduatam coniuge ſancto
Deſerit, ac tantum inuidiæ mea gloria uiuit
Et meminiſſe premit, & deſperatio torquet
Vnde etenim aut quo nam miſeræ ſpectare relictum
Te precor ut qui cuncta potes præſtante ſalutem
Ciuili hinc ſemper ſcelus ô lachrymabile dextra
Dilamor cupidas illinc ſum præda Tyrannis
Infames uenere proci, qui noſtra petentes
Coniugia, inuitam uiolarunt corpus inerme
Nempe erat indignum auditu, nec corpore robur
Fœmineo, aut uſquam pauidæ fuga tuta patebat
His fiſus, quanquam pudeat pigeat́q́ capiſtro
Succinctus rigido tenuiq́ inductus amictu
Cornarie obſcœnus quid non eſt auſus alumnus
O furor & rationis inops, ac cæca libido
Quo pergis? quæ mõſtra paras? ieiunus ab ungue
Nudus aduſq́ genu, ſolitus ſylueſtribus herbis
Longæuam recreare famem, & radicis amaræ
Cortice non timuit ſenior, iam turpis adulter
Luce, nec erubuit ſacrum inceſtare cubile
Circumfuſa equidem ſtetit impia turba prophanis
Vocibus exclamans, nimios iam deſpicit annos
Vir tuus, & fugiens alias ſibi iungit amicas.
At neq́ blanditijs, nec me terrore minisq́
Flectere cum poſſet, rapidam compulſus in iram
Vi rapuit, tenuiq́ diu, dum forte eruento
Theutonicum lateri ſibi cingere contigit enſem
Si potes iſta pati, poterunt ſimul ignis & unda
Inſolitis hærere modis, poteritue ferocem
Agna fugare lupum, fuluumq́ capella leonem
An ne ſenem refugis meliori tempore amatam?
An ceſſas præbere manum lapſamq́ iuuando
Erigere, & fidus fragili comes eſſe ſenectæ?
Te ſine nulla manent dulcis ſolatia uitæ.
Nam qualis matrona uiri ſpoliata fauore

Quem triſte exilium longinquas traxit in oras,
Mœſta domi feſtiſq; ſedens lachrymoſa diebus
Expectat, cupidoſq; oculos trans æquora iactat:
Talis ego, & noſtris thalamis te erumpere cernens
Indolui, uates uiuam non certa futuri
Poſt autem aſſiduè te præclariſſime coniunx
Nocte die q; uocans rauci uix feſſa precando
Faucibus iſta loquor, uix uerba nouiſſima formo.
Sedibus auulſos poſſem ſi oſtendere colles
Et pectus nudare meum, per mille uidendo
Vulnera me laceram fleres niſi ſaxeus eſſes.
Nunc tamen ut licitum eſt abſentia mente tueri
Aſpice templa Dei multo fundata labore,
Vt ruituræ tremunt, nulliſq; altaria gazis
Accumulata ſilent modico fumantia thure.
Aſpice quàm rarus ſubeat penetralibus hoſpes
Quamq; inopi ſub ueſte petat delubra ſacerdos
Et miſerere pater, meritam nec fortè negabis:
Nam mihi ſi fandi ueniam das, abſit ut iſta
Improperare uelim, ſed priſca recurrere dulce eſt
Quum ſummo fortuna loco ne læta locaſſet
Regnaq; ſub pedibus noſtris proſtrata iacerent
Nullum paſſa parem, dominum te ſponte petiui
Si dubitas non paruus adeſt mons ille Soractis
Teſtis & unanimi proclamant murmure ſyluæ
Si dices non ſolus ego, fuit alter in aree
Regnator ſponſuſq; tuus, ſtat uera fateri
Mens mihi, nam foribus figmentum hæc ſubmouet ætas
Ille uagus profugusq; ſinu diſcedere noſtro
Suſtinuit, noſtriq; illum Germania ſecum
Abſtulit immemorem, uulnus iam longa cicatrix
Aſſimxit, lachrymasq; ualens ſiccare uetuſtas
Intulit antiqui paulatim obliuia damni.
Tu uitæ ſpes una mihi, baculusq; cadenti
Quo ſteteram ſubnixa diu, tu grata laborum
Et tranquilla quies, clypeus tu ſæua tonantis
Flumina fortunæ excutiens, portusq; ſaluis,
Quæ quaſſam & tanto iactatã aduertere proram
Naufragio contenta fui, ſolabar ut uno
Lumine dum poteram, ſic nunc orbata duobus
Non poſſum tacitas ultra perferre tenebras
Verbaq; ſi libeat curarum audire mearum
Spero animum moturæ tuum. nam fama locuta eſt
Neſcio quid gratum miſeræ te ſemper in ore
Nomen habere meum, nec non de coniuge triſti
Multa ſolere loqui, uiduam quoq; ſæpe uocare:
Hæc eadem nunc fama meas perduxit ad aures
Pellere te, ut proprias ſedes ac tecta reuiſant
Prælatos ex urbe tua, nec uelle putandum eſt
Externis præbere tuis, ſua iura negare.
Quidſ quòd egeſtatem noſtram miſeratus opemq;
Non expectatam iam nunc dilecte dediſti
Qua tegerem latus ipſa meum, ne ſcilicet eſſem
Nuda reuerenti ſic occurſura marito.
Adde quòd et fletum renouans interuenit omnem
Eſt breue tempus adhuc quum te duriſſima morbi
Vis tenuit, timuiq; putans te uita carere
Terribilem ſi uera ferunt in limine mortem
Vidiſti intrepidus, nobis tunc oſſa referri
Iuſſiſſe, ac patrio pallentia membra ſepulchro
Diceris, & clauſtro Vaticani corpus humandum
Si moriens uenturus eras, præcordia quando
Vita regit calidoq; agitantur ſanguine fibræ.
Cur dubitem ſecura diem promittere fauſtum
Gentibus Auſonijs? rutilos iam cernere currus
Iam niuei candoris equos phaleriſq; ſuperbos,
Iam ſtrepitum uideor comtum ſentire tuorum.
Auribus arrectis ſtans ſemper, & an quis è Thuſca
Parte ſonans, tuus ille redit mihi nuncius, adſit.
Ergo rubere genas, fluxos & in ordine crines
Colligere incipio, mœſto manantia planctu
Vda ſupercilia abſtergens, nec ſola placere.
Artibus his ſtudeo, ſed & ipſa ſororibus orno
Permulcens ſtudioſa comas, ac talibus hortor
Accipite ô mundi dominum, qui longa reuertens
Certa ſalus patriæ Latio ſuſpiria pellet
Ille autem herboſos collet, & littora paſſim
Complêrunt uallesq; cauas, pars rupibus altis
Prominet ac uultus auide ſpectare ſerenos
Obſedere uias, mentaq; lumina ſeruant
Quum primum ducente Deo tranſcenderit alpes
Italiæq; tuæ pulcherrima, culta tenebris
Occurent miranda animis, ſpeciesq; locorum
Effigies hominum, tepidi clementia ueris
Blandaq; temperies, ne frigore pulſa nec æſtu
Teq; nouum æſpiciens intraſſe fatebere mundum
Vrbibus exhauſtis omnes diffuſa per agros
Agmina deuotas tollent, & ſydera uoces
Certatim nomenq; ſacrum celebrare iuuabit
Tunc uerè benedictus eris benedictaq; talem
Quæ peperit genitrix tantum ut uideare profecto
Lætior & tantum tete fœlicior ipſo:
Quantum pura oculis orienſ poſt nubila lux eſt.
Sed quia perpetuas mentem timor angit amantis
Admoneo metuensq; precor ne noſtra per urbes
Gaudia diſſuleris rebus diſtractus amœnis
Ianua nam quamuis primus in finibus aſtans
Limine te excipiat placeatq; Placentia forſan,
Alliciatq; bonis redimita Bononia tantis,
Filia uel quamuis moueat mea pulchrior illis
Floribus & uario renitens florentia cultu
Innumeraq; aliæ nulla hinc obliuia ſurgant
Coniugis antiquæ, qua non formoſior ulla
Aut erit, aut uiſa eſt modò ſinu te læta recepto
Iamq; age pelle moras, tibi ſumma cacumina mœſtæ
Inclinant, nulluſq; uiæ labor obſtat eunti
Ac bene pacatas ſubſternat claſſibus undas
Aequor & impellant placidi tua carbaſa uenti

Aeneæ Senenſi S.

PEr iuga Parnaſii ſcandentem ſumma uidebis
Aeneam, miſſamq; feres ſibi iuſſa ſalutem
Poſt grauidum gemitu narrabis epiſtola carmen
Nam dabit is facilem noſtris ſermonibus aurem
Heu mihi quo feſſæ traxerunt ſtamina uitæ
Inſignes ueritate Deæ, quod flebile ſydus
Vt mala conſpiceret uiuacem protulit annos,
Quo lachrymas de fonte trahamc ſuſpiria dignis
Nectere quis ualeat numeris, patriæq; ruentis

Infandum

Infandum excidium meritis æquaſſe querelis
O utinam mihi cuncta forent reſonantia membra
Vocibus humanis, aut ferrea lingua, dolores
Vt mundus ſentire meos, ac triſtia poſſet
Murmura, uerũ animam uox deſerit ipſa, nec unde
Incipiam noui fateor: pròh fata pudendis,
Angimur imperijs patimurq; in uiſcera paſſim
Noſtra triumphatos fractoſq; accingier enſes
Ah pudeat mundi dominam fortuna maligni
Seruitij damnare iugo, mambusq; reuinctas
Quas tollens poſt terga dedit, tentare potentem
Auſoniam Ducibus Pœnis fiendamq; ſeuero
Hannibali, ſiccisq; oculis quam nulla uideret
Barbaries Gallis ſubiectum ferre tributum
Quorum ſi qua fides tumuerunt ſæpe cruore
Flumina, ceruleæ rubuerunt ſæpe puellæ
Peruidus infeſtam dum frangit Iulius iram,
Effera dum ualidis rabies contunditur armis
Nec ſatis eſt Nymphas Faunoſq; agreſtia priſcis
Numina quin ipſum facimus quoq; Nerea teſtem
Nanq; per erratæ ut uentum eſt ad limina terræ
Ingredimur pelagus patriæq; in gurgite magnus
Horruit Oceanus Romani uerbera remi
Atq; ſepulchra dedit ſuluis miſeranda Britannis
Quid referam hoſtili poſitas in littore terras
Oppidaq; & uictis mimitantes ciuibus urbes
Italiæ uirtutis opus, monimentaq; noſtri
Cæſaris æternum imperij teſtantia nomen
Torquatum tranſire libet ne ſanguinis iſta
Sit laus & patrem, cedat victoria famæ
Maiorum ueneri, iuuat hinc tacuiſſe Camillum,
Et quem nigra uirum uolucris contexerat, & te
Tertia qui reuehis ſpoliato ex hoſte trophæa
Suffigens ad templa Iouis Marcelle ſilebo
Ruſticus Arpini Marius qui uomere collem
Scindere, & inculto tellurem uertere raſtro
Doctus erat, ſæuũ ut tetigit manus aſpera ferrum,
Quas ſtrages, notum ut faceret nempe Itala bello
Ruſticitas, quantum extrema præſtantior omni
Nobilitate foret, ſed nunc heu cuncta retrorſum
Ire parant pulchrum ueluti ſurgentibus aſtris
Eripiet nox cæca diem, nec cognita nautis
Viſa nec aſtrigeri ſplendeſcant lumina cœli.
O pudor ô plus quàm pudor, en hoc tẽpore ſurgit
In dominum ſeruus, patroni in colla cruentus
Libertus, uulgare odium poſt uerbera ſemper
Acrior ardeſcit famulus, quis carcere lapſum
Cuſtodem rectis cernentem uidit ocellis.
Taurus ab inuiſo furtim diſtractus aratro
Optat aratorem toruus dum cornibus ornos
Verberat, & magnis implet mugitibus auras.
Ante petet Lybicas ſyrtes denſiſſimus Atlas
Caucaſeumq; caput fluctus perfundat Hiberus
Ante aquilam blandæ uincent feritate columbæ
Et cornix pluma niueos tranſcendet olores
Quàm dum ſeruiles meditatur ſæpe cathenas
Flagraq; dum ſubeunt mentem, uirgasq; tremiſcit
Furcifer, in frontem metuat. niſi triſtis herilem
Liuentesq; humeros laxataq; brachia uinclis
Non moueat, ſeu iuſta trucem reuerentia tangat
Et nocet interdum fœlicia tempora poſtquam
Ceſſerunt rebus nimium affluxiſſe ſecundis
Nanq; abeat fortuna licet, menſura ſuperbis
Inuidia exercet lapſos fragmentaq; fati
Atterit exhauſti repetens tormenta fauoris.
Nos quoq; ſentimus ueteris diſpendia palmæ
Vndiq; conſurgunt populi pœnamq; repoſcunt
Et niſi ſors obſtet ceiſoq; ſerenus olympo
Iuppiter aſpiciat peragens cur gentibus eſſe
Ludibrium domitis miſeri properamus & orbis
Fabula fœlicem populum quem libera dudum
Et uictrix condebat humus, nos uilia buſta
Barbaricis pedibus iamiam calcanda ſuperbas
Expectant, olim regnorum iniuſta cupido
Vrbibus Heſperiæ, ciuilia bella nefasq;
Quorſum abijt quæ nam quaſiis cõcordia rebus
Omnia diſparibus rumpuntur fœdera uotis
Et uitæ turbatæ quies ueſana magiſtros
Sic quondam inuadit rabies, quum feſſa procellis
Voluitur infœlix abies, dumq; alter in Eurum
Nititur, in Zephyros alter, neglecta tremendos
Incidit in ſcopulos, nobis nunc iſta Charybdis
Immineț, hos ſcopulos metuo diſcordia noſtra,
Hoſtibus hoc animi tribuit, tutela periclis
Linquitur, in mediis rimisq; admittimus undam
Aduerſis ferimur uentis, iam naufraga puppis
Huc illuc præceps agitur, nec dextera tantum
Læuaq; concutitur penetrat, ſed prorſus in aluum
Iam nimium uicina lues, mediumq; moleſta
Corripuit corpus Latij fibrasq; per omnes
Ibit peſtifero mox infectura ueneno
Terrenum ſuperumq; fretum ſolemq; ſerenum
Mox tenebris clauſura nouis, ſublimis ab alpe
Ille minax animo iam præmetitur auaro
Ditia rura procul, qua ſe pulcherrima rerum
Prorigit Heſperia armipotens, circũſpicit urbes
Inſtar regnorum, quarum uix nomina quiſquam
Scire queat caſtella manu tot ſtructa magiſtra
Sydera quot cælo, pelagoq; feruntur harenæ.
Marmoris hunc uarij congeſta palatia tangunt
Mœniaq; in nubes ſolidis ſubuecta columnis
Obſtupet omnigenum uenis fulgere metallum
Aſpiciens portusq; maris per utrunq; cauatos
Anfractum, Cererem campis, & rupe Lyæum
Pendentem aërea, grauidis ſub uitibus ulmos
Inflexa ceruice premi, uidet ille boumq;
Cornipedumq; greges pratis errare uolantum
Aetheris & placidi ſpacium, montanaq; Tempe
Atq; lacus ſtagnantis aquæ, fonteſq; ſalubres
Inualidis nitidos & opacis uallibus amnes
Dulcia poma legens diuinæ frondis odorem
Omnibus in locis miratur neſcius. Alma
Sed nihil in patria magis admirabile cernit
Quam ſtudiũ mores hominum ue, habitataq; multo
Corda Deo. ignauos ægre paſſura Tyrannos.
Hæc facies rerumq; decor, dulcedine captum
Impellunt, glomerantq; auido ſub pectore flamma
Incenduntq; ſitim, nihil illum ſacra uidendi
Corpora, nil patrum tumulos nil ſanguine tincta
Innocuo loca mouit amor: terrena ſupernis

Sceptra etenim pötiora putans extendere fines
Tegmine sub pacis rapidus lupus inchoat: altè
Crescere ab exiguis radicibus orta cupressus
Perniciesq; solet, non hic mihi crede quiescet
Longius aspirat funesta iniuria quæ nunc
Inuasit uerè deserta mœnia luce
Quid loquor ah demens, forsan patet una salutis
Hæc uia, quæ mores referat iam sera uetustas.
Certè animo spes una sedet, sors impia, bella
Cessabunt, subitum pigeat dum cernere Regem
Nam gladios ac pila tenet quis terruit orbem
Itala posteritas exemplis diues auorum.
Non tulit in bellis numerosum Græcia Xerxem,
Aut Darium Thamaris Persarum colle secare
Imperiosa Ducis nati non funere fracta
Subsistit, aut sexu facimus pergressa uirile.
Nos ubi? quo uirtus: seu quo Mauortius ardor?
Quis uetat aut armare manus? aut uoluere cãpis
Quadrupedes? cœlo quis telas? quis æquore classes?
Qui uelut oblitus generis solumq; beatum
Et Regem Dominum toto se iactat in orbe.
Mille illinc Reges, uirtus diadema perenne
Fert equidem, inueniet discetq; haud falsa locutum
Cyneam, forti quamuis male credita Pyrrho
Cautius ut fuerat syluis captare fugaces
More patrum ceruos, belloq; lacessere damas:
Quam pede uulnificos excire ac dente leones.
Nam si longæuo disponit retia somno,
Sopitosq; parat circundare, fallitur, & nos
Peruigiles fecit solitam'ue aliquando remouit
Segnitiem, uulnusq; recens, sensusq; doloris.
Erratum satis est, ueniet modò lætius æuum
Vt cogar lentis dum demum ignoscere Parcis
Visuruq; iterum Romanos ire triumphos
Trans Rhenum, & Latio possessas milite ripas
Secana quas stringit, quas abluit unda Garumnæ
Exposcam tremulæ longissima fila senectæ
Sed metus in terra stimulat, qui semper amori
Est comes, atq; procul Rhodani semotus ad arua
Pelago longinquo prospectans fata parentis.
Haud aliter quã si charam stans littore matrem
Aspiciam medijs iactatam mœstus in undis
Spes igitur mixtusq; pudor: quia tristia lætis
Alternant, mixtis claudatur litera uerbis
Incertum est lætar, doleam, speram, metuamne
Tam uaria excruciant trepidum præsagia pectus
Iamq; uale, & si quid monstrant tibi fata, resolue
Solamen dubio gratum laturus amico.

Dionysio de Burgo sepulchro S.

Si nihil aut gelidi facies nitidissima fontis
Aut nemorum conuexa cauis arcana latebris
Ac placidis bene nota feris, Dryadumq; cateruis
Et Faunis accepta domus, nihil ista Poëtis
Opportuna sacris sub apricis rupibus antra
Permulcent animum, nec clementissimus aër
Allicit, ac montis præruptus in æthera uertex
Liberiore situ liquidas extentus ad aures
Collibus aut Bromius frondens, aut sylua Minervæ
Gratior aut Veneri, nec utramq; tegentia ripam
Herculeis umbrosa comis, distinctaq; subter
Floribus innumeris & dulce uirentibus herbis
Prata trahunt oculos, aut hic qui separat arua
Atq; soporifero clausam qui murmure uallem
Implet in exhausto descendens alueus amne
Et uidet hinc illinc Nympharum mille choreas
Musarumq; audit totidem per littora cantus.
Nil mouet aut turtur metientem raucus amicam
Dum gemit, has chara inferias, quasi mittat ad umbram
Aut fatum philomena ferum, linguamq; reuulsam
Ereptamq; pudicitiam, Thereumq; superbum
Dum canit, atq; altè frondosa pendet ab ulmo
Ingeminans lachrymosa piam dulcemue querelam
Et noctes agit insomnes, refugitq; quietem
Aut quæ sub lucem uolitans rabiemq; mariti
Et facinus miseranda suum, casumq; sororis,
Funus & immeritum nati, simul omnia plangit.
Maternum memori pectus maculata cruore
Et medias operosa domos, atq; atria semper
Circuit accelerans uelut hostem cernat hirundo
Si nihil ista mouent, nec te Narcissus hianti
Plurimus ore puer, faciem qui fonte decorem
Miratur, speculoq; amens incumbit aquoso,
Nec iuuat Actæon per deuia confraga syluæ
Cornibus arrectis fugiens socios canesq.
Nec quæ purpureum patris secuisse capillum
Dicitur assurgens tremulo sub nebula cantu
Vt procul ultorem speculetur ab æthere Nisum.
Nec raptã Hesperiã memorans qui littore ab alto
Mergitur assiduè, mortemq; optare uidetur:
Nec Iouis æthereus scopulis stans armiger istis
Annua uenturis reparasq; cubilia natis.
Præterea si noster amor, pietasq; rogando
Non potuere patris rigidum flexisse parumper
Propositum, fixamq; adeo conuellere mentem,
Ocia Romanis opibus quòd nostra relictis
Aspiceres, paucis quòd limina fida diebus
Ingressu dignata boni pedibusq; magistri
Cernere foliuagum uelles miseratus amicum.
Tot nostri periere preces, en ultima tandem
Iniectura manus, hæc duro uincula cordi
Afferet, ac ualido cunctantẽ huc pertrahet unco.
Populus est ingens niueo conterminus fonti,
Quæ simul & fluuiũ, & ripas, & proxima campi
Iugera ramorum densa testudine opacat.
Hic olim multaq; loci dulcedine captum
Et rerum nouitate oculos animumq; monente
Aggere florigero magnum posuisse Robertum
Membra diu lassata ferunt, curisq; grauatum
Pectus & exiguã laudasse silentia ruris.
Tum consors Regina thori cui nulla Dearum
Seu formæ certamen erit, seu sanguinis almi
Auferet emeritum iusto sub iudice palmam.
Coniuge quinetiam spoliata clementia magno
Tunc aderat, procerũq; chorus, magnũq; uirorum
Agmen, & egregijs acies conferta puellis.
Dumq; alij per prata uagis leuibusq; recusant
Passibus, & ludos ineunt manibus'ue recentes
Contrectare iuuat latices, comitumq; per ora

Spargere.

Spargere. pars properat densos inuisere saltus,
Et canibus turbare feras, pars piscibus hamos
Implicat, aut longo distendit retia iactu.
Pars bibit & læto propellit tædia Baccho:
Ast alijs placidum nunc sternere fessa per herbam
Corpora, nunc oculos tenui componere somno.
Solus agens curas alias sub mente profunda
Rex erat, & frontem defixaq; lumina terræ
Seruabat, siue ille rei iam uoluere causas
Cœperat, & secum tacitus quo sydere tantus
Surgere, unde iterum subsisteret impetus amnis
Vestigabat, & immensæ telluris in aluum
Ingenio monstrante aditum penetrabat anhelus:
Noscendiq; auidus, seu tunc altissima uerba
Fortunæ dabat ille suæ. quid dulcia falso
Suggeris, & facili blandiris perfida uultu?
Mortalem memini fore me, licet omnis ad unum
Deferat unanimi mundus diadema fauore.
Et tibi rara fides maneat, quantumq; Metello
Sis nobis blandita diu, tamen omnia mors hæc
Auferet, atq; uno franget tua dona sub ictu.
Flumina nulla quidem cursu leuiore fluunt quam
Tempus abit uitæ, superant tamen illa per æuum
Defcatebris renouata suis: nos uita relinquens
Quo fugit unde unquam posthac reditura fuisset
Ni domitor mortis qui quondam tartara uicit
Ingressus redijt clauso sua membra sepulchro
Vi repetens, secumq; trahens fœlicia patrum
Agmina, & exhaustas longis cruciatibus umbras
Abstulit ad superos, meminisset corde pauorem
Spemq; resurgendi post funera nostra dedisset.
Hic sapiens Rex cuncta animo fortasse mouebat
Vel memor indignæ fraudis Scyllam atq; Charybdim
Littore quæ Calabro Siculas disterminat oras
Pontus & horrisona refluens intersecat unda
Magnanimus paruo pingebat flumine dignum
Supplicium Aeolio minitans, ac triste tyranno.
Deniq; quicquid erat, nihil id nisi grande putandum est
Et super humanum ingenium, quod tantus agit uir
Cuius adhuc memores uiridi uestigia ripa
Ruricolæ ostentant, & agrestum uulgus adorat
Si potes ergo mane, si non potes ô mihi luce
Charior, atq; ideo multum pater optima frustra
Exoptate ueni, non me sed amœna uerendi
Nondum fracta annis spectare sedilia Regis
Quæ digito monstrabat ouans gens illa nepotum
Et mundus mihi crede alio celebrabit honore
Postquam pulsa retro præsens hæc cesserit ætas.

Benedicto XII. Pont. Rom. S.

Fœmina summe patrũ tua sancta ad lumina supplex
Procubuit, tum forte aderam comes ulla uiarum
Nonerat, heu nihil ausa fides & tristis amicos
Abstulerat fortuna suos, iam iusta precari
Cœperat, & uacuam dederat iam quæstibus aurem
Admirans præsaga homini natura, uidebar
Matronam mihi nosse sacram: nam horrida primo
Congressu licet, & canos incompta uagantes,
Alma tamen facies multoq; uenerabilis æuo
Plurima seruabat fortis monimenta uetustæ.
Nil quoq; plebeium, nil uile, sonantia uerba
Argumentum animi, & generoso spiritus ore
Scrutillans, quæ summa uiæ, quæ causa gementi
Vnde ageret sese, nomen patriamq; genusq;
Quærere mens fuerat, quod quum sermone latino
Iunctus erat Latius semio iam tritus amictus
Ter fuit in foribus, sed ter reuerentia uocem
Continuit. mœsto interea sub murmure nomen
Roma erat insonuit, flupui quorsum'ue secundis
Fidendum exemplo didici, quo clarius usquam
Nulla dies habuit: nam quamuis cuncta rotare
Regna potens uario soleat fortuna fauore,
Et seruos ad sceptra leuet, solioq; Tyrannos
Præcipitet, mihil illa tamen manifestius unquam
Aedidit, ut rerum dominam cognoscere possis,
Quàm dum tot partas bellis, tantoq; labore
Romuleas euertit opes, caput absulit orbi
Græcia uerborum genitrix, laudumq; magistra
Attollat uentosa duces, uatumq; fatiget
Ingenia Aeacides præcone superbus Homero
Mæonio, ex calamo facilem sibi fecerit hastam
Amphitrioniadem sacris & thure salutent,
Ad cœlumq; ferant Thebæ: Lacedæmone fratres
Ledæos nitidis populi fauor ingerat astris.
Impia regna Iouem, pulsum fuga sola parentem
Nobilitat, sensu Nestor semioq; uerendus
Codrus amans patriæ fuerit, gnarusq; futuri
Tiresias, hausto famosus sanguine duæ
Titides, rapto sit uellere clarus Iason.
Tigribus inuectus rapidis, tirsumq; coruscans
Liber, ad extremos uictor peruenerit Indos
Atrides sua fama canat, notosq; furore
Aiaces, Ithacumq; dolis pelagiq; bilustri
Circumitu, nomenq; uagis erroribus addat.
Cinigerum morsu illustrem, clarumq; loquantur
Miltiadem, Marathone sua, natumq; cæteruis
Conspicuum, & tanto redimentem busta parenti
Sint quoq; magnanimi iuuenis laudata sub arctis
Prandia Termophilis, torrensq; Themistoclis aura
E Salaminiaco surgat sale blanda sub armis
Lingua Pisistratum commendet unda Pericleм
Tydea prompta manus, doctum experientia belli
Longa Philopemenem celebre, ducibusq; supremi
Misceat, Eliseos censores clara coronet
Iustitia, extincti serpentis fabula Cadmum,
Forma decens Alcibiadem, syluisq; deserte
Thesea tartareis reducem uenerentur Athenæ,
Adde duces Phrygios, accendant Dardanus & Tros
Et Priami cantata domus, placet addere Reges
Assyrios, Persasq; simul, Cyprumq; cruore
Vndantem, fluxamq; Pharon, placet addere siccam
Barbariem, terrasq; sequi qua pendet ad austrum
Orbis, & ignotas latebris conuellere gentes
Hannibalem malefida suum fratresq; patremq;
Insignem bello atq; alium cognomine Martem
Carthago ter uicta iterum transmittat in armas
Quid Lybiæ populosq; loquar turmasq; fugaces
Occiduumq; diem, calcem totamq; reuolue

Heſperiam,furtóq; diu,raptóq; probatus
Dux placeat bello: uix de tot millibus unus
Hinc feror Oceano,qua nobilis inſula uiuum
Prædicat Arcturũ,& quicquid ſibi fabula mẽdax
Perſuadet ſyluas,fontes,mirandáq; uulgo
Prælia,& inſanos equitum decantat amores
Gallia qua magnum Carolum, duodena uirorum
Præſidia,& regnum tot opimis dotibus auctum
Oſtentat,longáq; iacet iam feſſa quiete.
Hinc te Germanos populos omnemq́; ſub Arcto
Mortis amatorem liceat perquirere,quicquid
Inuenies ubicunq; iacet,Macedumq́; per ora
Pinibus,& iuuenem horrendum,patremq́; Philippum
Elice cunctorum poſt acta recollige:certè
Romanos citra laudes te iudice multum
Subſiſtent,niſi fallat amor. ſpectanda triumphis
Hæc olim innumeris mulier,nunc orba uerendis
Coniugibus geminæ exemplum memorabile mũdo
Fortunæ,portus miſeris,ſcopuluśq; ſuperbis.
Ludibriuḿq; eadem cunctis modò mœſta peregit
Ante pedes ſua uerba tuos memor omnia ſeruas
Te tamen illa grauis tum quæſtio forte tenebit
Carcere corporeo,& mortalibus eruta uinclis
Quid uideat bene nata cohors ceſſante ſerenum
Nube iubar faciemq́; Dei,ſeu cernere purè
Corpora dum fractis ſurgent rediuiua ſepulchris
Hæc prius incipient,ſed dum uigil omnia librans
Singula dum relegens per mille uolumina curris
Reſponſi dilata dies accendit amorem:
Suſpendit́q; hominum mentes,dubiaśq; reliquit.
En modò tempus adeſt,iam queſtio longa quieuit
Conſilio ſopita tuo, iam Roma futuri
Anxia te ſponſum repetit,te cuncta parentem
Italia expectat,ſuccurre precantibus ultrò
Si uideas totum Chriſtum celebrarier orbe
Te magnum paſcente gregem,ſic ſacra Deorum
Et ſimulachra ruant ſic te Duce victa fatiſcat
Falſa ſuperſtitio,& nullas caligine mentes
Occupet: alma fides & amor tranquilláq; terris
Pax uigeat,toto cedat piratica profundo:
Cedat peſtis aquis,cedant coniugia cœlo.
Sit fœlix ſucceſſus agris,ſint læta per urbes
Ocia,ſic uulgo uirtus formoſior auro.
Paupertate magis ſcelus omne & morte timendum
Videris iſta ſenex,poſtquam laudandáq; retro
Tempora reſpiciens,tunc ſit tibi lenis ad aſtra
Tranſitus,hic æternus honos,ibi uiſio ſummi
Plena boni,cui ſuſpirat plebs illa fidelis
Hieruſalem,peregrina exul noctéq; diéq;
Quæ requies laſſis,merceśq; erit ampla laborum.

Philippo Patho Cardinali, S.

EXul ab Italia furijs ciuilibus actus,
Hinc ſubij,partiḿq; uolens partiḿq; coactus.
Hic nemus,hic amnes,hic ocia ruris amœni,
Sed fidi comites abſunt,ulluśq; ſereni.
Hoc iuuat,hoc cruciat,nihil illis dulce remotis,
Gratulor at,licuiſſe locis inſiſtere notis.
Hic puer,hic iuuenis,hic ſit mea ſerior ætas,
Nam res,fama,nouas properat niſi pãdere lætas,
Rure tuo ſtatui,quæ reſtant tempora uitæ,
Degere:nec bellis,nec triſti turbida lite.
Hic patriæ tellus,præſul uenerande Philippe:
Hic mihi mons Helicon,hic ſit mihi fons Aganippe.
Hic profugas,feſſaśq; dedi requieſcere Muſas,
Et tibi nobiſcum locus eſt,niſi forte recuſas.
Sic tibi curarum ferias præſtare libelli,
Ac mihi peſtiferi poterunt obliuia belli,
Hic tibi Parthenope,dulcis mihi reddita Parme.
Quas non inſidiæ quatiant,nec clamor ad arma.
Diuitiæ placeant alijs,mihi uita quieta,
Huic rex,illi quies,mihi ſufficit eſſe Poëta:
Nec rarum nomen,ne ſit noua fama pudori:
Tu requiem laſſo,nunquam ne parabis honori?
Is,redis,attrita pelagis ſuleante carina
Nonne uides,mortis quam ſit metuenda ruinæ
Nonne uides aulæ,quæ ſint diſcrimina dure?
Quàm fauor ambiguus? quot circum limina curæ?
Conſulo fige pedem,miſeríq; pericula mundi,
Effuge,dum uenti tenent,tua uela ſecundi.
Hic mihi crede Pater,tranquilla in pace manebis,
Ad tua te reuoco,quod poſtulat uſus,habebis
Cura ſuperuacui,trepidis liquatur auaris,
Dulce nitens aurum,laqueis cor nectit amaris
Non muros aulæa tegent,ſed corpora ueſtis,
Et cibus altor erit ſtomachi,non fercula peſtis
Nõ thorus ordinibus ſurget,ſcandendus eburnis,
Membra ſed accipiet,rebus quaſſata diurnis.
Non tibi ſollicito,ſplendebit purpura lecto,
Nec nitens thalamus fulgebit,marmore ſecto.
Non gemmas,oſtruḿq; premes,ſed læta uirenti
Gramine,ſed fluuio circundata prata recenti.
Videris ipſe tamen de te,cui cœlitus almum
Contigit ingenium,fragilem ſubducere ſcalmum.
Nam mens certa mihi,monet hora nouiſſima mortis,
Ne nimis alta petam,modicis ditiſſimus ortis.
His tamen,ignaui ſuperant monimenta coloni,
Et ſenio conuulſa petunt,arbuſta reponi
Vt cum tempus mortis erit,ad iuuenilia læuum
Noſtra ſit hic requies. ſi tantum tenditur æuum.
Vmbra expomiferis ueniet gratiſſima ramis.
Dum curuos ſcopulos,meas ſeruabimur hamis.
Cætera Clauſa quidem Vallis præſtabit abundè
Perſica,mala,pyra,menſæ decus adde ſecundæ.
Tu precor iſta,tuos iubeas perquirere,nec te,
Arma parum ualidæ pigeat conferre ſenectæ.
Hæc tibi per ſyluas ſcripſit,digniſſime Præſul,
Ille tuus,Sorgæ dicam peregrinus an exul?

Iacobo de Columna Lomberiensi Epiſcopo, S.

QVid faciam? quæ uita mihi,reruḿq; mearum
Quis ſtatus eſt audire petis,nec uera ſilebo
Nec tibi ficta loquar,mihi nã loquor,abſit inanis
Gloria,nil cupio,contenta eſt uita paratis.
Hoc primum placitis mecum concordat egeſtas
Aurea fœderibus,non ſordida,nec grauis hoſpes
Si libet exigui fines mihi ſeruet agelli.
Auguſtaḿq; domum & dulces fortuna libellos.

Cætera

Cœtera ſecum habeat,uel ſi libet,omnia nullo
Auferat hinc ſtrepitu,ſua ſunt,non rura requiro,
Diuitiaśq; patris,pondus graue celſa petenti,
Vincláq; dura animi,et cunctorum alimenta malo
Ciræas nõ tangat opes,neu noſtra laceſſat (rum.
Ocia,ſollicito non ambitioſa paratu.
Nil uſquam inuideo,nullum feruentius odi
Nullum deſpicio niſi me,licet hactenus idem
Deſpicerem cunctos,& me ſuper aſtra leuarem.
Sic res humanæ uoluuntur,plurima quid ſim
Iam documenta habeo,niſi mea ſomnia fallunt?
Nam mihi quid confert Muſarum in fronte parumper
Leniuiſſe ſitim,ſi me ſitis altera maior
Vrit,& æternum ſubter precordia ſæuit
Quidúe Helicone iuuat recubantẽ ſæpe profundo
Eminus inſanos uulgi riſiſſe labores
Si labor alter habet? cui merces nulla,quieſcẽ?
Quid facies præclara iuuat,ſi turbida mens eſt?
Multa quidem meritaśq; ſibi pro munere laudes
Pendere,non noſtræ fateor fiducia linguæ eſt.
Sunt quæ felicem facerent,niſi forte maligna
Roderet infauſtum pectus ſua cura perennis
Iaḿq; genas ſpectare tuas pietate madentes
Hinc uideor longo benè ſi mihi cognitus uſu es
Sed quia more patris noſtra omne noſſe uolebas,
Vrget amor calamum,nec fas obſtare iubenti
Eloquar,& tu conſilio fortaſſe iuuabis.
Et mihi Duce graui mentem exonerare querela,
Eſt mihi poſt animi mulier chariſſima tergum
Et uirtute ſuis,& ſanguine nota uetuſto.
Carminibuśq; ornata meis auditáq; longè
Sed redit in frontem,& uarijs terroribus implet
Inſultans,nec adhuc ſolio ceſſura uidetur
Artibus hæc ullis,ſed ſimplicitate placendi
Cœperat olim animum & raræ dulcedine formæ.
Iam duo luſtra grauem feſſa ceruice cathenam
Pertuleram indignãr,tantũ in mea colla tot annis
Fœmineo licuiſſe iugo,iam tabe latenti
Confectus,iaḿq; alter eram,iam fomite molli
Ignis ad extremas penetrauerat uſq; medullas:
Optabaḿq; mori,uix́q; arida membra ferebam.
Libertatis amor miſeri dum pectus amantis
Cœpit,& auerſas cordi ſuffigere curas
Erigor, & multa iuga ui diuellere nitor.
Durum opus euentu,dominam pepuliſſe decenni
Hoſpitio,& fractis hoſtem tentaſſe potentem
Viribus ag g edior tamen,& Deus ipſe labori
Affuit,& collum ueteri diſſoluere nodo
Præbuit,ac tanto victorem euadere bello.
Injecit illa manum profugo dum ſaucia ſeruo,
Incurſat́q; dolens,oculos dum dulce micantes
Inſtruit & facibus tectis & cuſpide blanda:
Heu quotiens cœpto dubium procumbere calle
Compulit,ergo iterum quid agam,quibus artibus illi
Occurram? uincla illa iterum aſperiora parabit.
Diffugio,toto uagus circumferor orbe
Adriacæ,Tuſcaśq; auſus ſulcare procellas.
Ereptuḿq; iugo caput hoc committere cimbæ
Nõ ueritus tremulæ: quid enim properata noceret
Mors mihi ſupplicijs victo,uitaḿq; peroſo?
Vertor ad occaſus,& me Piranus ab alto
Vidit in aprico latitantem gramine uertex:
Vidit & Oceanus,qua Sol defeſſus eundo
Abluit Heſperio fumantes gurgite currus.
Quáq; Me duſeo duratum lumine montem
Proſpiciens longam celſis de rupibus umbram
Proijcit,& Mauros feſtina nocte recondit.
Hin Arcton Boreaḿq; petens,& diſſona linguæ
Murmura,ſolus eo,dubias qua turbida terras
Aeſtibus ambiguis pelagi uerit unda Britanni.
Quáq; ſolum glaciale iacens non ſentit amici
Vomeris obſequium, Bromiuḿq; à collibus arcet
Et cererem ſterili uix hoſpita terra mirice.
Quid mihi reſtabat,niſi ſolis aduſta ſequentem
Serpentem ſubijſſe domos immania rura,
Et procul Aethiopes medio uidiſſe ſub axe
Nigra per ardentem nudantes terga leonem,
Aut ignoratum per tot iam ſecula Nili
Quæſitumúe caput,quo nam telluris opacæ
Abdiderit natura ſinu,lenteſcere fluctus
Abſentis cœpere animi,dolor,ira,metuśq;.
Humida trãquillus mox lumina claudere ſomnus
Rarus & inſolita riſus ſplendeſcere fronte
Iam minor occurſu manus imperioſa relictæ
Senſibus in noſtris obſeruabatur imago
Heu heu quid referam,ſed cogis? acerba uidebar,
Vulnera & inſani ſtimulos iam tutus amoris
Temnere,faliebat leuiter ſuperaucta cicatrix
Et requies inſueta mali,tentoria uelo.
Ac certam ad mortem redeo. ſic fata premebant
Impia,ſic animum,ſic me meus error agebat
Vix benè conſtiteram dilectæ finibus urbis
Dum ſubijt uacuum curarum ſarcina pectus.
Illa prior redière trucis contagia morbi.
Quid loquar? unde miſer,lachrymas narrare ſecundas
Incipiam: quis credat enim qua carminis arte
Expediam,quotiens precibus depoſcere mortem
Me dolor impulerit,quotiens grauiora parare.
Quos mihi libertas iterum querenda labores
Attulerit, ſubſiſtam igitur,uerum ultima tandem
Poſtquam ceruici ceciderunt uincula noſtræ
Omnis ad arma fugæ ſpes eſt mihi uerſa,nec unquam
Nauta nocturnum ſcopulum ſic horruit, ut nunc
Illius & uultus,& uerba mouentia mentem
Et caput auricomum,niueiq́; monilia colli
Atq; agiles humeros oculośq; in morte placentes
Horreo nunquid ego admittam quotertia demum
Irato facienda Deo ſint irrita uota?
Dimidium, ut ſacro ſuſpendam limine remum,
Seu tunicæ fragmenta udæ,tum cerea noſtri
Corporis effigies tabulis ſubſidat eburnis.
Supplicis in morem accliuis,comitantibus ergo.
His animum curis dum ſingula mente reuoluo,
Hoc procul aſpexi ſecreto in littore ſaxum.
Naufragijs tutuḿq; meis aptuḿq; putaui,
Huc modo uela dedi,nunc montibus abditus iſtis
Flens mecum è numero tranſactii temporis annos
Inſequitur tamen illa iterũ & ſua iura retentans,
Nunc uigilantis adeſt oculis,nunc fronte minaci
Inſtabilem uano ludit terrore ſoporem.

Sæpe etiam, mirum dictu, ter lumine clauſo.
Irrumpit thalamos media ſub nocte reposcens
Mancipium ſecura ſuum, mihi membra gelari
Et circumfuſus ſubitò concurrere ſanguis:
Omnibus ex uenis tutandam cordis ad arcem.
Nec dubium ſiquis radiantem fortè lucernam
Ingerat, horrendus quin pallor in ore iacentis
Emineat, multumq; animæ noua ſigna pauentis
Expergiſcor agens lachrymarum territus imbrem,
Excutior q; toro, nec dum Titonia ſenſim
Candida lucifero coniunx proſpexerat axe
Operiens ſuſpecta domos penetralia linquo:
Et montem ſyluasq; peto, circumq; retroq;
Colluſtrans oculis, ſi quæ turbare quietum
Venerat incumbens eadem præuertat euntem.
Inuenit uix uerba fidem, ſi ſaluus ab iſtis
Eruar inſidijs, ut ſæpe per auia ſyluæ
Dum ſolus reor eſſe magis, uirgulta tremendæ
Ipſa repreſentant faciem, truncusq; repoſtæ
Ilicis, & liquido uiſa eſt emergere fonte
Obuiaq; effulſit ſub nubibus aut per inane
Aëris, aut duro ſpirans erumpere ſaxo.
Credita ſuſpenſum tenuit formidine greſſum.
Hos mihi neclit amor laqueos, ſpes nulla ſuperſtes
Ni Deus omnipotens tanto me turbine feſſum
Eripiat, manibusq; ſuis de faucibus hoſtis
Auulſum, hac ſaltem tutum uelit eſſe latebra.
Hactenus hæc, ſed plura capis, nunc cætera uitæ
Accipe cunctorum breuiter diſtincta dierum.
Eſt mihi chara leuis, cui condimenta fames q;
Et labor, & longi præſtant ieiunia Solis
Villicus eſt ſeruus, mihi ſum comes ipſe canisq;
Fidum animal, reliquosq; locus hic exterruit omnes.
Vnde cupidineis telis armata uoluntas
Exultat, atq; frequens opulentas incolit urbes.
Hic mecum exilio reduces ſtatione repoſta
Pyerides habitant, rarus ſuperaduenit hoſpes.
Nec niſi rara nocent noti miracula fontis.
Vix mora noſtra quidem, licet annua bis 'ue ſemel úe
Cõgregat optatos clauſi ſub ualle ſodales.
Sic pietas eſt uicta locis, at crebra reuiſit
Litera me, longa ſolum ſub nocte loquuntur
Ante ignem gelidas me ſolum æſtate per umbras
Sermo diuturnus eis: idem ſum fabula pernox
Nil eorum conferre datum, dumeta niues q;
Exhorrent noſtrasq; dapes, iamq; urbe magiſtra
Mollitiemq; didicere pati: me dura profeſſum
Deſtituêre pij comites, ſeruiq; fideles.
Et, ſi quos attraxit amor, ſeu carcere uictum
Solantur fugiuntq; eiti, mirantur agreſtes
Spernere delitias auſum quam pectore metam
Supremi ſtatuere boni, nec gaudia norunt
Noſtra, uoluptatemq; aliam, comitesq; latentes
Quos mihi de cunctis ſimul omnia ſecula terris
Transmittunt lingua, ingenio, belloq; togaq;
Illuſtres, nec difficiles quibus angulus unus
Aedibus in modicis ſatis eſt, qui nulla recuſant
Imperia, aſſiduéq; adſint, & tædia nunquam
Vlla ferant, abeant iuſſi, redeantq; uocati.
Nunc hos, nunc illos pereunctor, multa uicißim
Reſpondens & multa canunt, & multa loquuntur.
Naturæ ſecreta alij, pars optima uitæ
Conſilia & mortis, pars inclyta geſta priorum:
Pars ſua præteritos renouant ſermonibus actus.
Sunt qui feſtiuis pellant faſtidia uerbis.
Quiq; iocis riſum reuehant: ſunt omnia ferè
Qui doceant, optare mihil cognoſcere ſeſe,
Sunt pacis, ſunt militiæ, ſunt arua colendi
Artifices, ſtrepitusq; fori, pelagiq; uiarum.
Delectum aduerſi releuant, tumidumq; ſecundis
Compeſcunt, rerumq; iubent aduertere finem.
Veloces meminiſſe dies, uitamq; fugacem
Proq; tot obſequijs precium leue, limen apertum.
Coniunctumq; petunt, quibus hoſtis rara per orbem
Hoſpita. & ſegnes fortuna relinquit amicos
Vix uſquam admiſsi trepidant atq; atria ducunt
Quaslibet interea latebras, dum frigida cedant
Nubila Pyeria, ſtudiorum æſtate reuerſa
Non lapides calcemq; tegant aulea neceſſe eſt
Serica, ſeu calido fument midore popinæ.
Non caua multifido famulum tonet aula fragore.
Splendida dum crebris celerant conuiuia menſis.
Sobria turba coit propria contenta ſuasq;
Quæ mecum partitur ope, feſſum úe cubili
Solatur roſeo, & menſa dignatur egenum:
Atq; cibis reficit ſacris & nectare dulci.
Hic ſolum comes eſſe domi, ſed prompta per omnes
Ire ſimul ſaltus ac prata domeſtica Nymphis,
Et uulgus querulum, atq; urbes odiſſe ſonoras.
Sæpe dies totos agimus per deuia ſoli,
Inq; manu calamus dextra eſt, at carta ſiniſtram
Occupat, & uariæ complent præcordia curæ.
Imus, & ah quotiens ignari in luſtra ferarum
Incidimus, quotiens animum dimouit ab alta
Cura, auis exigua, & poſt ſe importuna retorſit:
Tum grauis eſt, ſiquis medio ſe callis opaci
Offert, aut ſi quis ſubmiſſa uoce ſalutet,
Intentumq; alijs maioraq; multa parantem
Et iuuat ingentis haurire ſilentia ſyluæ
Murmur & omne nocet, niſi uel dum riuus harenæ
Lucidus inſultat, uel leuis aura papyrum
Verberat, & faciles dant carmina pulſa ſuſurros.
Sæpe mora increpuit, ferumq; in tecta reuerti
Longior admonuit proprij nos corporis umbra.
Interdumq; referre pedem nox ipſa coëgit:
Monſtrauitq; uiam, & uepres ſignauit acutos
Heſperus aut oriens Phœbo pereunte Diana
Sic ſumus, hæc agimus grauior ſi cura quieſcat
Felices, lætoq; nimis ſub ſydere nati
Breue panegyricum defunctæ mariti
Suſcipe funereum genitrix ſanctiſsima cantum
Atq; aures auerte pias, ſi præmia cœlo
Digna ferens uirtus, alios non ſpernit honores
Quid tibi pollicear, niſi quòd uelut alta tonantis
Regna tenes electa Dei tam nomine quàm re?
Sic quoq; perpetuum dabit hic tibi nomen honeſtat.
Muſarum celebranda choris, pietasq; ſuprema,
Maieſtasq; animi, primisq; incœpta ſub annis
Corpore in eximio nullam intermiſſa per horam
Tempus ad extremum uitæ notiſsima claræ

Cura

Cura pudicitiæ: facie miranda ſub illa
Iam breuis innocuæ præſens tibi uita peracta
Efficit in populo maneas narranda futuro.
Aeternum ueneranda bonis, mihi flendaq; ſemper,
Nec quia conigerit quicquam tibi triſtè dolemus
Sed quia me, fratremq;, parens dulciſsima feſſos
Pythagoræ in biuio, & rerum ſub turbine linquis.
Tu tamen inſtabilem fœlix ô transfuga mundum
Non ſine me fugies, nec ſtabis ſola ſepulchro.
Egregiam matrem ſequitur fortuna relictæ
Spesq; domus, & cuncta animi ſolatia noſtri.
Ipſe ego iam ſaxo uideor mihi preſſus eodem
Hæc modò pauca quidem pectus teſtantia mœſtum
Dicta uelim, ſed plura aliàs, tempusq; per omne.
Hac tua fida parens reſonabit gloria lingua.
Has longum exequias tribuam tibi poſtq; caduci
Corporis interitum quod adhuc uiget, optima ſub quo
Viuis adhuc genitrix, cum iam compreſſerit urna
Hos etiam cineres, niſi me premat immemor ætas
Vincemus pariter, pariter memorabimur ambo
Sin aliter fors dura parat, mors q; inuida noſtram
Extinctura uenit fragili cum corpore famam.
Tu ſaltem, tu ſola precor poſt buſta ſuperſtes
Viue, nec immeritò uocant olliuia Læthes
Verſiculos tibi nunc totidem, quot præbuit
Annos uita damus, gemitus & cætera digna tuliſti
Dum ſentit fere trum ante oculos miſerabile noſtros
Ac licuit gelidis lachrymas infundere membris.

Lælio ſuo S.

Contigit extinctum qui ſuſcitat ortulus ignem
Dulcia præteritæ renouans ſuſpiria uitæ,
Siue tibi uerni qui pingunt gramina flores
Siue per æſtatem mediam dum ſumma tenet Sol
Vmbra frequens, ſine autumno tibi dulcia poma.
Siue tibi aprici placeant ſub frigore ſoles.
Siue magis uolucrum dulces per opaca querelæ
Pictaq; terga iuuant, illic Regina canentum
Plebeium Philomena canit, ſic parua uolucris
Gutture melliſluo ſupra quam ſæpe per umbram
Dum ſequor ærea latitantem fronde notaui
Neſcio, tu lecta fortaſsis imagine reddes
Nigra caput, ſed glauca latus, ſub palmite gaudens
Ludere pampineo, non maior corporis uſquam
Spiritus exigui, & mulcere potentior aures.
Hæc mihi dum tepidam, aſſiduè ſub corde fauillam,
Singula concutiunt, incendia nota paueſco
Deſieram iam tempus erat, tamen omnia rurſum
Contrahit arma dolens, auratáq; tela cupido.
Vt uidi ego lætiferos tendentem molliter arcus
Innixumq; genu modò cornua curua prementem
Et modò uulnificos agitantem pollice neruos
Quo fugiam? quid cgam? ſi nec maria alta nec alpes
Nec longæ ualuere moræ, iam læuior ætas.
Incipit, & pacem phareatratum poſcimus hoſtem.
Abnegat ingeminans bellum, mirumq; relatu
Omnibus ecce locis, atq; omnibus improbus horis
Hoſtis adeſt uolucer, nec me trepidare negabo.
Nec uetus illa noua reſcindat harundine uulnus
Tam ſibi multa fauent partes, uel ſola locorum
Ipſa facit facies, animum ſic cantibus obſtat
Aura loquax, gratoq; color ſic blandus odori
Frondibus & florum ſpecies, & floribus herbæ
Lilia narciſſo, uioliſq; roſaria certant
Quid loquar, aut uiride riparum in gramine molles
Accubitus, teneroſq; leues in gramine ſomnos.
Quid ſtrepitum fugientis aquæ, flexusq; ſonoros
Carmina quid dulceſq; modos quas nocte ſerena
Quos oriente die, uel quos moriente decora
Concinit angelico trans riuum murmure nympha
Aethereos motura Deos, iaculumq; tonanti
Excuſſura Ioui rigidumq; adamanta modeſtis
Effractura oculis læſi, quibus ampla poteſtas
Cordis ineſt, taciteq; faces, & conſcius ardor
Vnde iacit flammas & tinctas igne ſagittas
Ille puer noſtroq; alacer circumuolat orto
Hæc meminì & meminiſſe iuuat ſit cætera nutrix.

AMICO S.

Quiſquis es indignam uatum cui flere ruinam
Exiliumq; uacat profugas qui carmine ſiſtis
Pyerides, æquasq; grauem ſermone dolarem
Gratus es haud dubiè, meſſem nam diues opimam
Cirreæ de ualle refers, ſterilemq; dolendi
Cernere cauſa tibi eſt, ſacrumq; arescere fontem
Qui puerum dulci ſitientem proluit hauſtu
At me quid mœſtis iuuat exagitare querelis
Auxilij ſpes nulla mei, uis ſi qua fuiſſet
Ingenij cecidat uulgo calcata furenti
Si petis hunc gemitus comitem, fortuna quod optas
Obtulit afflictis, ſi me ſuccurrere muſis.
Abſtulit arma dolor, murmurq; reliquit inane,
Iamq; ignotæ uale res prorſus mira relatu
Diligo neſcio quem, ſed honeſta ſilentia ſignant
Quantus is eſt almum, qui dat ſine nomine carmen.

Ioanni Columnæ Cardinali S.

Heu quid agã domus ãpla Iouis concuſſa tremiſcis
Cardine mota ſuo ruit alti ianua cœli
Terribili clamore ſonans ſub nube propinqua
Fulmina, fulminibus concurrere dura triſulcis
Viſa leuem media fregerunt nocte quietem,
Ignibus alternis polus exarſit uterq;
Nubila rupta tonant, luxq; impia territat orbem
Examinatq; hominum mentes & corda ferarum.
Iuppiter Auſtrali uibrat metuendus ab arce
Spicula dira manu, flammas uomit ore minasq;
Omnia nymboſo fugientia ſydera uelo
Obduxere oculos, ne publica fata uiderent.
Confuſum chaos ante diem referentia mundo
Iam Venus ante alias toto pulcherrima cœlo
Effugit, indignans contraria tanta benignis
Moribus ire ſatis, ſtimulus non actus amoris
Vt ſolet inſequitur profugam mors triſtis amicam
Arma ſuis grauiora timens, talaria nunquam
Ocyus implicuit Cillenius aurea plantis
Imperio chari iuſſa repetenda parentis
Athlantis domus omnis abeſt, nec cernitur uſquam
Turba puellarum, quarum latet ultima ſemper,

Nunc

Nunc omnes fugêre simul, perit obrutus umbra
Lacteus innumeris redimitus circulus astris
Præsciut at cladis, lugensq; sub æquora Titan
Ante abijt quàm sæua diem corrumperet almum
Tempestas, iuuenem linquens post terga sororem
Præcipiti tamen illa gradu conterrita cessit
Nec longas sine fratre moras dedit innuba nocti.
Gnosia desertæ prorsus laniata puellæ
Serta iacent, geminaq; ingens distentus ad Arcton
Condit in Oceano squamosa uolumina serpens.
Occidit Arctophilax, inuitus plaustra reliquit
Et fugit in latebris post sydera cuncta Bootes
Solus ab imbrifera pellens regione per umbras.
Despicit obliquo Saturnus lumine terras,
Nempe grauis senio, madido discinctus amictu
Canaq; cœruleo substringens tempora nymbo.
Tardus ad omne bonum, diros festinat ad actus
Et stupor unus habet, quibus is circundatus alis
Hesterno cum forte die longinqua teneret
Immensos cœli tractus enauerit unde
Tam subitò damnosus ei sit aquarius hospes:
Ipse reluctanti similis, nec cedere uento
Certus adhuc cui quam nec uim petis inclytus acer
Tantam ferre tremuit, quoniam Rex illa Sicano
Laxat in arma ferox reserato carcere fratres
Incutit & calcar rabidis, & frena remittit.
Nunc iubet ut terras quatiant, cœlumq; ruina
Inuoluant, plumasq; ferant, ut floribus arua
Depopulent, agitentq; uagos ad littora pisces.
Et scopulis miseros properent impingere nautas
His etiam adiungens, ut in æthere protinus alto
Confligant inter sese, fraternaq; bella
Adijciant uario lassatis turbine rebus.
Irritatq; animos monitis, atq; asperat iras.
Vectes dein de manu lacerat, limenq; sonorum
Pandit, & ingeminat stimulos, mora nulla furentes
Inde cateruatim prorumpunt, iussaq; complent.
Hos horret natura parens, & tristis habenas
Deserit, arcanos repetens lachrymosa recessus.
Terra pauet, spectatq; graues peritura tumultus
De Ioue questa suo, iam iam cessata procellis
Nutat, & aëreos humero deponere montes
Cogitat, ac medio uictum caput abdere centro.
Dum loquor in modicis per inania fluctibus imbres
Præcipitant, nunc tecta sonant, & grandine crebra
Circum pampineæ bromio cecidere coronæ,
Syluarum cadit omne decus, torrentibus atris
Antra gemunt. saxisq; immixta regurgitat unda.
Fluminis insolita turpans caligine uultus
Virgineus nymphis abijt decor ille repentè
Quem laudare soles miror maxime pulchri.
Diluuium redit antiquum, stupefactus arator
Quem modò sulcabat, pedibur contingere campum
Non ualet, ac pelago trepidantia brachia iactat.
Iamq; boues, & aratra uidet, culmenq; reuulsum,
Spesq; suas omnes parili sub sorte natante,
Et queritur falsum ueteres cecinisse Prophetas
Aduentare diem quæ flammis perderet orbem
Supremam impositura manum lusumq; putat se.
Flent passim attonitæ matres, & ad ubera paruos
Stringunt, infœlix oritur per mœnia luctus.
Pauperis hinc uulgi strepitus sua domina gementis
Auditur, picta tremulum canit inde sacerdos
Multa uouens tunica, ceu nubibus imperet illa
Aeraq; nodoso certatim rauca fatigat
Fune trahens, nec plura metu, nanq; infima fessæ
Fundamenta domus tremuerunt, atq; supernæ,
Irrumpunt memores querulo cum murmure Nymphæ
Vlcisciq; parant quam nuper fecimus illis
Offensam, & nostro iam nos pepulere cubili,
Iam digitis calamum tremor excutit atq; tabellas
Aut ego fallor enim & falsa formidine turbor.
Aut modò nanq; oculis inimici fulguris ignes
Dant aditum, memora inuertens atq; obuia quæq;
Parua reuulsurum lapidosum mœnia flumen
Vertice contigui montis descendit ab omni.
Interea fragilis nunc nunc in culmina tecti
Aut totum simul, aut cedit pars maxima cœli
Et trabibus iam nulla fides manifestaq; mortis
Vndiq; terrificant, & propria signa patescunt
Ipsa quoq; in tanto mens consternato periclo
Exigit ut sileam, sed ut modò si qua salutis
Est uia pande tuo, dubijsq; in tempore fatis
Præsidium mihi semper ades, si carmine forsan
Flectitur ira Iouis, scriptum mihi dirige carmen
Si ualet Eoo lectos habuisse lapillos
Littore & hos adhibe digito miseratus inermi.
Sin magis herba iuuat notas pia pergat ad herbas
Dextra precor gelido quacunq; occurro pauori,
Et fer opem misero qua sim securior olim
Si non ista mihi mundoq; nouissima nox est
Quod si consilij noua nunc sententia non stat
Antiqua experti cur non redeamus ad arma.
Tu mihi fasciculum iubeas pater optime ferri
Frondes Apollineæ, nanq; istos pulchra per agros
Tam longinquus amans hūc non terit æthera curru.
Laurea nulla uiret cuius iacuisse sub umbra
Dulce sit, aut gremio charas abscondere frondes
Aut ramum tenuisse manu, dum fulminat ingens
Iuppiter, & cœlo clypeum monstrasse furenti.

AMICO S.

Hunc tibi quem toto repetis pro munere coruum
Pulsa remittet hians, cupidis accingitur alis
Vere nouo moturus eas subitoq; uolatu
Dulcia deserti reuidebit pignora nidi.
Nix alpes licet alta premat, licet æthera nymbi
Tunc teneant superabit amor, tu pace querelis
Et mœstam solare domum spes ista pudicæ
Coniugis extenuet lachrymas, minuatq; dolorem.

Mastino Scaligero S.

Si libet occidui rumores noscere mundi
Accipe quàm breuibus qui nunc sunt, cætera nanq;
Fatorum sub nube latent, cum uenerit hora
Collatura Duces, tantosq; in bella paratus:
Quem fortuna premat cui stat uictoria parti:
Cuncta libens calamo perstringam, cœpta sequamur.
Conuocat innumeras Germania dura cateruas,

Diues

Diues inexhaustum reseratq; Britannia censum,
Asperat indomitam bello Brabantia gentem,
Flandria perpetuo sequitur subiecta duello
Et quæ prima petit cœpti libamina belli
Proxima puluereo strepit omnis Aonia campo.
Gallia multifido quatitur percussa tumultu,
Regnaq; sanguineo trepidant contermina Marti
Et coëunt omni contracto robore gentes.
Fluctuat, ut uario uibratus turbine pontus,
Quem gelidus Boreas hinc, illinc humidus Auster
Verberat insultans, hinc classibus horritur Eurus
Iam scopuli iam saxa fremunt, naualia nautæ
Tuta petunt, glomerantq; fugam delphinos ab alto
Nec dum summa mali est, sed iam resonantia latè
Littora surgentes feriunt longinqua procellæ.
Haud aliter placidum turbantibus æthera uentis
Nunc furit occasus, longè plebs dedita paci
Et facie rerum insolita, & terrore laborat.
Consurgunt urbes, iuuenes uocat ira senesq;.
Cuncta procul rapido feruescunt littora motu
Neúe morer nimium, conspirat in arma fugacem
Quicunq; Oceanum, Latiasq; interiacet alpes.
Finis erit quem fata dabunt, sed magna parantur.
Hæc utinam nostræ ueniant monumenta salutis,
Italia infelix domus, irrequieta laborum,
Sicut pacifico semper pugnauit in orbe.
Sic modò fortuna mundum iactante quiescat.

Roberto Regi Siculo, S.

Flere libet, sed flere uetor, lachrymasq; parantem
Hinc pudor, hinc pietas subeunt, hinc ira dolorq;
Hincq; cateruatim ueniunt exempla dolorum.
Talia multa animo, quoniam non gloria non uis,
Nec potis est uirtus uenienti obsistere morti
Hæc mihi nota prius modò, sed notissima tandem
Iudicio patuere nouo, mors improba quantum est
Ausa Italis rapuisse uirum, sibi fortior illum
Fama sed æternum rapuit longumq; per æuum
Viuere iussit eum, & totum uolitare per orbem
Ille olim felix modò felicissimus idem
Carcere membrorum fugiens tenebrosa reliquit
Claustra libens: nulla siquidem dulcedine uitæ
Tangitur, instabiles quisquis bene computat annos
Quod si quem fecisse rear, fuit ille profunda
Mente sacer, cursus naturæ conscius omnis
Et procul humanos solitus prænoscere casus
Quo minus ergo rei mentem applicuisse fugaci
Creditur hoc facile magis ascendisse uolatu
Ad superos cœliq; domos, & regna piorum
Crediderim, nihil ergo uiro: nihil impia tanto
Mors nocuit, mihi sæua dolos, mihi flebile damnum
Intulit, ac mundo ueri tulit inuida fontem
Qui sibi tot nitidos potuisset spargere riuos
Abstulit, & Musis fulgur radiantis alumni.
Qualem posteritas, alium uix longa uidebit
Nobilis hunc igitur fato spoliata decore
Ausonia, hunc Burgus sancti gemit ipse sepulchri
Ciue diu tali peregrinus notus in oris
Tu quoq; si fas est tam clari principis ora,
Sed maduisse oculos, lachrymas dabis inclyta regum
Progenies Roberte pias, quem iure coronant
Europaq; Asiæq; simul duo maxima regna
Solamen uitæ quoniam Rex optime perdis
Non mediocre tuæ, quis tecum consulet astra
Fatorum secreta mouens, aut ante notabit
Successus belli dubios, mundiq; tumultus
Fortunasq; Ducum uarias, quis lenibus aures
Mulserit eloquijs aut te mulcente quis usquam
Sufficiens aderit testis, quum gaudia uerbis
Expones arcana poli triplicemq; sub una
Maiestate Deum, quam partum uirginis almæ
Quum domitam mortem, reserataq; tartara iussu
Et quæ multa soles uni tibi cognita Regum.
At mihi præcipuè & Musis: quia flere necesse est.
Flete simul mecum uiduato Helicone sorores.
Flete sacris memoris lauri, fle grandis Apollo
Altisono præcone carens, nunc collis uterq;
Parnasi & rauco strepat arens murmure uallis
Castalijq; gemant latices, desertaq; Cyrtha
Hospite tam magno, resonant ululatibus antra
Pyeridum, quæ dum uixit mulcere solebat
Dulcibus ille modis, quis nunc post fata superstes
Stabit honos meritò quæ præmia grata sepulto.
Quid tibi pro tanto reddemus munere digni?
Nempe ego nil habeo, uos carmen reddite uati
Pyerides titulumq; breuem conscribite saxo
Qui fuit Hesperiæ decus & noua gloria gentis
Cultor amicitiæ fidus, charisq; benignus
Conuictu placidus, uultuq; animoq; serenus
Relligione pius, factis habituq; modestus
Altus & ingenio facundo splendidus ore
Flos uatum, cœli scrutator, cognitus astris,
Rarus apud ueteres, nostro rarissimus æuo
Vnicus ex mille iacet hic Dionysius ille.

Ad seipsum.

Heu mihi quid patior quo me uiolenta re
torquent
Fata retro: uideo pereuntis tempora mun
Præcipiti transire fuga, mouentia circum (di
Agmina conspicio, iuuenumq; senūq;, nec usquam
Tuta patet statio, non toto portus in orbe
Panditur, optatæ non spes patet ulla salutis.
Funera crebra quidem quocunq; pauentia flecto
Lumina, conturbant aciem, perplexa Pharetris
Tēpla gemūt, passimq; simul sine honore cadauer
Nobile, plebeiumq; iacet, subit ultima uitæ
Horum animum casusq; mei meminisse coactus
Heu charos abijsse greges, & amica retracto
Colloquia & dulces subito uanescere uultus
Telluremq; sacram assiduis non deesse sepulchris
Hoc gemit Italiæ populus tot mortibus impar
Hoc exhausta uiris defectaq; Gallia plorat
Hoc aliæ quocunq; iacent sub sydere gentes
Siue est ira dei, quod crimina nostra mereri
Certè ego crediderim, seu sola iniuria cœli
Natura uariante uices, hic pestifer annus
Humano generi incubuit, flendumq; minatur
Excidium mortiq; fauet densissimus aër
Sæuus ab infecto prospectat Iuppiter axe.

Inde pluit

Inde pluit morbos & triſtia funera terris
Staminaq́ immites properant abrumpere Parcæ.
Omnia ſi poſſent pariter uereorq́ ſuperne
Quod cupiunt nec poſſe datum, tot pallida uulgi
Ora uidens miſerè, tot tartara nigra petentes.
Hæc meditans fateor trepido, mortiq́ propinquæ
Auguror inſidias, ubi nam caput abdere poſſim
Nec mare, nec tellus, nec opacis ſaxa cauernis
Oſtendunt profugo, quoniam mors omnia uincit.
In q́ parum tutas uenit impetuoſa latebras.
Sic uelut in dubijs deprehenſus nauta procellis
Quum ferus ante oculos ſocias abſorbuit alnos
Neptunus, fragilem qui utero crepuiſſe carinam
Sentit & illiſos ſcopulis confligere remos.
At procul horribiles clauum uidet ire per undas
Hæreo conſilij incertus, certusq́ pericli.
Nec ſeeus annoſas uni ſæua incendia furtim
Corrupuere trabes tabulataq́ pinguia lambit
Flamma uorax, ſurgit ſubitò exanimata tumultu
Turba domus, pater ante alios ad culmina tecti
Euolat aſpiciens circum, natumq́ trementem
Complexus, primum ancipiti ſubducere peſti
Cogitat, obiectoſq́ oneratus abire per ignes.
Sæpe ego permetuens, animamq́ amplexus inertem
Cogito, ſi qua uia eſt medios auferre per æſtus
Corporeasq́ unda lachrymarum extinguere flammas
Sed retinet mundus trahit imperioſa uoluptas
Funeſtiq́ ligat nodis uiolentior uſus.
Ecce ubi ſum, gelida ſic me formidine denſæ
Texerunt tenebræ, nam qui meminiſſe putat ſe
Mortis & impauido ſpectaſſe nouiſſima uultu
Fallitur, aut furit, aut multum ſibi conſcius audet.
Sæpius ambiguam grauis indignatio mentem
Digna ſubit iuſtusq́ dolor, mecum intus & extra
Colluctans, clara uincor ratione, ſed illam
Impetus exuperat, cœptoq́ reſiſtit honeſto
Sic teneor, multumq́ fleo, meq́ ipſe frequenter
Percontor, quid uane paras? quo pergere tendis
Ah miſer! aut quo nam tantis anfractibus ire
Poſſe putas? moriere quidem, ſemper ůe quietis
Spe labor iſte iuuat, ſterili quid ſemina arenæ
Committis, quid littus aras, ſpes blanda ſequentem
Ludit & in gyrum uoluit: iam tempora retrò
Candidiora uides, iam ſenſim tempora cani
Inuadunt, quid lentus agis, puer inſcie ſemper
Craſtina pertractans animo præſentia perdes
Semper ab incerta pendebis ſorte futuri
Teq́ tuumq́ bonum fugiens aliena ſequeris
Siſte age, ſiſte fugam cur non inniteris iſti
Quam datur aſpexiſſe diem, nam poſtea forſan
Non tibi clara uenit facili nigreſcere caſu
Si noſcis mors cuncta facit, ſolet illa uenire
Improuiſa equidem cur non modò ſi qua tibi ſtat
Cura tui, quodcunque animus per ſecula differt
Aggrederis longos fortaſſis cautus in annos
Conſilia extendis, poſti buſtum magna paramus
O cœci, potes ætatis rapidiſſima noſtræ
Curricula expertus, ſpes hic intexere longas
Venturæq́ aliquid prorſus confidere luci
Vultur & obſcœni laniabunt uiſcera uermes
Nunc potius, nunc tempus erat dum membra mouere
Dumq́ animum frenare potes, quando optima rerum
Libertas, & uita manet ceſſura repentè,
Nonne uides uolucri labentia ſecula curſu
Impellunt momenta leue ſucceſſibus horam.
Illa diem noctemq́ fugat fugientibus illis
Luna pererrato tenuata reuertitur orbe.
Illa rapit ſoles & magnos conficit annos
Hi ſenium mortemq́ ferunt, ſic omnia miſcens
Tempus, & inſtabili tranſeurrit uita meatu.
Nec reditura ruit, non propellentibus undis
Ocyus ex alto cliuoſi gurgitis amnes
In mare præcipitant, neruoq́ tremente ſagitta
Pulſa per oppoſitas penetrant uelocior auras
Si meminiſſe uelis poſtquam genitricis ab aluo
Nudus, inops, querulus, miſer & miſerabilis infans
Emergens tremulo uagitus ore dediſti
Et labor, & lachrymæ, & gemitus, & triſtia curæ
Pectora torquentes, habitarunt corde ſub iſto
Nulla fuit tibi læta dies qua poſſet anhelus
Spiritus immueris finem poſtuiſſe querelis
Reſpirare cupis, ſed ſors aduerſa repugnat
Quam uereor ne tota tibi ſit agenda diæta
Ante ſalutari accubitu quàm poſſe parumper
Defeſſum recreare latus contingat eunti
Præteriitq́ tuæ tibi iam pars magna diei
Iam ruit æternæ prænuncia ueſpera mortis
Tu longum ſenior curas extendis in æuum.
Tu dormis moriture grauis ſub mole ſoporis
Securusq́ iaces, properantem reſpice Solem
Littus ad occiduum, & malè perdita tempora diſce
Dum licet, ac patriam uerſus ueſtigia uolue
Lumen adhuc cœlo breue dum tibi fulget olympo
Vixiſti in pelago nimis irrequietus iniquo
In portu morere & languentia comprime uela,
Collige diſiectos iam tempeſtate rudentes.
Talia dum mecum perago, ſæpe ira labor q́
Exclamare iubent, Quis me de faucibus hoſtis
Eripiat? Quis me mortali carcere raptum
Reſtituat cœlo? Quis rectum monſtret ad aſtra
Inter tot laqueos, tam multa per inuia calleme?
Heu mihi, quàm longè patriam uideor ne uidere
An uideo pacis, ceu monte remotus ab alto.
Omnia circumſtant ſed uepribus obſita duris
Prædones rapidi infeſtant, qui ſigna ſuperni
Deſeruere Ducis quondam, fruſtraq́ recordor
Heu quotiens tentaſſe uiam, ſemperq́ repulſus
Hæreo ſuſpirans quo non licet ire, quis ergo
Succurret miſero tuto quis, tramite ducet
Fœlices ubi ſunt animæ populusq́ beatus
Et ſi carne premor mea me ſi crimina tradant
Quis dabit, ut pennas poſita grauitate columbæ
Iuduar alta petens & poſt tot dura quieſcam.
Nunc ſtatus hic rerum mihi ſed quem præſcia finem
Fata parant nondum uideo, ſpes longa tremorq́
Hactenus aſſiduè noſtro de pectore certant.
At breue tempus erit quando exitus ipſe docebit
Quis fuerim uerè quàm fauſto ſubditus aſtro.
Quam celer aut tardus monſtrato calle uiator
Qualis ad extremum moribundi temporis hoſpes.

FRAN.

FRANCISCI PETRAR. CHAE EPISTOLARVM LIBER II.

IOANNI BARRILI MI. liti Neapolitano, S.

VID mea fata mihi toto ſpecio ſius æuo
Dulcius aut animo poterant melio us'ue tuliſſe
Quam ſi forte tuis capiti noua lan rea noſtro
Preſſa foret manibus fateor tunc alma ſororum
Ex Helicone ſacram ueniens huc turba ſororum
Duxiſſet, cytharam melius ſonuiſſet Apollo
Serta gerens adamata ſibi Xeneia primum
Poſt longum dilecta mihi ſpectaſſet ab aſtris
Lætus honoratam placato numine frondem
Iuppiter, & rapidi poſuiſſe fulminis iras
Demq́ nulla dies fulſiſſet lumine tanto
His oculis cunctos nec fulſerat ulla per annos
Obſtitit heu uotis ſemper mihi dura paratum
Imminuens fortuna pecus, tantoq́ fauori
Inuidit, ubi me propter tam multa uiarum
Aſpera, tot laqueî ſoli mihi nempe tetendit
Inſidias, deſiſte queri, mea tota querela eſt:
Agnoſco expertus fraudem, moresq́ malignos.
Mortalis quibus illa feros intercipit actus
Omnia permiſcens, pròh, ſacra licentia monſtri
Quin aliam mihi tunc eadem fortuna parabat
Me quicquam præuenta dolum, ne nobilis Vrſus
Scilicet ipſe meo præſens foret autor honori
Vix tridui ſpacium reſtabat, ut omne Senatus
Tempore ius hauſtis flueret, breuiorq́ poteſtas
Quæ quondam ſine fine fuit, Deus ipſe nocenti
Occurrens direxit iter, uix fine ſub ipſo
Temporis immenſæ peruentum ad limina Romæ
Obuius intranti fueras comitemq́ ducemq́
Pollicitus uetuit, quoniam ſors eſſe nequiſti
Torqueor, & cunctas qui luſtrat nuncius oras
Mittitur, ille autem Campanis feſſus in aruis
Seq́ nec inuento redienſ, ſpem ſuſtulit omnem
Vltima iamq́ dies aderat, nec poſtera tempus
Lux dabat, urgebat conſumpti terminus anni
Me quoq́ magnanimus Comes accelerare monebat
Iam grauidus curis peperit quas fortibus actis
Poſt modo, noſti hominem, expediorſubitumq́ uocanti
Romulei proceres coëunt, capitolia læto
Murmure complentur, muros tectumq́ uetuſtum
Congaudere putes, eeeinerunt claſſica, uulgus
Agmina certatim glomerat cupidumq́ uidendi
Obſtupuit, ipſe etiam lachrymas ni fallor amicis
Compreſſis pietate animis in pectora uidi
Aſcendo, ſiluêre tubæ, murmurq́ reſedit
Vna quidem noſtri uox primum oblata Maronis
Principium dedit oranti, nec multa profatus
Nam neq́ mos uatum patitur, nec iura ſacratum
Pieridum uiolaſſe leue eſt, de uertice Cyrrhæ
Auulſas paulum medijs habitare coëgi.
Vrbibus ac populis, poſt facundiſſimus Vrſus
Subſequitur fando, tandem hic mihi Delphica ſerta
Impoſuit, populo circumplaudente Quiritum.
Hinc Stephanus, quo fata uirum iam tempore noſtro
Maiorem non Roma tulit, me laudibus amplis
Accumulat, rubor ora mihi mentemq́ premebat
Indignum tales onerabant pectus honores:
Mulcebantq́ ſimul, Siculo nempe omnia Regi,
Nil mihi, nam quis ego? uertuntamen illius alto
Iuditio dignatus eram, tum regia feſto
Veſtis honeſta die me circumfuſa tegebat
Et dominum referens, & tanti teſtis amoris
Quam lateri exemptam proprio Regum ille ſupremus
Rex dederat geſtare ſuo ſoluſq́ loquentis
Iſte animo ingenium labijs mulcentia uerba
Sufficiebat honos, coràm, mihi nanq́ uidebar
Eloquij ſpectare Ducem, Regemq́ ſerenum
Vellere qui primum ſe contmuiſſet in illo
Impetus hinc, ſpesq́ alta nimis fiduciaq́ ingens
Seu præſens is ferret opem, deſcendimus unà
Omnibus explicitis, atq́ hinc ad limina Petri
Pergimus, & ſacras mea Laurea pendet ad aras
Primitijs gaudente Deo, ſua lumina teſtor
Hæc inter tot læta, oculis tu ſolus amice
Tu deeras, uotis quotiens precibusq́ petitus
Mente tamen memoriq́ animo, tua dulcis imago
Certe aderat, ſemperq́ aderit, nec tempore ſedes
Deſeret acceptas, ſic illam pectore in alto
Vna quidem noſtri uox primum oblata Maronis
Principium dedit oranti, nec multa profatus
Hunc uerbis (quia iam uereor ne longius æquo
Carmen eat) finem ſtatuo, tuq́ optime Regi
Dum uacuum innuenies curarum, meq́ fidemq́
Commendare meam, placido ſermone memento
Sum ſatis ex merito, ſibi me meaq́ omnia ſoli
Deuoui, ingenium, calamum, linguamq́ manumq́
Mens mea, nunc aũt quoniam ſibi reddere maius
Nil ualeo pro tot magnis ſub nomine creſcit.
Africa noſtra ſuo tenuis, niſi gloria ſordet
Parua quidem, at grandi ſtudio longoq́ labore
Inuigilanda mihi iamq́ ipſa ſuperbior ardet
Ad ſacros properare pedes, noctemq́ diemq́
Orat iter comitemq́ uiæ uocat eminus ambos
Inclyta Parthenope, ſed adhuc nos Gallia uinclis
Noſtra tenet blandis, tandem tamen ibimus & nos
Limine ſuſcipies pariter, pariterq́ uidebis
Viue uale, noſtriq́ memor lege dulcis amice
Hæc calamo properante breui quæ ſcripſimus hora.

Bernardo Ruthenenſi S. R. E. Cardinali, S.

AVdio quod ſtudium ſacros tibi noſſe Poëtas
Cœperit alme pater, dulcis labor ardua cura,
Gratulor, & laudo quid enim ſolatia uitæ
Plura fatigatæ, quid'ue otia tanta dediſſent?
Haud equidem me fallit amor, ſcio quanta ſub antris
Aonijs inuenta quies mundiq́ procellis
Iactato quotiens rupes Helyconia portum
Obtulerit latebroſa mihi, nec nomine uatis

Glorior,

Glorior, arcanis tremulum miscere choreis
Pieridum plebiq; gradum, sed amœna uidendi
Me tulit huc prægrandis amor, tu quantus in altis
Parnassi potes esse iugis, nisi septa relinquis.
Iam tibi serta nouem studio certante sorores
Laurea texentes uideo. Iam uertice rubro
Frondis honoratæ uiridem pendere coronam
Cardine Romano Graiaq; ornante poësi.
Iam nemus omne tibi reboat, tibi concinit unda
Cirrhæo de fonte cadens, tibi pulcher Apollo
Corripit auratam cytharam pedibusq; manuq;
Tellurem neruosq; ferit, cantare uicissim
Ne pudeat comitemq; nouum plaudentibus offer.
Neu te uulgus iners, neu per uulgata retrorsum
Mendaces mentita ferat te fama Poëtas
Ludimus, & uario tegimus speciosa colore
Quo uulgus penetrare nequit, iuuat alta profundis
Occuluisse locis, ne fortè iacentia passim
Vilescant, magno quæsitum quippe labore
Charius inuentum est, imis quod terra cauernis
Abdiderat, uenit in lucem preciosius aurum
Dulcius ignoto iacuit quæ littore iaspis
In digitos translata micat, sic blandius æther
Post nebulas pluuiamq; nitet, sic nocte fugata
Expectatus adest, & gratior aspicitur sol
Ergo age propositum qua fert nouus impetus urge
Et studijs incumbe sacris, ubi lucida ueri
Effigies alti latitat, quam spiritus acris
Eruet ingenij sensim, scissaq; parumper
Nube per obstantes cernet radiata tenebras.
Hoc iter ingresso, magnum tibi munere paruo
Auxilium conferre uelim: Transmittitur ergo
Seruius altiloqui retegens arcana Maronis
Suscipe tranquillus, nec iam uariante senecta
Lurida permoueat facies, uel turpis amictus.
Frons decet ista senem, dabit hic tibi semina rerum
Pauca, sed immensam segetem, si ritè colantur
Temporibus latura suis, si parua lucernæ
Flamma ualet monstrate uiam sub tempore noctis.
Vnda uel exigui rapidam compescere fontis
Aestiuo feruore sitim, non uilia fortè
Non inamœna pater munuscula nostra putabis

EIDEM.

TErrificas tam magna moues, teq; omnia nosse
Teste probas calamo sapienter quærere pars est
Maxima notitiæ, dubitans agnoscere certè
Multa prius dubitata facis: lux quanta tonantis
Eloqui tenebras alieno in corde serenat
De tenebris conquesta suis, sed uera fatebor
Ingenue, non astrigerum me turbida callem
Permittunt mea fata sequi, non tantus ab alto
Contigit ingenij uigor, hoc nec grauia linguæ
Adde quòd æstatis nocet inclementia, & ingens
Mœnibus augustæ fremitus circumtonat urbis
Non turbas capiente solo, non murmura cœlo
Tam diuersa sonant, gelidis hunc montibus arthos
Angulus orbis habet ditissimus Anglia misit
Hūc procul Oceanus dedit hunc Hispania ciuem
Sic populis confusa nouis, urbs parua redundat.
Quos simul exigui tulit huc spes improba lucri
Partibus ex uarijs, & carcere clausit in uno
Hic ego namq; horum uix impatientior alter
Indignans stomachansq; feror, piget illa referre
Quæ patior per cuncta uagus, strepit obuia turba
Hic gemit, ille canit, ruit hic, leuat ille ruentem
Hic uerbis, hic uerberibus furit, ille quadrigas
Temperat, & fœdo contristat compita cœno
Hac peregrina phalanx, hac pleno calle uiator
Puluerulentus adest, rapidum regit alter habenis
Cornipedem, quem calce ferit, manet ille cruëtus
Immeritiq; bonis premit in præcordia cultrum
Externas terit hic species, atq; ære sonanti
Verberat ille forum, & prætoria litibus implet.
Ille solœcismum ingeminans, & barbara uerba
Examen subit, & trepidat, titubatq; legendo.
Et tremulos ciet ore sonos, hic funus amici
Coniugis hic tædas sequitur, sonat undiq; creber
Malleus artificum solidaq; incude laborat
Hic stupet in triuijs atq; importunus oberrat
Ille cibum tristi poscit sine fine querela.
Singula quid memorē, spes hic mihi nulla quietis
Curiator curis lacerat, quæcunq; reuoluor
Omnia terribili feruent reboantq; tumultu
Hic rerum status, egregium mihi quando poëma
Sufficiet, quando illustres contexere uersus.
Sylua placet Musis urbs est inimica Poëtis.
Hæc inter tam multa petis: quid quærere restat
Ni terræ pelagiq; modum, quot in æquore uerso
Tritones, quot mōstra natant, quot littus harenas
Quot freta pisciculos immensi gurgitis unda
Abscondant, quot sylua regat uolucresq; ferasq;
Quot fumi uomat Aethna glomos, quantasq; fauillas
Hæc mihi nota parum fateor, nec notius illud
Qui status est cœlo, qua sydera lege mouentur
Quando ego per cunctos agilis circumferor axes
Quis dabit æthereas moriturus ut induar alas
Et mundi secreta notem, centrumq; polosq;
Metiar, id paucis (prorsus nanq; ardua res est)
Millibus ex multis hominum uix contigit uni
Inuenies aliquos astrorum arcana professos
Metiriq; ausos cœlum, terrasq; fretumq;.
Ignaros quo nostra tamen corpuscula limo
Subsistant seu quis clausus sit spiritus umbris
Heu furor, heu funesta lues, heu flebilis horror,
Omnia malle hominum quàm se discernere, sic ne
Vltima cura sui est, quam par fuit esse priorem,
Non peregrina quidem, sed me mihi noscere tantum
Iussit Apollinei celebris sententia templi
Meñe Tolomeos Siculiq; ignota magistri
Signa parum fausto descripta in puluere forsan
Sollicitum tractare putas, non ista relinquit
Ocyamors festina mihi, cui tempora furtim
Et rapidos auferre dies mea cura suprema est
Sed cogis si fortè loqui, scio sydera septem
Ire retro æternos cœli frenantia cursus
Cur totidem potius pulcherrima quærere non est
Lumina prærapidos animæ moderantia motus
Principe Sole suo, radijs contemperat orbem
Atq; orientis iter repetit, quo sydere merso

Pallida

Pallida nos terras & frigida possidet umbra.
Fixa quoq; in tergum sensim licet astra moueri
Nouimus, ac magnum compleri cursibus orbem
Nec pudet unius tam paruis finibus anni
Conclusos agitare animis æterna superbis
Immemores quàm uita breuis, quàm labile tempus.
An medium Sol ipse locum teneat ue secundum
Ambigitur medium uirtutis temnimus almæ
Ista Aegyptus Chaldeaq; discrepat omnis
Ista Syracusij ductu senis, illa Platonis
Nititur auxilio, pudeat disquirere quantum est
Sol maior tellure uacat. Mens corpore quantum
Nobilior, meminisse labor: iam fabula uulgi est
Quid Iouis & nate prospectibus astra benignis
Quid ue rubens Martis senis aut glaciale proterui
Sydus agat satius fuerat condiscere quid nos
Quid Deus in nobis ageret, quàm pigra noceret
Sarcina membrorum, seu quos uiolentus Auerni
Tenderet in biuio laqueos, quæ retia raptor.
Cynthia fraternis radijs succensa refulget.
Alternatq; uices, nec surgit & occidit unà
Sæpe etiam sine luce latet renouataq; rursus
Cornibus emergit tremulis, iterumq; senescit.
Mercuriusq; Deum interpres uariabile sydus,
Lætus ut est lætis, sic tristia tristibus affert
Nouimus hæc omnes, animæ illustrator opacæ
Qualis & instabiles motus, crebrasq; ruinas
Negligimus, cui res prosint, noceant ue secundæ
Cui mors læta uiro, cui sit mœstissima rerum
Hic mihi nunc septem cognata stirpe sorores
Obicis has longum proprijs sermonibus omnes
Stringere, tu Senecam ualeat quid quemlibet acrem
Consule sed nosti, nisi quòd me carmine tentas
Illa nouem me uirginibus conserta chorea
Sic curas inter uarias & prælia mulcet
Fortunæ ut fatear placidis me plurima Musis
Debere, ast immensa uni quæ tramite dextro
Subuehit ad superos, utinamq; in tempore sistat
Nunc alio uenerande pater mea carmina flecto
Da ueniam fandi, licuit sermone soluto
Quidlibet amplecti, poteras ibi nempe uagari
Et labor unus erat, sed si iuga prendere dulce est
Parnassi & uiridi substringere tempore lauro
Incipe carminibus leges adhibere modumq;
Syllaba liberior discat pede carcere certo
Neu pudeat tenui tempus consumere cura
Maximus Augustus domito tribus orbe triumphis
Pyerios cantus, & amœnas miscuit artes
Nobilis ille animus, qui mundi frena subacti
Quiq; Duces populosq; manu Regesq; tenebat
Fortunæ dominus geminæ, uitæq; necisq;
Subdidit imperium Musis, capuloq; regentes
Transtulit ad numerum digitos, inhiansq; notauit
Quem correpta locum, quem syllaba longa teneret.
Carmen adhuc superest quo Cæsaris atq; Poëtæ
Maiestas studiumq; uigent, semperq; uigebunt,

EIDEM S.

OBruor immensa rerum sub mole tuarum
Et fragiles humeros onus importabile frangit
Quere pares animos alibi mihi paruus ab astris
Spiritus, atq; inopis piger impetus obrigit oris.
Dij tecum uberius, quoniam tibi conscia cœli
Vox adamantina est, calamus quoq; ferreus omnes
Promptus ad insultus, pleno tibi carmina cornu
Copia suppeditat, uersus breuis hora trecentos
Et septem decies excudit, longa quid ergo
Quot daret una dies, quod mensis & integer annus
Multiplicare labor mihi paucula carmina Phœbi
Solstitiale iubar sub tarda crepuscula sæpe
Traducant, sic tota dies consumitur, at qui
Posteritatis honos animum & uentura nepotum
Iudicia exagitant, liberrima uerba tremisco
Ac uereor iaculis multorum occurrere inermis
Non precio, non blanditijs, nec amore nec ulla
Arte satis tutus, nisi me spectata futuris
Scripta tegant, quum iam sparsus cinis iste sepulchro
Officio spoliata suo cum lingua iacebit
Et calami spes omnis erit sic insita menti
Segnitiesq; metusq; moræ sunt causa, nec unquam
Scribere concipio, quin secula cuncta paranti
Occurrant tibi fortè oculis implesse legentis
Est satis atq; alio famam tibi calle parasti
O fœlix maiore animo studijsq; sequutus.
Ipse obscurus ero, proprio nisi carmine noscar
Hinc timor, hinc studium decies dum scripta relegi
Hæreo contineoq; domi, prohibensq; uagari
Arceo, tum licet ingeminas ad limina pulset
Nuncius ac properet uacuum dimittere mali
Dedecus ille meum quam si ferat, huc modò morem
Posthabui certus ueniæ, properata parumper
Ista mihi tibi, sed nimium dilata uidentur.
Scilicet hoc unum disconuenit inter amicos.
At paucis ne multa meis tua carmina forsan
Insultent, tua ne'ue meum lux rideat annum
Pace bona subsiste precor meminisse decebit
Eloquium Euripidis quondam atq; Alcestidis unum,
Sed sileo, subitum uidi stupuiq; poëma
Protinus hic musis tacito cum murmure dixi
Imperat, & totum feruens Helycona gubernat
Metra dein numerans, bis, ter, quaterq; quieui
Calle fatigatus medio, mox singula mecum
Sedulus excutiens socijsq; ex more coactis
Ostentans, unum cunctis mirabile sensi,
Quot uario tot metra gradu nec passibus ijsdem
Sic coëunt, tempusq; petunt mea tecta sub unum
Et tamen incedunt pariter ueloxq; morantem
Expectat, uolucremq; grauis contingere certat,
O utinam nostro quondam tàm larga Maroni
Copia dicendi, nunquam mihi crede laborem
Lentus inexpletum seros, traxisset in annos.
Nunc lætar doleam'ne prius natura Poëtam
Pertulerat, sed iura nocent ciuilia musis
Distrahiturq; animus, sed enin fragmenta benigni
Sufficit ingenij studijs conferre Latinis.
Arripe tu calamum, dextramq; armare potentem
Iliados famam & præclaram Aeneada uictor
Nec longus uicisse labor post terga relinques
Hactenus hæc: quæsita tibi tua diues habeto
Nescio quid perplexa uelint sphyngosq; nulli

Aedipode soluenda reor, tibi peruia soli
Hinc seu mille nos uersus, seu millia mille
Fundat inexhausto ueniens & pectore flumen
Quamuis pulchra quidem: quamuis sint ampla relatu
Ni placeant paritate pedum, serieq; modesta
Dulcia ni fuerint animosq; auctura: silebo.
Nec numerare uelim, numerus tua cura decusq;
Sit licet, & celeri placeas tibi nempe Camœna.

Clementi VI. Romano Pontifici, S.

SPes mihi longa nimis pater ô sanctissime patrum
Obfuit, expectans senui, sponsumq; morantem
Increpitans, reuocansq; domum, non litera supplex
Eualuit mouisse loco, non ora relictæ
Coniugis, aut lachrymæ quotiens sibi tristis & amens
Occurri, gemituq; genas madefacta recenti.
Heu Parthis miseranda prius quàm chara marito
Qui mihi labenti in cineres & sæpe roganti
Auxilium aut seræ saltem solatia mortis
Nil nisi blanditias tempusq; trahentia uerba
Reddidit, ac miseram tenui spe pauit amicum
Nunc reditum morbus, nunc quæstio lenta retardat
Quid uideant animæ fœlices, corpora postquam
Exierint nunc perplexas componere leges
Aut mores formare nouos, nunc destruat arces
Aërias, cœloq; pares attollere turres
Interea dum multa parat, dumq; ultima semper
Cura mei externis nimium, dum torpet in oris
Tempus abit, fugiuntq; dies morsq; impia tandem
Abstulit æterna præfixum lege tributum
Sic uiduæ uiduata domus. tenebrisq; tenebræ
Accessere meis, sed enim miserata superne
Te pietas diuina mihi seruabat egenti
Sæpe dolet mens cæca hominum, trepidatq; gemitq;
Est ubi gaudendum, rumor modò mortis acerbæ
Intulit haud merita subitum pietate dolorem.
Mox superaduenients miseræ mihi nuncius alter
Detersit lachrymas, atram deponere uestem
Iussit & eximio fœlicem coniuge dixit.
Obstupui auditis, & uix bene credula ueri
Multa sub ambiguo uersabam pectore mecum
Gaudia non capiente animo, certissima postquam
Nuncia magnanimi nomen Clementis ad aures
Fama tulit nostras timui ne læta repentè
Opprimerent fragilem nimia dulcedine mentem
Lætior haud charo genitrix fuit obuia nato
Quem periisse truci quondam sub Marte putabat
Ergo iter arripiens glacialem transuehor alpem
Lætitiam minuente uiam, & mulcente laborem
Ante pedes uentura tuos, dulcissime coniunx
Alme parens miserere precor, nostramue querelam
Suscipe, neu uiduam sponsæ patiare senectam.
Non ignara quidem, nec rerum nescia ueni.
Est mihi longinquæ fateor telluris origo
Et patriæ prædulce solum, seriesq; iuuentæ
Est aliis traducta locis, sunt agmina Regum
Chara nec exiguos tibi Gallia iungit amicos
Hæc nocitura mihi poterunt fortasse uideri
Sed sponsæ superabit amor, pietasq; decusq;
Sedis honoratæ, quanquam tibi protinus uni
Omnia subiaceant dominum licet ultima norint
Regna suum, Herculeis qua consignata columnis
Hellespontiaco tellus distinguitur æstu
Hæc tamen est tua prima domus, tua maxima sedes
Quam sacri tenuere patres, quam corpore Petrus
Innocuo parili quàm clemens nomine pressit
Tu clemens qui Petrus eras hanc cernere sedem
Nonne uoles, cupiesq; caput contingere mundi?
Nonne pedis iuuat in solido uestigia saxo
Fixa salutiferi, faciemq; agnoscere Christi
Vel quæ fœmineo seruatur condita panno
Vel populo quæ uisa olim sub uertice templi
Emicuit perstatq; minax horrore uerendo
Quid referam nostræ cunabula parua salutis.
Et sacros postes, ubi rerum conditor ingens
Conticuit somnos blandè suadente Maria.
Lac quoq; uel puero optatum, uel uirginis almæ
Læue puerperium, puraq; ex carne recisam
Particulam infanti, preciosaq; fragmina uestis
Et custoditos in secula nostra capillos
Quid digitum agnetis, & nunc quoq; fulgidus ornet
Annulus imposuit cupida quem mente minister
Prorsus in ardescens sacroq; assenserit illa
Coniugio, ac tali placarit fœdere flammas.
Quid Petri trepidantis iter dominiq; monentis
Occursu posuisse fugam, & rediisse uolentem
Compresso terrore senem, cunctisq; paratum
Exequar? ipse oculis spectacula pulchra uidebis
Extat opus, laterisq; tremuit domus arca caduci
Et testis pictura rei, cui maxima quamuis
Causa nocet celerans impendet sæpe uiator
Nec se uicta quidem, sed uiuos cernere uultus
Colloquiumq; audire putans, & territus hæret
Tristis imago Dei. Romana palatia uersus
Tendit enim contra ille humilis similisq; precanti
Flectitur, & pauido gradientem suspicit ore
Si mortis se cura igitur uestigia flexit
Ille retro, nec pertimuit tormenta crucemq;
Me repetens, tu quid dubitas, cui dulcia mecum
Omnia, cui placide patet augustissima uitæ
Conditio, & summi tranquillum, culmen honoris
Quid capita hercum memorem, claramq; Ioannis
Ore cicatricem rigido, duramq; Leuitæ
Craticulam, & gemino fœcundum martyre bustum
Collegæ cessisse locum, quo maximus hospes
Traditur, immotis ubi nunc amplexibus ambo
Fœlices sine fine iacent, quis cuncta Calisti
Funera dinumeret, cumulis surgentia miris
Osseus est paries, illic ubi terra cruentis
Imbribus & sacra distillant tabæ cauernæ.
Quis ue uaticano latitantia corpora claustro
Expediat, quæ sume parens agnoscere coram
Quid nisi cœlestis fuerit regionis imago?
Condita quin etiam supremo mœnia monte
Aestiuæ niuis indicio, delubraq; partu
Obruta uirgineo, & fontes torrentis olini
Ac Tybridos commixta uadis noua flumina cernes
Quasq; dedit scatebras Pauli sanctissima ceruix
Dulcis aquæ, quo siluester latitarit in antro

Quæ Constantino species oblata Deorum
Insomniis, muco quas idem marmore crustas
Liquerit infamem monstrato gurgite morbum
Propellens, ut cœpta Deo lis teste quièrit
Quod Magus infando maculariter corpore saxum
Fluxerit offenso, quisnam de numine sanguis
Quasq; sacer tellure cruor, quis uindice cœlo
Sanctorum capitum per maxima mœnia fures
Nexibus implicuit foribusq; auertit apertis
Ac trepidos meritam ad mortem circumtulit error.
Non ego nunc Aron uirgam, nec fœderis arcam
Nec testamenti ueteris mea pignora, quot sint
Quotq; noui monimenta sequar, prius astra serenæ
Noctis, & Oceani numerò stringentur harenæ
Illa libens sileo quæ sponso magna minori
Quæ uel prima florent, tam multis clara triumphis
Limina, tot celebres domitis regionibus arcus
Insculptosq; Duces inscriptaq; marmore bella
Ista nihil motura animum, & uulgata relinquo
Hos quidem ex multis reor admiraberis actus
Cæsareos, ut Tarpeio uestigia colle
Fatidicæ quondam ductu montisq; Sybillæ
Presserit Augustus Cæsar, uisoq; feratur
Obstupuisse Deo, quid tum nisi talia uoluens
Alme puer, decus æthereum, stirps certa tonantis
Ista tibi simul atq; tuis urbs inclyta semper
Præstabit sedem, cœliq; uocabitur ara
Iste locus, surgens matris sub nomine templum
Tu dominum rerum, charosq; habitare nepotes
Omnipotens hac arce iube populosq; subesse,
Atq; Duces, ualidasq; urbes, Regesq; superbos.
In manibus Deus ecce tuis, & Fata locarunt
Profuerint ue preces, an sparserit irrita uentus
Tam pia uerba Ducis, quem tu de pectore nostro
Percinctos age cœlicolas auerte pauorem
Nobilis ætherei superest natiq; patrisq;.
Vltio terrigenis nato commissa patriq;
Cuius non animum moueant tam grandia rerum
Nomina sub nostras Hierosolyma ducta secures
Vilis & Ausonia uenalis turba sub hasta
Nec minus admirans Romani frena tenentem
Principis accipies uiduam natiq; perempti
Poscere uindictam, simul illum fronte benigna
Impendere pium miserè dare uerba gementi
Pollicitis captare moras, nempe ipse reuertar
Lege caput fontis feriam. Contra acrius illam
Obniti, & cohibere manu, Spes ista futuri,
Qui nisi fortè redis, meus hæc successor, honori
Quid uirtus aliena tuo. Qua uoce coactum
Sistere prærapidas acies & figere signa.
Nec prius auerti quàm iusto colla nocentis
Supplicio afficeret, lenito pectore tandem
Fœmineo tenuisse uiam, uictricibus astris
Quo meritò infernis ualida prece captus ab umbris
Nunc fœlix cœlo fruitur, nec fortius ullo
Exemplo flectendus eris, pro coniuge supplex
Aduenio, ne temne preces, neu debita differ
Tempus in alterius. Quid quod prius ipsa placebam
Quam tibi uincta forem. pigeat nisi uera fateri
Et nisi sordet inops, uetus est nisi nupta pudori
Congressus optare meos faciemq; solebas
An uerear ne chara minus tibi sim tua, quam dum
Alterius fueram, uulgi mos iste prophani
Insperata petit cupidè, possessa relinquit
Et probat, & damnat temerè, & fastidit, & ardet.
At tibi mens alta est, nunquam uulgaria tanto
Corda dedit natura uiro, cur publica differs
Gaudia? cur cessas tibi me mihi redde quietem
Italiæ mundoq; decus, finemq; malorum.
Quem si fata uetant, absentem prospice saltem,
Et memor esto mei, nutant ingentia longo
Templa situ, lassisq; tremunt iam mœnibus arces.
Prætenduntq; grauem nullo reparante ruinam,
Rara mihi ueteres superant insignia formæ
Effigiesq; antiqua perit, uix illa putatur
Si propè conspiciar, sic me fregêre labores
Assidui, longusq; dolor, uiduumq; cubile
Coniugibusq; orbata domus, tot tristibus una
Maiestas inuicta uiget, sintq; omnia postquam
Obruta, supremis inerit per secula saxis
Est mihi sacra domus gemino fundata Ioanni
Heu dolor, heu pietas, heu uersus ad arma uetustæ
Relligionis honor, flammis absumpta nefandis
Tecta diu neglecta iacent, succurre, nec ultra
Nix sacrum premit alta solum, pariesq; nec imbri
Nec uento assiduè circum quatiante fatiscat.
Impleat hic factis meritum Clementia nomen,
Et tua tangantur nostro præcordia damno
Quod quondam caput exanimis miranda relatu
Vera tamen memoro, & pallentia contigit ora
Quo furibunda die sanctis incendia muris
Hæserunt tremefacta nouo pia turba tumultu
Et circum sua damna frequens afferre parabat
Auxilium frustra nanq; hinc uiolenta fauillas
Hinc sumi per inane globos simul aura ferebat
Arcebatq; aditu, iam tum penetralia raptim
Dum uacuat trepidus pereant ne cuncta sacerdos
Pancratii caput exulerat, mediosq; per ignes
Gestabat uoti compos, generosa suppellex
Splendidior gemmis, rutilo preciosior auro
Sanguineo sudore palam lachrymisq; uicissim
Largiter interea monstrum memorabile semper
Manebat, proceresq; & turbam exterruit omnem
Testis adest populus. quid spem mihi præripit ergo
Lumina uiua negent lachrymas quas protulit horrens
Sinciput, & sicci stillarunt uerticis ossa
Quin & Achillei, & socii domus inclyta Nerei
In titulos erecta tuos suprema minatur
Arcus effigies, sed adhuc specimenq; superni
Quatuor alterno radiant splendore columnæ
Ille etiam suprema tremunt, custode sine ullo
Auxiliumq; tuum expectant, miserere, nec illam
Celsior arx memori tulerit de pectore sedem.
Non etenim nostro quamuis cœlum omne tonanti
Pareat, astrorum quamuis regat ille meatus
Neglexit terras ideo, rerum ue minorum
Cura fugit meminitq; sibi quæ cunabula mundus
Obtulit infanti, quidnam uaga præbuit unda
Obsequii. Quid terra manens, quid flamma, quid æther
Nec tibi iam cœliq; gradus & summa tenenti

Excidat affatus ueteris cognominis unde
Vectus es ad superos: solio saluator ab alto
Spectat Auentini dissectum uertice templum
Teq; parum fausti succurrere mœnibus orat
Infinita sequor. Quot sunt mihi tepla, quot arces
Vulnera sunt totidem: Crebris confusa ruinis
Mœnia relliquias immensæ & flebilis urbis
Ostentãt, lachrymasq; mouẽt spectantibus his tu
Affer opem, qui cuncta potes, cui debita soli
Nostra salus, uiduæ casus miserere malignos
Hoc unum post multa precor, breuiore recursu
Annus eat redeatq; sacer, mundoq; salubris
Stat morbis medicina patens, sit proxima culpæ
Spes ueniæ pelagusq; graui iactante procella,
Sit prope naufragium portus, ne littora longe
Dum petimus miseri mediis moriamur in undis.
Nam quis ad extremæ longissima tempora uitæ
Peruenit, aut æui centenos conficit annos?
Non modò tantorum corpuscula nempe dierum
Præstat iners natura homini, præteruolat ætas
Viuimus & morimur oculi trepidantis in ictu
Ergo retro metam statuas, quæ crimina mundi
Diluat, absoluatq; reos, & uincula soluat
Nec noua res petitur, nec scriptis dissona sacris
Quæ tibi nota uni, nisi me tua fama fefellit
Certè ego commemini, dũ quinquagesimus annus
Sanctus in orbe fuit, dominiq; hæc iussa notaui
Sanctificabis eum, qui noxia cuncta remittet
Et iubileus erit, scis quid loquor, annue tandem
Quod tua Roma gemẽs genubusq; affusa precatur
Nam mihi deuotas quãdo omnia regna cateruas
Transmittent, Italisq; pluent à fimbus urbes
Lumina sanctorum cupidamq; inuisere matrem
Tunc dominum licet absentem complexa uidebor
Ipsa meum, dulces genitrix ueluti anxia natos
Coniuge longinquo circum sua pectora cernens
Seq; uirum spectare putans complectitur illos
Quos uidet & presso suspirat conscia uoto
Sic ego conspiciens quorum sumus ambo parentes
Meq; lares q; meos solabor prole frequenti
Perdita possessis mulcens & tristia lætis

Nicolao Alfinensi Siculo, S.

PArthenopea mihi quondam dulcissima sedes
Nunc animo, sed amara eadem nimiumq; molesta est
Atq; oculis inimica mei, hic nempe solebant
Cernere magnanimi fulgentia lumina Regis,
Quem modo nequicquam mors abstulit atra requirunt
Seu feror in thalamos, solio meditorq; sedentem,
Seu dum templa peto sacras acclinis ad aras
In mentem sacer ille redit, seu uertice ab alto
Qualis erat dum multa loquens mulcentia cœlum
Doctorumq; animas hominum spectabat in undas
Seu grauiter uiridi ludentem in gramine cerno
Ambiguosq; simul populorum absoluere nexus
Et corpus recreare suum, seu sobria festa
Lætaq; largifluæ memim solennia mensæ,
Seu dum bella parans uictricia feruidus arma
Corripit ætatem supra senioq; resistens,
Seu dum forte uagus magnæ per mœnia fertur
Vrbis, equo residens niueo procerumq; suorum
Larga acie cingente latus, populoq; fauente.
Demq; quicquid erat recolens quocũq; reuoluor
Horrorem locus omnis habet, uix alma relictæ
Coniugis ora tuens gemitum ratione repressi
Heu quanto spoliata bono, quo fulgure rapto
Quas tenebras heu iussa pati, uicinia planctu
Sola parit misero domini solamen adempti
Hic effusus enim & uario sermone iacentem
Compellens, de more queror nihil ille uicissim
At mihi libertas superest spaciosa gemendi
Iam fletu saxum omne madet, si longa manendi
Fit mora, consumet lachrymis ut Byblida turpis
Sic me iussus amor, sed tu miserere fugæq;
Autor ades, meq; his tandem eruc pœnis.

Barbato Sulmonensi, S.

IAm mihi Parthenopẽ, sic Rex iubet altus olympi
Inuisam mors sæua facit, mea gloria quondam
Nunc domus exilij est, miser hic reperire uidebar
Posse mihi requiemq; mali geminusq; leuamen
Addidit heu lachrymis stimulos alimenta dolorũ
Ipse letus crucior, mecum quoq; fessa laborum
Flet regio, quoniam cupidis euanuit ingens
Sol oculis fusceq; diem sub nube reliquit
Nunc mihi syderum dolor est nouisse Robertum
Aut uultum spectasse polo terrisq; uerendum
Quo subitò carituras eram, nam dulcis amanti
Frons memori sub corde nitet, nec regia desunt
Munera quæ luctum renouãt facientq; perennem
Linquere dilectas terras & littus amatum
Consilij mihi summa fuit Regina benigno
Alligat imperio, sibi me parere sepultus
Ille iubet, fuerat nostri cui summa potestas,
Sed dum iussa sequor noctes cunctando dies q;
Præteriit mihi tempus iners, non carminis ullæ
Cura sacri, nullo sparsas modulamine Musas
In gyrum reuocare iuuat, libet usq; uagari
Mœnia dum fugiam, dominiq; palatia rapti
Te comitem mens ægra cupit, non dulcior alter
Colloquioq; graues mulcere potentior aures
Et mihi Pyeridum studium, tibi cœlitus oris
Spiritus altisoni, titulus ne despice uatis
Te manet extremo, uertis nisi terga labori
Quod uereor minimum, calamum precor ergo parumper
Pone fatigatum, & propera, neu forsan amicus
Pes iter ignotum trepidet, dilecta Lieo
Littora, quæq; biceps aperit iuga celsa Veseuus
Sit satis aspexisse procul, cui flammiger olim
Fumabat uertex, Siculæ uelut æmulus Aethnæ
Obruit infausta Pleiadum membra fauilla
Insula nec capreæ placeat: nam præripit Auster
Aequora permiscens aditum, nec longius ire
Hinc habitus promissa dies, tempusq; propinquum
Hinc dominæ mandata fiunt, uicina Maronis
Busta tui, ac tanti cinerem mens certa Poëtæ
Siquis adhuc superest longis inuictus ab annis
Visere & horrifico pertusum tramite montem

Barbato

Barbato monstrante meo, Baiasq; tepentes
Lucrinq; situm, faciemq; informis auerni
Vnde iter ad stygias sedes, inamœnaq; torui
Sceptra ducis, si uera canunt, mihi sæua uidere
Hostia sufficiat, neu tristia limina tangam
Eminus ostendens digito, quo calle profundas
Aeneas transnauit aquas, comitante Sybilla
Cui socium commisit humo nomenq; sepulti
Quis modo collis habet ueteri mihi cognita fama
Pars etenim, iussu quondam pars altera regis
Visa quidẽ propere, quoniam dum dulcia semper
Flumina uerborum sitiens sequor ipse suorum
Defuit incœpto spacium periisse putabam
Tempus ab illius facie quodcunq; fluebat
Longius inuidit nostra fortuna quieti
Præcidit q; moras, nec dum satiatus ab illo
Distrahor, hinc fœlix paruo quod tẽpore quanquã
Haud alio permixta fuit mea sacra uoluptas.
Præterea partem in pelago cupidissimus hausi
Multa mihi rauco puppis memorante magistro
Nil nisi Misenum toto cum littore nosset
Pars scriptis credenda fuit, tu cernere coram
Cuncta dabis rariq; diem mihi muneris instar
Solis ad occasum tribues peregrinus ad ortum.

Nicolao Alfienensi S.

IMmemor haud uestri quamuis me longa uiarum
Tædia per dubios casus nimiosq; labores
Mente fatigatum potius quàm corpore tandem
Reddiderint patriæ, pes ut sua presserat arua
Dextra labans calamũ rapuit, sed magna parantẽ
Viribus exiguis, oneri succumbere par est.
Qui solem lippis oculis tentare putabam
Lumine confusus stupui tua iussa preces q;
Tangebant, urgebat honos meritumq; peremptũ
Regis & assurgens signarem carmine bustum
Ingenium tardabat mers, res maxima Regem
Et Siculum laudare satis, stupor ora ligarat
Cunctantem, pungebat amor quid multa coactus
Grande opus aggredior, paucis perstringere uerbis
Sed dum cœlestem mortali carmine famam
Prosequor, eloquium medio me liquit in actu
Si breue, da ueniam, quòd si te iudice forsan
Augustum uerbosa prement epigrammata marmor
De me superuacuum me permittente, tuoq;
Temperet arbitrio titulum mensura sepulchri
Demq; uersiculos quos mens lachrymosa peregit
Qualescunq; putas placido precor aspice uultu,
Si tibi charus erat, quem mors modò tristis abegit.

EPITAPHIVM ROBERTI, HIerusalem atq; Siciliæ utriusq; Regis, Fran. Petrar. V. C. Authore.

HIc sacra magnanimi requiescunt ossa Roberti
Mens cœlum generosa petit, nunc gloria Regum
Interijt, nostriq; ruit decor unicus æui.
Militiæ flos summus erat, specimenq; uetustæ
Indolis, egregius bello, sed pacis amœnus
Hoc duce Barbaricum poteras Hierosolyma collo
Excussisse iugum, poteras hoc arma mouente
Pellere pestiferos Trinacria serua Tyrannos
Rex erat ambabus, mors impia clausit utriq;
Libertatis iter, meritò gemis utraq; tellus
Seruitio damnata fero, hæc gratia linguæ
Nec miror ingenij laus, hũc quam gloria dextræ
Extulerat, siluit sacræ tuba maxima legis
Qui superest alius naturæ conscius usquam
Herbarumq; potens, nitidi spectatur olympi
Morte sua uiduæ septem concorditer arces
Et Musæ fleuere nouem, dulcedine morum
Angelicus factisq; fuit, patientia templum
Pectoris huius habens illo pereunte peribat
Omnis in hoc uirtus secum iacet orba sepulchro
Acceptus fuit ille Deo, uenerabilis orbi
Transcenditq; hominẽ, gemitu prohibẽte maligno
Digna nequit calamus tanto præconia Regi
Reddere, sed terras canit hũc sua fama per omnes
Aeternumq; canet nullum tacitura per æuum.

Gabrieli Zamoreo Parmensi S.

SOlus eram, dulcisq; aberant mea cura sorores
Castaliæ quas morbus iners à limine longè
Expulerat nostro, patriumq; Helicona tenebant.
Cura animum, scabies dextram importuna uagantem
Huc illuc uersabat agens, lux alma quietem
Nulla diu dederat, tacitæ nec tempora noctis
Absq; dolore truci, nec somnus amicior umbris
Transierat, calamusq; piger, squalensq; papyrus
Puluereoq; obducta situ & manus ægra iacebat
At rari stratis aderant ueteresq; libelli
Inuisi medicina mali, titulumq; secutus
Illustrem, Ciceronis opus, finesq; bonorum
Attigeram, tanta implicitos caligine rerum
Vt misi diuini qua lux intermicat oris
Hanc patriam errorum uarijs ambagibus illo
Tempore possessam fatear, sed latius ista
Sunt alio tractanda loco, nunc uertitur unde
Sermo abijt, sic ergo inhians auiduq; notandi
Quid sylua in tanta pugnantia multa loquentum
Verius hærebam chartis tacitisq; manebam
Meq; ipsum, curasq; alias ob litus inanes
Cum mihi uisus enim uolucres audire Camœnas
Et redij spectare chorum, dulcedine mira
Impleor, ecce autem tua dilues epistola blande
In gremium delapsa meum nisi fallimur inquam
Hæc fert grande aliquid reditus sic ille sororum
Improuisus enim sic nominis ampla meretur
Fama tui, nunquamq; alias, uox consontia uulgi
Nam facies mihi nota parum, nec aperta fefellit
Nec decies perlecta quidẽ, tamen ora legentis
Inuasit pudibunda rubor, testesq; uocaui
Pierides, mihi tam magnæ præconia famæ
Non optata quidem, nec debita sufficit unum
Parnasi tetigisse latus, collisq; supremo
Vertice præclaros procul aspexisse Poëtas
Si tamen asperior ferias fortuna dedisset
Nec mundus strepuisset iners fortasse parumper
Ascensurus eram nunc me super astra locantem
Irridere putem, nisi te tua cognita uirtus

Suſpitione leuet, ſed in his non immoror ultra
Nam laudes damnare ſuas peruerſa uoluptas
Eſſe ſolet multis, dum quod fugiunt́q; negant́q;
Calle petunt alio, quoniaḿq; hic pondere paruo
Prægrauat inualidum calamus, creſcenśq; fatigat
Iam tremulã ſcriptura manũ ſtat claudere carmen
Prora fretum, facilem puppis iam ſpectat harenam
Fœdus amicitiæ, uotis mihi nempe petendam
Expoſcis, uereor ne quid modo fama uetuſto
More loquax mentita tibi, præſentia uero
Neu faueat noceat́q; mihi tamen ecce precantĩ
Occurro, cumulóq; preces, tu uideris ante
Quæ cuperes quã parua forent, contra ipſe ſecũda
Sorte fruar, cui mille dolos, cui mille rapinas
Vulnera mille uolens tanto pro munere dono
Vt́q; animi tibi ſigna mei manifeſta pateſcant
Mittitur errorem quæ purget epiſtola certũ
Nuncia, quàm fragili conſcendimus alta uolatu
Reḿq; ſupergrediens quantum ſpes pectus amici
Luſerit hæc autem intrepidus iam factus amoris
Iuditij tam tutus ago, nam ſera profectò
Quos ſemel elegit damnat ſententia mores
Partius aut ſolito, ſed dilige certior ergo
Vt ſumus abſimili quamquam ſecernimur aſtro
Nec facilis, nec uoce pares diuerſa ſub unum
Mittit enim duo colla iugum qui maxima paruis
Aequat amor, Regem ſeruis, inopeḿq; potentis
Hic catulum magno commendat ſæpe leoni
Hic olim Auguſto Flaccum dedit at́q; Maronem,
Euripidẽ Archelao, nec Barbarus obſtitit horror
Iuſſit & ut noſtro rudis Ennius ille placeret
Scipiade in patrem lauri uenturus opimæ
Et uitæ mortiśq; comes, cuſtośq; ſepulchri
Hoc Duce ſi tantis ſim connumerandus, amauit
Me quóq; Rex regum fuerat dum uita Robertus
Et modò magnanimus humilem non deſpicit iſte
Deníq; fœderibus ligat hic elementa polośq;
Herbis conciliat pluuias at́q; aſtra lapillis
Vallibus hic montes ſociat terraśq; profundo
Hic homineḿq; Deo & cœlum connectit auerno.

ZOILO S.

DIſtrahis at́q; animum curis melioribus auſers
Et calam peruertis iter, fuerat́q; tacere
Cautius, at ſtimulis reſidem pungentibus urges,
Da ueniam, ſi uera loquor, licet aſpera dictu
Cogor enim, ſtudijs emitur, ſequituŕq; laborem
Laurea perrarum decus, at́q; hoc tempore ſoli
Speratum optatuḿq; mihi, quis neſcit agreſtum
Præmia poſt meritum, pudet hoc dubitata diſerto
Si dubitas uere, quod ſi tentare libebit
Certe alio tentandus eram tibi fortius ictu
Vt quaterer, quid enim lux ergo nouiſſima forte
Expectanda fuit iungendáq; pompa ſepulchri
Ac pretium ſtudij, ſi debita fine laborum
Laurea non aliter, non hanc Aeneide ſacra
Virgilius meruit non qui Pharſalia tempe
Sanguine compleuit Latio, licet ille negato
Calle petens, alia tulerit ratione repulſam
Cognita commemoro, quid? quod ceu ſponſa decoram
Arguor Hæmonia lauro geſtaſſe coronam
Florea uirginibus ſunt laurea certa Poëtis
Cæſaribuśq; ſimul paŕq; eſt ea gloria utríq;
Arguor improprie, ſed quid uir prouidus addit
Vidimus ornatum lauro, quem protinus inquit,
Non prius audieram uelit omnia pulchra relatu
Audieris, quàm multa mihi licet ampla tibíq;
Non audita putas, nam quantula portio rerum
Vnius ingenij laus eſt, decet alta modeſte
Cernere ſǽq; prius, ſed enim mea carmina nunquã
Sunt audita tibi, uerum legit illa Robertus
Conciuis meus egregius, quem Iulia noſtro
Tempore Parriſeos ſtudiorum tertia nutrix
Suſpicit, & toto uenerantur ab orbe magiſtri
Tuſcus & Aeneas legit, & Rainaldus in antris
Altus Apollineis, ingens legit illa Ioannes
Barbatus legit illa meus, ſocij́q; fideles
Auribus excipiunt cupidis & pectore ſeruant
Vt cunctas linor, ſeu ſors obſtruxerit aures
Ipſe mihi Muſiśq; canam plauſoŕq; pudendus
Ingenij nec frena mei, nec calcar habebit
Cur redit in dubium totiens mea laurea? nunquid
Nõ ſatis eſt meminiſſe ſemel? decuitne per urbes
Circumferre noua uiridantia tempora fronde?
Teſtaríq; greges hominum populíq; fauorem
Infami captare uia? laudarier olim
A paucis mihi propoſitum, quid inertia uulgẽ
Millia contulerint, quid murmura uana theatris?
Ergo ne Trinacrio minor eſt mihi carmine Regõ
Gloria quàm turbæ paſsim placuiſſe furenti,
Regináq; minus capitolia profuit urbis
Scandere, quàm uacuas luſtraſſe paludes
A uia quàm nemorum rudibus quàm rura colonis
At́q; inopes ſparſaśq; caſas, incognita noſtro
Carmina noſtra foro, quid ruſtica mœnia uobis
Obijciunt, quo ire fremunt, ſatis eſſe putauit
Terrarum petiiſſe caput, qui uictor in arcem
Signa tulit ſumma ſecurus ſede quieſcat
Extremas ni forte iubes ambire cloacas
Fingentem obſcœnis uictricia poſtibus arma
Noſcor ubi placitũ, laudat mea carmina Tybris,
Parthenope ſtudioſa probat, nec terra Naſonis
Reſpuit aut Flacci, nec qui Cicerone ſuperbit
Ciue ſimul Marióq; locus, nec Gallia noſtri
Inſcia, nec Rhodanus, quid inepta Colonia tantis
Vna nocet titulus, fului cui gratia nummi
Ventris amor ſtudiuḿq; gulæ ſomnuśq; quieśq;
Eſſe ſolet potior ſacræ quàm cura poëſis.
Mantua Virgilium genuit, Verona Catullum.
Et Plinios noſtrośq; aliquot ſeruauit in annos
Vrbs Antenoridum quantos celebrauit alumnos
Nũc, quõdã numerare labor, quot Cimbria nuper
Secula Pergameum uiderunt noſtra Poëtam
Cui rigidos ſtrinxit laurus Paduana capillos
Nomine réq; bonum Latij́q; in finibus orbis
Pierios animos alpis tulit ora niuoſæ
Parma æuo collapſa ſui monumenta Macrobi
Oſtentat, uetus uſ́q; nouo me carmine ſaxum
Nobilitare iubens, eadem nec degener urbe eſt
Caſſius has inter docta urbs tua ſola gerebat

Vate diu preprio, niſi te ſibi fata tuliſſent
Purgantem patrias calami ſplendore tenebras
Longáq; carnificis abolentem obliuia terris.
Cauceſeum Romana iugum tranſcendere fama
Diſtulit, Europæ iam tunc Aſiáq; tremenda
At mea quod ueſtræ nondũ ſit cognita plebi
Ceu tenebris damnata iacet, ſi redita pridem
Eſt ratio reddenda iterum, noua gloria Regum
Rex Siculus cœlo pro me reſpondet ab alto
Qui modò dum terris habitat mihi numeris autor
Maximus inſoliti famam inuidiaḿq; relinquit
Adijciens cauſam, quòd opuſcula iudice tanto
Noſtra forent tanti, melius ſibi cognita forte
Quam tibi, nocturnas ſtudijs grauioribus horas
Surripiebat eum uigilíq; ingeſta lucernæ
Immemor interdum, cœnæ ſomníq; legebat
Méq; tibi ignotum tanto dignatus honore eſt
Vt procerum primis ſub regia tecta uocatis
Plurima noſtrarum caneret præconia laudum
Vera utinam, quàm uera tamen Rex uiderit ipſe
Quin etiam magno pro munere petita eſt
Africa noſtra ſibi memini ſuprema benignus
Oſcula, & heu nunquam fatis iteranda parabat
Quum duo dona pio placidiſſimus ore poposcit
Obſtupui, quid enim immenſo donare puſillus
Foſſe uidebatur, ſed quid niſi carmina uellet
Largus opum, diueśq; animi & uirtutis amator?
Carmina menſuræ ſedem tribuentia famæ
Hoc petijt primum, pectus calamuḿq; pudenter
Excuſo, fragileśq; humeros ſub pondere tanto
Inſtat ab aduerſo, dubio lis fine reſedit.
Conceſiſſe ſibi ut uidear mihi prima negaſſe
Proxima dona libens tribuo cui dignius aulæ
Scipiade mittendus erat, at perfida & altis
Inuida principijs illum fortuna repentè
Suſtulit interea, nunc tanquam lumine rapto
Neſcius in tenebris liber eſt: quo flectere curſum
Cogitet & toto nullum uidet æquore portum
Heu cineres buſtuḿq; petet, qui turbine quanquã
Dilatus uario, multos abſumpſerit annos.
Si foret hic ueſtram tantum mittendus ad urbem
Iam ſatis exornatus erat mihi crede ſupeŕq;.
Sed dum multa timet uenturáq; ſecula terrens
Hæret adhuc tacitus, cuius ſi laurea ſerum
Expectaſſet iter quod mens præſaga timebat
Mortis ab inſidijs iam circumuenta fuiſſet
Hinc prior ille abijt, cuius poſt funera nullum
Examen ſubiturus eram, nam maximè nondum
Tu mihi notus eras, fateor mea crimina tempus
Anticipaſſe iuuat, quamuis nec pauca uiderem
Scripta mihi iam tum laudari carmina Vari
Nulla meos feriunt oculos, tamen inclyta pectus
Fama ferit, ſcriptis ego ſum tollendus in altum
His ſine nullus ero, nunquid tamen illa probari
Eſt opus & uulgo, titulo caruiſſe Poëtæ
Abieciſſe graues ſpoliato uertice remos
Maluerim & longis latuiſſe inglorius annis
Hactenus hæc noua lis oritur quo tramite uertar
Conquerar an taceam, riſuḿq; refellere riſu
Sufficiat, riſum moueo, ſic uita meretur
Noſtra quidem fateor, ſed nunquid carmina riſum
Promeruere etiam lachrymas quæ ſæpe ſeueris
Extorſere oculis, ſic triſtia fortè uolutant
Nunc mea fata uices, ut qui rorantia uidi
Inclyta Romulei dum proloquor ora ſenatus
Rapis & indomiti frontem pietate remiſſam
Ridear ignauo, proh ſors malefida popello
Altera legitimæ ſupereſt mihi cauſa querelæ
Quis modus audendi, quæ ũe iſta licentia fandi
Tela fremens Helicone rapis, quibus agmina uatũ
Ineptis & noſtros in nos accingeris enſes
Ante alios Flacci, cuius te ſcripta mouere
Occiput ut ſcabitur, tenero nec parcitur unguis
Vate ſacrum decies clam caſtigante poëma
Debuerant, rigidaḿq; notis adiungere limam
Mendaces uocitare quidem inſanośq; Poëtas
In primis furor eſt, mendax́q; inſania, uerè
Vera canunt, aures quanquam fallentia ſurdas
Has etenim ſpreuiſſe licet puerilia uatum
Hinc ſtudia appellas puerilis meptia quorſum
Impulit errantem calamum, puerilia Cæſar
Iulius & toto regnans Auguſtus in orbe
Tractarunt igitur, quædam diuina Poëtis
Vis animi eſt uelóq; tegunt pulcherrima rerum
Ambiguum quod non acies, niſi lyncea rumpat
Mulceat exterius tantum, alliciáq; tuentes
At́q; ideo pueriśq; placet, ſenibuśq; uerendis
Inſanire licet, fateor mens concita clarum
Séq; ſuper prouecta canet, uulgaria oportet
Linquere ſub pedibus, magnũ hic ſubſiſtere nullũ
Cenſuit ingenium, niſi ſit dementia mixta
Iudice qui populo, dicti cognomen habere
Cœpit, & altiſonum liquit poſt terga Platonem
Dixit idem cunctis, quæ tanta infamia uatum
Quo ruis ulterius media nos pellis ab urbe
Sed paulum expecta, iam ſponte recedimus omnes
Et memorum ſecreta placent, turbaḿq; nocentem
Odimus, ac læti campis ſpatiamur amœnis
Hinc quia proſpexit cui primum publica curæ
Res fuit, aduerſor populi uos moribus illum
Moribus infeſtum ueſtris ſtudióq; futurum
Diſcreuit, populo ſtrepitum, rus uatibus almum
Soliuagis, uacuǽq; bonus redit ocia ſyluæ
Liberiuśq; ſolum, nam quæ mixtura perennis
Hos ſtupor attonitos alti caligine ueri
Hos autem mœſtos ſempeŕq; quietis egentes
Turbida ſolliciti tenuiſſent tædia uulgi
Conſultum hinc, illinc, igitur non urbibus acrĩ
Pellimur exilio ſequimur meliora uolentes
Nonne Deum primos olim quæſiſſe Poëtas
Inquit Ariſtoteles, num ſanctos cœlitus aura
Diuina afflatos & munera rara Deorum
Marcus ait Cicero, fautoŕq; domeſticus omnis
Exulet, externi cauſam tueantur honeſtam
At noſtros ni ſi fortè uetas ad roſtra uenire
Vicimus haud dubiè, quis præclariſſima bella
Heroum, moréq; graues & nomina noſſet?
Quis ſtimulis animos ageret per mille labores
Peŕq; altum uirtutis iter, quis triſtia uitæ
Demeret implicitæ dulci faſtidia cantu

Ora forent, quasi muta hominum, si spiritus orbi
Deforet Aonius, uirtus ignota lateret
In se clara licet, studioso{que} impetus omnis
Torperet linguæ nam fundamenta Latinæ
Nulla forent, quibus egregiæ stant sedibus artes
In quibus omne procul uobis ostenditur æuum
Nostra{que} uenturis longum seruabitur ætas
Hic tamen occurret Cherilus, uel Aquinus ait qui
Tempus in infami multum posuere libello
Scriptorum plebeia cohors, sed dic mihi quæso
Quænam turba hominum multos non pascit inertes
Rara quidem ingenij bona sunt semper{que} fuerunt
Semper erunt, paucos altum tenuisse uidemus
Aspice Virgilium, nunquid pueriliter unum.
Terrarum cœli{que} plagas & sydera lustrat
Ista palàm quam multa latet, quid fratribus atris
Aeolus imperitat, aut quid superaddita moles
Montis & ipse sedens sublimi uertice rector.
Quid piur Aeneas, socius quid signat Achates
Quid Venus ambobus mediæ uelit obuia syluæ
Quo peregrina uirum circumdet corpora nymbo
Qua nubem sub nube tegat, quid cantat Iopas
Quid Bithias magno patere bibat impiger haustu
Quid uehat asper equus, miseræ{que} incendia noctis
Exultans{que} Simon, genitrix{que} affixa furenti
Inter tela duci, mox ut digressa per umbras
Apparere Deos infesta{que} numina Troiæ
Quo ferorthic nullum inuenies sine tegmine uersum
Prætereo reliquos, quid Flaccus Horatius ardens
An lænam dextramue ueniam monstrare uidetur
Et magnum formare uirum, sed nostra relinquo
Orpheus, Amphion, uel natus Apolline Linus
Atq; parens Musæus, & quos mirata Deorum
Græcia subscribit Statius pueriliter æuum
Tam longum peperere sibi quid protinus alto est
Altius Euripide, magno quid maius Homero
Quæ loca, quos portus, gemino quæ littora ponti
Quæ freta, quas classes quæ prælia quosue ferarum
Quos hominum motus, oculis, quibus ipse carebat
Non subiecit, enim mores populi{que} Ducum{que}
Pinxit & è numero plebis secreuit Vlyxem.
Quem mihi non uana circumtulit arte Charybdim
Sirenum{que} modos & amantis pocula Circes
Quid moror in uerbis saeri, nec dogma Platonis
Nec Socrates aliud, titulum nec nacta sophiæ
Cætera turbædocet, quam quod cantare solemus
Dicet ad hæc aliquis, cur per iuga celsa fatiger
Huc uita fert humilis, mens delectata laborem
Spernit ad hac breuitas memorem succincta reliquit
Et dulces iterare sonos iuuat us{que} legendo
Certus abhinc uenia pueros uocitare memento
O famose senex atq; inclinare caueto
Cœleste ingenium, & uatum uestigia uita
Insanum hoc genus hominum, piget illa deinceps
Vana sequi, uisis nobis ut pascitur hircus
Nescio cui merces ea sufficit, est mihi famæ
Immortalis honos, & gloria meta laborum
Corniger at quantum tegat hic sub pellibus hireus
Quod nescire putas, soccos bonus atq; cothurnos
Præmia musarum, tandem statuisse uideris
Falleris, est habitus quem secula nostra licenter
Postposuisse uides, postquam deferbuit ardor
Pierius cessit{que} retro, quo nomine signer
Responderè iubes, an ne ad prætoria uentum est
Iure agitur mecum, consignatis{que} tabellis
Qui sim, quem'ue sequar callem stylus ipse tacente
Me loquitur, num plura iubes, sed epistola finem
Longa petit, dabitur quam si somnisse putabis.
Altius excuser parcant aures oculi{que}
Gloria nulla etenim uerbis optata superbis,
Nulla petita mihi, tua me uiolentia adegit
Nec loquor, ut læsi uindex Heliconis an ille
Hoc eget auxilio tantis armatus alumnis'
Præcipuè, quia quo secum pugnare parasti
Plumbeus est gladius facili{que} retunditur ictus
Nec uelut assertor proprij cognominis arma
Musarum pro parte tuli, sed turpiter illas
Maiestate sua sacro spoliarier ausu
Quis tacitus perferre queat quæ perlegis autem
Non tibi dicta putes, sed qui te bella mouere
Compulit, agnosco ingenium Musis{que} sacratum
Inscriptis dilecte tuis, illum{que} profectò
Quisquis erat mordax nunquã tibi cognita pestis
Inuidia urebat, sic nobilis Africa surgat,
Sic mihi uirgineus clausæ penetralia Cirrhæ
Rite chorus referet faueat{que} supernus Apollo.
Tu tamen hoc illi nostris charissime uerbis
Dic precor, ut quotiens alieno inuidit honori.
Inuideat studijs pulchro inuideat{que} labori.

Luchino Vicecomiti Mediolani domino, S.

ARgolicas si fama uolans uulgata per urbes
Arboris Ausoniæ quondam dum splenduit ætas
Aurea Saturno terris regnante fuisset
Vt reor Euristeus nunquam tot ferre labores
Cogeret Alcidem, sua dicta poma draconi
Hortulus Hesperidum malè custoditus haberet
Hoc potius mandaret opus, nec uinceret aurum
Natiui dulcoris opes, fœliciùs omni
Aes Latium tellure quidem præfertilis ora
Italiæ, quam fulua Ceres uiridis{que} Minerua
Purpureus quã Bacchus amat, tu frondea capris
Florea mellificis apibus, pecori{que} uicissim
Pascua, & irriguis late pulcherrima pratis
Tu redolens hortis, uarijs scatebrosa metallis
Arboribus{que} uirens, syluis umbrosa uetustis
Alitibus{que} feris{que} frequens, uenatibus apta
Aucupio{que} placens, lacubus piscosa profundis
Fluminibus distincta uagis & portubus omne
Tuta latus duplici{que} sedens circumflua ponto
Mirificis insignis aquis, & aprica recuruis
Vallibus, assurgens iugis æstate niuosis
Per{que} hyemes medias ad littora uere benigno
Temperie{que} fruens, cœlo tranquilla sereno
Semper odoriferis nebulas purgantibus Euris
Vrbibus ampla tuis atq; arcibus alta tremendis.
Consilio{que} uigens, populis{que} inuicta superbis
Et terra pelago{que} potens ac rite supremum
Imperium testata situ, ceu calcibus orbem

Concutias

Concutias simili{que} loco prætendis Hydruntem
Brondusium{que} biceps arthois obijcis undis
At matutini quã prospicis hostia Phœbi
Flexa Crotona tegit, Graium{que} à stirpe Tarentum
Planta pedis, regium Zephiros à pollice frangit
Neapolis sure medium, femur occupat altum
Ianua, & extantes thyrreno in flumine pisce,
Vrbs Venetum diuersa tenet, uteris{que} Rauennæ
Mœnia, & Ariminum terrarum terminus olim
Ac salis Hadriaci rabies quam despicit Archon
Quid Mediolanum medias, quid grande medullas
Robur alit, Patauium{que} potens, fortem{que} Veronam
Quid modò te memorem studiosa Bononia, uel quid
Te genitrix mea chara loquar Florentia quondam
Squalida nunc, populi{que} manu lacerata furentis
Ac nunquam iam stare ualens, quid carmine longo
Littus utrun{que} maris, medij quid prosequar imum
Montis utrun{que} latus series immensa Rheatæ
Centrum habet ualido{que} ingens stat poplite Roma
Cuncta mouens, rerum{que} caput domus alta tonantis
Ac sedes terrena Dei, terror{que} subacti
Orbis, & innumeris cœlo exæquata triumphis
Salue belli potens regio, pacis{que} magistra
Ingenijs ornata sacris quæ condita dulci
Eloquio excellens cunctas quas maximus ambit
Oceanus, nulli{que} satis laudata uirorum
Et longum generosa parens, mihi latius ipsi
Fortè alio cantanda loco, nunc obtulit arbor
Materiam fœcunda breuem, quòd dulcia tellus
Italà de ramis legeret non aurea poma
Iudice certa loquor gustu pars ultima laudum
Englaciale pirum sese commendat abundè.

Paulo Hannibalensi Romano S.

DVm memini mores{que} tuos faciem{que} benignam
Verba{que} magnanimum liquido testantia pectus
Tædia longarum & discrimina mille uiarum
Commeminisse iuuat, terris optatus detundis
Tantus amicis erat nimio constare labore.
Nec poterat penetramus enim peregrina furentes
Littora, nec scopulos pelagi, nec monstra timemus
Vrget auaritiæ stimulus, proh quantula mortis
Præmia Barbaricis aurum rapuisse cauernis,
Materno{que} sinus nitidos pepulisse lapillos,
Vel piger exiguum rano legisse migranti
Sordet amicitiæ studium, contraria longè
Ment mihi, nàm fido nullus par census amico
Nullo auro pensanda fides, tua cognita latè
Fama quidem tibi mè, mihi te, nec fama profecto
Nec uirtus, sed fata dabant, traxisset ad indos
Spes tanti longinqua boni, natura pepercit
Hos mihi circuitus, terras{que} habitare propinquas
Nos uoluit, tempus{que} dedit concurrere in unum
Obfuit ac rerum cumulus, nec longa uidendi
Libertas & sera fuit, raptim{que} reuellor
Ex oculis optare tuis, hoc præstitit autem
Præsentem uidisse semel quantum libet absens,
Vt præsens uideare mihi, & quæ plurima mecum
Dulcia mellifluo, gradiens simul ore ferebas
Mœnia dum laceræ specimen miser abile Romæ
Monstrares digito, me{que} inter singula uerba
Aspiceres oculis rorantibus, ultima dicens
Hæc mihi labentis patriæ fragmenta reseruat
Sors mea, suspitio{que} libens, nec sospite paulo
Funditus ita ruent manibus conuulsa nefandis.
Lætabar, memori{que} mihi sub pectore sedit
Altius, agnosco Romani principis ingens
Propositum, mentem{que} piam, nunc pacta reposcens
Roma senex iuuenem rogitat miserere cadentis
Pollicitis{que} mane, celsum decet ardua rerum
Cura animum, decet euentus ex corde secundos
Vrbis amare suæ casus prohibere malignos.
Sustentare manu fessam releuare iacentem
Non tibi sed patriæ satus es, cui iustius armos
Subijcies oneri, quæ sarcina pulchrior usquam?
Nec te parua manet seruatis fama ruinis
Quanta quòd integræ fuit olim gloria Romæ
Reliquiæ testantur adhuc, quas longior ætas
Frangere non ualuit, non uis, aut ira cruenti
Hostis, ab egregijs frangun tur ciuibus heu heu
Quare rabies occurre malis, hoc scilicet unum
Est ubi te prorsus maiorum à stirpe tuorum
Degenerare uelim uigeat Mauortia uirtus
Militiæ{que} decus, nitidi sit larga metalli
Sit ferri secura manus, perduret equorum
Iugis amor, studium{que} canum cultura{que} syluæ
Artes nobilium liceat prosternere turres
Immeritas patriæ{que} in uiscera mergere dextras
Si nescis hostile opus est, sed forsitan error
Huc patres tulit ille tuos, ut mœnia sacræ
Eruerent urbis, quòd se de sanguine natos
Hannibalis iactare solent. mirabile non est
Hæredum si iura tenent, quod{que} ille nequiuit
Perficit hic aries, tua fortia pectora mendax
Gloria non moueat, quanquam clarissimus ille est
Artibus armorum, magnum tamen impia nomen
Aequat acta Ducis par{que} est infamia laudi.
Nota loquor. fuerit potius tibi sanguinis auctrix
Scipiadum diuina domus, noua nomina sumens
Hostibus à domitis, Afro{que} ex more subactus
Hannibal hæc domi dederit cognomina uestræ
Ergo age tantorum uestigia fortis auorum
Ingredere & patriam supremo tempore serua
Ac pius annosæ baculus precor esto parenti.

Lancelotto Placentino S.

MIrabar quo te subitus præceps ire tulisset
Impetus, ut cultos diuum tibi more Poëtas
Semper, ob unius odium fortasse procaci
Vulnere tentares potuissem parcere si me
Non Helicona simul totum furor ille notasset,
Cœperat indignans calamum manus, ira iubabat
Aspera mordaci componere carmina uersu
Sed trabe nodosa grauior passus{que} per omnes
Subsistens hæc uerba dabat, uiolenter amicum
Armor & immeritum, scelus at patiemur inultum
Duc age, duc quo iure licet, dum talia mecum
Ille ageret sonuit querulo sub carmine limen
Nuncius ante foras aderit tuus omine sensi

Quid ueheret, tete purgas, & crimina certa
Vertis in Autorem, frons est nitidissima uero
Illicet agnosco q̃ dolum, calamum q̃ morantem
Absoluo, mox q̃ hunc alacrem cupide q̃ sequentem
Quo se cunq̃ traham, detectum Iesus in hostem
Dirigo nec paucis purgata calumnia uatum est.
Ille tamen frustra tacitus mihi semper abibit,
Speratum q̃ meo nec habebit camine nomen.
Nunc ad te redeo, quod nondum transfuga colles
Aonios, fontem q̃ colis turbam q̃ profanam.
Effugis ingenuas calcantem ac despicis artes·
Gratulor, hac uia te superas attollet ad arces
Seruabit q̃ diu populo pereunte caduco
Concepti ueniam q̃ precor sermonis, at ille
Obstrepitor si liuor eum tam feruidus urit
Supplicium, ut tacuisse putet, si tanta uoluptas
Ocia nostra suis studium q̃ lacessere uerbis
Quid struit insidias, campo se credat aperto,
Subscribat nomen q̃ suum, nec se tegat umbra
Nominis externi, proprijs q̃ occurrat in armis.
Nanq̃ Meneciades galea mentitus Achillem
Cuspidis Hectoreæ cecidit malæ genitus ictu.

Ioanni de Columna Cardinali S.

IMpia mors quoties oculos calamum q̃ fatigas
Carmen & in lachrymis, lachrymas in carmine misces
O genus humanum, & longè sors pessima uitæ
Cernere charorum pallentia corpora saxis
Obruta, fundendos totiens auellere canos,
Et uiduam longa traducere morte senectam.
Lumina quis morientis erit, qui condat humeri q̃
Si pergis sæuire ferox, hoc sæua parabant
Astra nefas cogar, ne igitur sine fine superstes
Omnibus esse meis, nec me dolor ipse necabit.
Heu domus illustris solitum stylus impleat actum
Nunc domus infœlix exusta funere crebro
Heu germana fides prædulcia pectora fratrum,
Heu miserande parens, desertaq̃ turba sororum
Vnde tot accipies gemitus quis sufficit humor
Cladibus assiduis, quæ per querimonia damnis
Bellica marmoreæ domus imperiosa Columnæ
Nec cœli concussa nimis, nec fulmine torui
Victa Iouis quondam, nec turbine fessa bilustri
Vrbis honos, summum q̃ decus, belli q̃ domi q̃
Perfugium q̃ bonis fueras, terror q̃ superbis.
Nunc in frusta ruris, taciiis iuuenilia tristes
Moribus & rapido natorum flamina fuso
Præcipitant Parcæ, uirtus hæc nota per orbem
Hunc ue tot egregij finem meruere labores?
Talia funereis iterans suspiria uerbis
Fundebam, lachrymis q̃ genæ pectus q̃ madebant
Ecce autem cœli uox è regione serena
Incertum quibus acta uijs, sic impulit aures
Ecce quid aduersus superos & sydera frustra
Insanire iuuat, iuuenes mors æqua senes q̃
Demetit, & nullus mortalia temperet ordo
Aeternis uæsane paras uim legibus, an tu
Hactenus indomitæ nescis ut ferrea Parcæ
Arbitrio nent pensa suo, secundum q̃ trahunt q̃
Nec modus aut requies, uiles cui gloria cordi est
Fida sub extremo non deserit arma periclo
Nauta gubernaculum stringit rapiente procella
Intrepidos q̃ uidet sparsos super æquora remos
Et prius hunc pelagi quàm terreat, opprimat unda
Sunt qui conspecto tergum dent turpiter hosti
Sunt quos surgentis murmur leue subruat Austri
Et noua tempestas, & sibila prima rudentum
Eli proprium discrimen habent ignaua pauentem
Mors fortem generosa manet, tu pauca tremiscis
Spicula fortunæ uitæ q̃ in fluctibus aluum
Deseris, exiguo pauefactus turbine ponti?
Et gemitis facis arma miser? quid profuit ergo
Lectio, quid studium, nunquam tranquilla magistrum
Vnda probat, nec militiæ pax lenta peritum
In dubijs ars certa patet, turpissimus error
Ille hominum peritura uelut mensura tenetis
Hinc dolor amissis inconsolabilis imo
Corde oritur, lacerat q̃ animum, stat gratia nulla
Præteriti, subeunt cunctarum obliuia rerum
Illicet, & magna est iniuria finis habendi
Quod satis est habuisse semel, condiscite eodem
Reddere depositum cupidi, quo sumere iussit
Et quoniam non certa dies est ire parati
Semper ad imperium dominæ sua iura petentis
Intranti monstrata uia est, hoc tristia calle
Multa quidem inuenies, hoc dulcia pauca uidebis
Incertus placida laturus fronte uiator
Quicquid erit quod fata parent, hæc uerba parentem
Nascenti dixisse puta, natura profecto
Omnib. hæc loquitur, quicquid dulcescit amaro
Fine perit, fugit omne bonum quo uestra furit mens
Pro q̃ breui longus sequitur dulcedine moror
Paupertas concludit opes, natos q̃ senectus
Orba gemit, fidos mors diuidit inuida fratres
Nec minus unanimes subitò disiungit amicos
Dum latus illa placens aciei cingebat utrunq̃
Fortunate diu, dum mutua uerba benignis
Frontibus hinc illinc & pura mente sonabant
Nonne tibi interdum propriæ fuit obuia sortis
Conditio, & tecum comitatus utrisque supremo
Mox gemitu soluendus erit, cur proxima quæso
Cui breuis hæc promissa dies, quem uespera pallens
Spirantem, præsens quem tandem protinus hora
Integra, & insidijs mortis caritura uidebit
Sumite lætitiam semper fugientis amici,
Et fratres nati q̃ alio spectentur ituri
Dum q̃ licet celerate frui, neu perditè tempus
Quod uolat, & rapitur uobis præsentia sordent
Amissas lugetis opes, & sors sua nulli
Ante placet, quam subtrahitur mors uestra repentè
Iuditia alternat, quem fastiditis ab urna
Suspicitis, quia nulla regit constantia mentes
Haud unquam præsente satis gaudetis amico
Perstrepit assiduè mœstis ululatibus aër
Ante oculos uestros tremulo tot pallida cantu
Funera præcedunt nec dissimulare potestis
Nanq̃ hoc prima dies, qua lucis limina nudi
Cum gemitu intrastis, si mens tua firma fuisset
Venturiq̃ capax monuit, primam q̃ sequentes

Haud

Haud dubiam fecere fidem, sed uasta uoluptas
Alligat, & uitæ nunquam satiata cupido
Atq̃ ideo in finem hæretis, lachrymas q̃ pudendas
Spargitis amplexi medicorum colla manus q̃
Quod q̃ diu fecistis iter complere timetis.
Vt uestros sic alterius muliebriter autem
Fletis ad euentus, quia nulla exempla profundis
Insedere locis, animum spes blanda fefellit
Nescio quid segnes agitis, dum tempora currunt
Nec ueterum meministis enim, & præsentia lenti
Spernitis, & nunquam uenientia cernitis ante
Vsq̃ sub extremum pueri, sed publica mitto,
Quid quereris? calcata uia est, aut uertere retro
Si licet atq̃ hominis, sed non licet exue formam
Aut bonus æquanimi fer quælibet obuia fronte,
Quisquis iter longũ ingreditur feret aspera multa
Nunc cœnum, nunc puluis erit, nunc uentus & unda
Nunc calor immodicus, glacies nunc horrida nix q̃
Nunc limosa palus, montis nunc saxa prærupta
Omnia sunt patienda uiro, quia uita laborum
Nec patria est, sessoræ quies manet ultima busto.
Quocunq̃ in toto tua lumina flexeris orbe
Aspicies parium uestigia crebra malorum,
Tu gemis in proprijs, potius communia defle,
Et totum mortale genus, neu multa graueris,
Vilia neu spernas, paucis generosa sequamur,
Nunc redit in mentem, quas gẽs Cornelia summis
Clara uiris, quas Aemilij senserè ruinas
Vt geminos fratres post tot modò prospera bella
Hunc ferro, hunc facibus mors circumuenit & almum
Scipiadem exilio rapuit, sed fraude nepotem
Coniugis in fide, finxit quæ crimina remo
Mœnia cognato iam tum sparsura cruore
Abdidit ut rapidi corpus q̃ animam q̃ Quirini
Vt q̃ ferum subitò percussit fulmine Tullum
Vt Brutum fortem q̃ simul collisit Aruntem
Obtulit ut Decios gladijt hostilibus ultro
Sabinum Chereamq̃ suo rigidum q̃ Catonem
Marcellum q̃ dolis Regulum uigilando peremit
Eripuit q̃ animam mixtam cum sanguine Syllæ
Discerpsit Marium ferro, Bebium q̃ cruentis
Vnguibus, Antoni mensas ceruice nefandas
Fœdauit trunci Ciceronis sanguine rostra
Extinguens Italiæ duo maxima lumina linguæ
Transfixit Crassum medicatis mille sagittis
Et ferum optato impleuit rutilante metallo
Calce sub ardenti Catulum, tellure profunda
Crucion Albinum lapidoso immersit aceruo
Sparsit Pompeios, Fabios contraxit in unum
Insidiosa locum quo fulmine contigit aras
Cæsareas, strauit q̃ domum quæ strauerat omnes
Ae ne sola putes exempla domestica mortis
Hæc eadem Reges solio furiosa superbo
Depulit hæc populos momento temporis hausit
Ilion hæc ingens, hæc ipsa fidele Saguntum
Funditus atq̃ tuas Numantia diruit arces
Et te Byrsa potens, & te speciosa Corinthus
Hæc & in humano demersit sanguine Cirrum
In flammis Alcibiadem, Xantippum in undis
Pyrrhum fœminei contriuit pondere saxi,
Carcere Mileidem, & longo squalore peredit
Hannibalem, pontiq̃ Ducem, Macedum q̃ uenena
Vicit Alexandrum, Socrati nec cruda pepercit
Euripidem canibus lacerandum præbuit illa
Aeschylon ex alto missæ testudinis ictu
Illa animi mœrore sacrum confecit Homerum
Contra lætitia Sophoclem consumpsit inani
Si modò suspitio est de tantis digna Poëtis
Pindaricam somno, risu Philomænis inepto
Expulit hinc animam, fragili statione sedentem
Nomina deficient, laqueis innexuit atris
Hunc cruce suffixit, hunc liquit in axe rotarum
Obruit hunc niuis immodica sub mole rigentem
Hunc rupis tecti q̃ graui sub strage uetusti
Illum præcipitem scopulo deiecit ab alto
Hunc herbæ tactu, fungi q̃ hunc absulit esu,
Hunc capite allisо, & sparso uiolenta cerebro,
Hunc animæ solitos, præcludens ore meatus,
Hæc quoq̃ uermiculi facili sine sanguine morsu
Hunc auium rostris cupidis, hunc piscibus escam
Misit, & hunc sæuo laniauit dente ferarum,
Hunc æsiu, tristi q̃ famæ duro q̃ labore,
Hunc requie nimio q̃ cibo distendit anhelo,
Hunc Venere exhaustum fœdo lique fecit in actu,
Hunc senio carie q̃ diu lassauit inerti
Febribus hunc rapidis morbo q̃ subegit acuto,
Sed quid ego mortes hominum, uel regna, uel urbes
Persequar? & lato prostratas turbine gentes
Cum mundi peritura suo sit tempore moles
Terra simul pelagus q̃ ruent, cœlum q̃ chaos q̃
Singula flere uacat, solatia magna perire
Cum toto, pariter q̃ rapi, properare uidentes
Omnia ad occasum corpuscula uestra putatis
Hic stabiles habitura domos, si iura reuoluas
Mortis & imperium quod dura exercet in omnes
Aequus hanc patiare tuam tetigisse colu mnam,
Quæ si perpetua firmam se mole teneret
Inuidiosa nimis poterat fortasse uideri
Creuerat usq̃ adeo, deus hanc moderatur ab alto
In latera extenuat, sed enim solidissima perstant
Fundamenta solo, & rutilans micat æthere uertex
Quid mirum, si celsa petunt ex more procellæ
Ventus agit nymbos, ferit alta cacumina fulmen
Ima silent, habitat q̃ quies in ualle reposta
Mitius haud paruis tamen est mors, notius alta
Verberat, & longe spectantia lumina turbat
Tu sibi da ueniam, si post cœlestia terris
Post q̃ Deum stat dura homini flecti q̃ recusat
Quanquã ô si tandem incipiat sine nubibus alma
Lux caligantes oculos, uel fera ferire
Morte nihil melius, uita nil peius iniqua
Optima mors hominũ requies æterna bonorum,
Tu seruile iugum domino nolente relaxas
Victorum q̃ graues adimis ceruice cathenas
Exilium q̃ leuas & carceris ostia frangis
Eripis indignis, iustis bona partibus æquas
Nil agis imperio, prece nil, precio ue, ministue
Atq̃ immota manes, nulla exorabilis arte
A primo præfixa die, tu cuncta quieto
Ferre iubes animo promisso fine laborum.

Te sine

Te sine supplicium uita est carcerq́ perennis
Sic meritam ingrate lacerant sine fine querelæ
Vel miseris inuisa uenis, factura beatos
Auribus hæc audita meis lenire dolorem
Vox aliquantisper uisa est, tunc lumina tollens
Virgineos audire choros & cernere cœpi
Nomina nota nouem, uultusq́ & uerba notaui
Visa loquens Eratho reuerenter in ora puellæ
Versus ut hos monitus illa dictante liceret
Membranis mandare precor, nil egimus inquit,
Calliope nisi nostra sonet, cantuq́ decorat
Inuentum. de more meum. tum blanda sororem
Arripuit dextra, post hæc concorditer ambæ
Exactum carmenq́ sequens cecinere, morasq́
Inter uerba breues calamo cunctante dedere,
Dumq́ canunt scripsi. sed quæ communia nobis
Hactenus audisti, nunc quod te respicit audi
In primis uitanda tibi est spectantis ab astris
Ira Dei, ne fortè suum damnasse puteris
Iudicium, cui uita hominum, morsq́ optima curæ est
Te quoq; quicquid ages Romani proxima cernent
Lumina Pontificis, cuius mihi crede caueto
Vultus nube tui frontem turbare serenam
Nulli maior inest clementia, nomen ab ipsis
Dignum rebus habet, qualem tibi uiderit oris
Induet ipse habitum, teq́ illachrymante tenere
Non poterit lachrymas, igitur moderare dolorem
Humentes absterge oculos, mitissimus ille
Ne qua tui sentire queat uestigia luctus
Consilio illius, quis enim consultior alter
Affectus comitte tuos & uerba tenaci
Corde loca, monitusq́ sacros, namq; ille docebit
Vt miser hic, quem iure regit, cui præsidet orbis
Est gemitus mortisq́ domus, ne mortis ad ictum
Flere uirum deceat, nemorem quo pergit &, unde.
Quin & grandæuum forti pietate parentem
Surgentemq́ noua charum probitate nepotem
Concussamq́ domum, & mœstos solabere fratres
Vnus es exemplum multis, quo uulnere tristi
Ter pupugit fortuna nocens, tria damna tuorum
Ter sparsi cineres, atq; ossa tepentibus urnis
Alter & alterius uestigia nuncius urgens
Pestifer ex nutu pandebunt omnia uultus
Ista tui, si flere uetas non flebitur usquam
Si fles cunctorum laxabis frena dolori
Extorquenda etiam mala gaudia fortiter hosti
Inuidiæ calcanda lues, te sospite nondum
Sentiat indomitam mundus cecidisse Columnam
Adde quòd in toto latè iam nosceris orbe
Nec genus egregium, nec te tuta clara latere
Vita sinit, mundusq́ tuo qui cardine pendet.
Et quæ non alio iam Roma superbit alumno
Nunc mores animumq́ notant, status altior omnes
In te nempe oculos atq; ora loquatia uertit
Multorum dominis, multorum seruus iniquo
Subditus imperio linguæ popularis in altum
Dum tonat assurge, & nomen seruare labora
Magnus enim labor est magnæ custodia famæ
Ergo tuæ fratrumq́ simul succurre saluti
Ingressorq́ uiam uitæ cœlumq́ petentes
Ne gemitu impedias, nam si mala plurima circum
Et dubios casus inter quos degimus omnes
Mortales, quocunq; gradu fortuna locarit
Si tumidos fluctus, uarioq́ agitata tumultu
Aequora peruideas, fortasse fatebere portum
In sola iam morte situm, uel fratribus ergo
Inuidus es, tuta tandem statione receptis:
Vel tua damna gemis, primum pietate secundum
Ingentis uirtute animi & ratione uetaris.
Restat ut arescant lachrymæ neu flebilis ordo
Fatorum occurrat, quoniam prius ultima dona
Mors rapuit, tulit illa suum, nascentibus una est
Conditio, non una dies adiecta tributi.
Computat hæc annos celeres, nec præterit horas
Non differt, non anticipat, stat terminus æui
Quem fixit natura parens, hic ultimus ille
Primus obit, sed uterq; suum tenet ordine tempus
Nec tamen à puero multum distare senectus
Sera potest, spatioq́ breui distinguitur ætas
Quanta libet, iuuenes abierunt, scilicet illis
Expediebat enim forsan tibi nescia rerum
Mens hominis, semperq́ metu suspensa futuri
Quid iuuet aut noceat caligine cernit opaca
Quid modò sollicito multum sermone fatiger
Vt similes casus referam tibi, uel quid acerbo
Commemorem fratres diuulsos funere pauci
Ad senium uenêre simul, memor ergo decori
Parce precor lachrymis oculosq́ animumq́ serena
Stultum flere diu breue & irreparabile damnum
Irreditura cupis, nil possunt uerba precesq́
Nil surdis ingesta iuuant conuiuia fatis
Interea trepidi dum circumuoluimur, ecce
Finis erit flendi, desiderium'ue quiescat
Quomodo torquemur, uolucri nanq; ocior umbra
Fausta dies properat. quo commigrare coacti
Præmissos fratres, & pignora chara sequamur.

Rainaldo de Libero pago Veronensi Poëtæ, S.

NVper ab ætherei qui temperat astra tonantis
Missus habente uices, dulcem claramq́ reuisi
Parrhenopen, celerante gradu, res inde trahebat
Ardua nec dubiũ fortuna incerta laboris
Hinc reditus urgebat amor uix limine noto
Constiteram tepuere animi, fractusq́ uidendi
Impetus, erepto cœlum spectare uidebar
Sole gemens, Siculæ modo pulcherrimus aulæ
Exciderat solio, quo cum lux clausa sepulchrò
Et sine quo uideo nox est, quasi publica regno
Nobilium lachrymæ, populi miseranda dolentis
Murmura, & effigies laceræ mœstissima terræ
Singula torquebant, quod adhuc stant mœnia: uerum
Non ea Neapolis, quam quartus uoluitur annus
Ausonias inter florentem uidimus urbes
Trunca caput, spoliata latus, belloq́ uolentes
Exarmata manus, quot subruit hora paratus
Quid ualet unus homo, quid mors uehit una malo
His ergo concussus, singultibus omnia crebris
Vt mihi conspicue patuerunt coniugis aures
Interrupta loquens breuiter commissa peregi

Quæsta parum magni mecum de morte mariti
Cætera consilio procerum, dum credita differt
Expectare iubet, sed ne mihi tempus inane
Difflueret, segnisq́ sopor consumeret horas
Dum libros mens lassa fugit, calamumq́ recusat
Per loca nobilibus multum celebrata Poëtis
Ire uagus statuo, comitum choris omnia circum
Norat & ardebat studio mihi quisq; placendi
Proxima fatiloquæ domus est habitata Sybillæ
Sulphureoq́ grauis moles impendet Auerno
Fessa æuo, metuenda situ, centum hostia uocum
Vatis Apollineæ, partim sub strage ruinæ
Sparsa iacent partim solido se limine seruant
Muta tamen, siluêre Dei, Syluiq́ sacerdos
Vnus enim cœlo & terræ Deus omnia fatur
Tecta colunt uolucres uariæ, lacus ipse nigrantis
Feruet aqua, cernas piceo sub gurgite fuscos
Ludere pisciculos, uicinaq́ tartara signat
Tristis odor, faciesq́ loci, mons peruius imos
Inde petit manes, & nomine Barbarus & re.
Si comperta ferunt, ego procul atria ditis
Contentus uidisse fui irremeabile lumen
Præter enim quod fama uetus, quod carmina terrẽt
Huc rudis agricola timet, huc accedere pastor
Nauta nec æquorea sitiens telluris ab unda
Hoc audet calcare solum, uicinia narrat
Nescio quos auri stimulante cupidine nuper
Quod curuis sine fine putant latitare cauernis
Irreducem tentasse aditum, uotoq́ potitos
Forsitan atq; atræ tentos dulcedine uallis
Errasse seu forte uijs, seu compede mortis
Infernum coluisse larem, ciuesq́ manere
Tartareos, sed uisa sequor, stant ordine colles
Vndiq; contiguo, fontesq́ tepentibus undis
Antra rigant, rorantiq́ salubri aspergine campi
Circumfusa quatit Tyrrhenus littora pontus
Qui quotiens tumuit salso tenet omnia fluctu
Rura lacumq́ simul reuomit quas sorbuit ultrò
Germano Neptunus aquas, pars altera montis
Despiciens acheronta uidet, pedibusq́ sub ipsis
Ipse ego supremo de uertice tristia uidi
Stagna, nec horrifici deerat nisi cymba Charontis
Vt uerum legisse rear: nam cætera prorsus
Conueniunt, Styx alta latet, Rexq́ impius orci
Portitor annoso fessus temone quiescit
Interiore loco, siquidem iam nouimus omnes
Illud iter transire uado, nec flectere contum
Est opus, aut tenui suspendere carbasa malo
It sibi quisq; pedes, sed ne sermone fatigem
Lumina chara mihi quicquid spectare licebat
Aspexi, uixq́ ulla dies transiuerat æuo
Lætior, aut tàm læta meo uix ulla redibit
Tam niueo signanda mihi, & memoranda lapillo
Nam præter quæ multa libens auiduśq; notaui
Paucaq́ iam uacuæ mediocria nomina Cirræ
Hoc primum mihi blanda die contraxerat una
Illustres fortuna duos, par nobile uatum
Quo dextrum laqueumq́ latus ualente Maronis
Egregios hac aure sonos, hac nempe uidebar
Mæonios captare sonos, iam nomina quæris
Et genus, & patriam, Barilidos ille Ioannes
Quem primum Capuana uirum tulit indita gestis
Pieridum armatus Latio iam solus amicus
Solus honor patriæ, postquã mors inuida Regem
Abstulit hinc Siculum, cœloq́ inuexit egenti
Hic autem barbatus erat, cui pectus & ora
Nectare castalio redolent laurumq́ meretur
Sed decus emeritum uoto trahit ille modesto.
Musarum interea mihi quàm gratissimus hospes
Atq; meus quotiens Capuam, terrasq́ laboris
Imperiosa iubet mea me fortuna uidere
Sulmo patria est, atq; his mihi crede pelignis
Naso secundus adest, igitur sic multa ferentes
Tres uario sermone diem transegimus unum
At minime mirum, si dum Phœbea loquendo
Tempora sublimus ades quartumq́ loquentibus offers
Blanditijs precibusq́ meum conuellere pectus
Tentârant multisq́ uijs, ut sistere tandem
Erres uellem ipse meos, secumq́ manerem,
Sed quoniam instabilis proprio circumferor astro
Et requiem mihi fata negant, tu posceris unus
Forte tuum memini meritis super æthera nomen
Laudibus extuleram stupuit percucussus uterq;
Vere nouo, nomenq́ iubent iterare, quid ultra?
Vt sibi te socium tribuam perdulce uetustæ
Nomen amicitiæ, perq́ omnia chara requirant
Pollicitiq́ sumus honos & præmia larga
Te maneant, tenuisq́ labor, nec cura perennis
Paupertas nec dura senem, nec uox puerorum
Garrula, sollicitæ frangent, nec tædia uitæ.
Ocia læta trahes illis comitantibus, ac te
Restituisse tibi saltem sub fine licebit
Sunt quorum promissa fidem mereantur opimam
Magna ualent, maiora uolunt, & nomine tecum
Conueniunt, studioq́ paci qui pectora nexus
Alligat, ignotosq́ procul connectit amicos
Aude, age, nam si fama iuuat tibi clarior illa
Est nusquam, si grata quies tranquillior orbe
Nulla patet nostro, si libertatis amore
Tangeris aut censûs, illic tua sera reseruant
Fata tibi quodcunq; cupis, non ardua busti
Cura animum si forte mouet cui gratius ore
Membra dabis quam quæ uatis tegit ossa supremi
Conciuisq́ tui, solamen dulciaq́ ingens
Hæc iuga Virgilius, Plinius tenet illa secundus
Tu medius iacuisse times, hoc Mantua colle
Hoc Verona sedat, patria est non horror Hiberum
Non Indum uisurus eas peregrinus Ydaspem
Italico ne temne solo cœloq́ frueris
Italicas potabis aquas, non astrifer Athlas
Aethereoue tumens calle superandus Olympus
Non Aerimantheæ, Nemeæq́ pericula syluæ
Lerneæ, nec monstra tibi tentanda paludis
Nec mare Carpathium, nec littora syrtis iniquæ
Sed Padus æstiuis solito nunc mitior undis
Frondifer inde iugis sacer Apenninus apricis
Transuehat & campo incolumem te reddet Etrusco
Sexta dies, postquam patrio discesseris aruo
Hinc humiles colles, & amœnas collibus urbes
Transiliens, Romam spacio uir quinq; dierum

Intrabis, Tybrimq; inhians & sancta uidebis
Limina quæ tali ingenio uidisse decebat
Iam pridem, mundiq; caput spectasse propinquum
Inde breuis tractus Campana per arua diebus
Quatuor optatum expectantibus ardet amicis
Heu propera, uicture tibi & moriture, meoq;
Vtere consilio, uersus relegens alienos
Nanq; fatebor enim dum te Galathea tenebit
Nec spes libertatis erit, nec cura peculi.

Barbato Sulmonensi S.

Dulcis amice uale, tua si mihi semper imago
It præsens, mecumúe sedet, mecumúe quiescit
Redde uices, non atra palus Acherontis opaci
Turbida somnifero dirimat, nec gurgite lethe
Omnipotēs quos iunxit amor, nūc corpore paulum
Distrahimur, sic fata iubent, sic uelle necesse est
Tu Capuam tergo, Capreasq; à pectore semper
Puteolos dextra, & Phrygij tibicinis ossa,
At læua Silerimq; procul, bifidumq; Veseuum
Aspicis, æquoreo resonantia littora fluctu
Mœniaq; ampla tenēs, quibus est à uirgine nomen
Vrbibus atq; ubi iam fuerat gens una duabus
Nunc gentes una urbe duæ, populusq; biformis
Hic sine me remanes, imò mecum omnibus horis
Omnibus atq; locis, sed enim me dextera Regis
Ripa Padi, læuumq; patris latus Apennini
Aruaq; pontifrago circum contermina Parmæ
Nunc reducē expectant, planeq; umbracula syluæ
Namq; ibi Pierius gelidum me contigit ardor
Africa nostra mihi longum intermissa iacebat
Exciuit locus ingenium, Iaspumq; repente
Restituit calamum, memini me nulla profecto
Ingratum factura dies stat colle uirenti
Sylua ingens planeq; tenet licet ardua nomen
Hic Solem procul aërias auertere fagos
Ac teneras uariare solum concorditer herbas
Mensibus æstiuis uideas, hic brachia cancri
Temperat unda recens, atq; ora iubamq; leonis
Dulces uicinis feriunt ex montibus auræ
Impendent iuga celsa super cœlumq; lacessunt
Gallia sub pedibus iacet Itala tota sedenti
Contra autem Hesperiæ cernūtur terminus alpes
Mille nemus uolucrum species ac mille ferarum
Circumeunt habitant sacrū, gelidusq; per umbrā
Fons ruit, irriguo pubescunt gramina flexu
Florens in medio chorus est, quem cespite nullo
Erexit manus artificis, sed amica Poëtis
Ipsa suis natura locum meditata creauit.
Hic auium cantus fontis cum murmure blandos
Conciliant somnos, gratum parat herba cubile
Fronde tegūt rami, mons flamina submouet austri
Horridus hunc metuit pedibus uiolare subulcus
Rusticus hunc rastris, digitoq; hunc signat, & alto
Syluarum trepidus ueneratur ab aggere custos
Intus odor mirus, statioq; simillima campis
Elysijs, profugisq; domus placidissima Musis
Deferor huc solus furtim, sociosq; fefelli
Tunc quū prima mihi quæ strinxit tempora laruo
Aruerat nondum flexum uix Cynthia callem

Postquam Roma nouum tulit ad capitolia uatem
Transierat, pompaq; tumens fortasse recenti
Nescio quid tacita insolitū sub mente mouebam
Obstupuit, redijtq; uagæ uetus Africa menti
Cætera reijcies operi mea dextra relicto
Redditur, inde loco locus hic mihi charior omni
Hunc reuidere uelim capti mihi conscius alti
Extremamq; manum longo imposuisse labori
Quem traxit fortuna diu, si dextra fauebunt
Sydera, cum tandem incipiet secura uagari
Africa per Latium studio redimita supremo
Scipiadesq; meus quòd si uiuacior annos
Partha trahit quid mens agitet fortasse requires
Hoc unum tibi subtrahimus, sed amare laborem
Propositum, & segnes à limine pellere somnos.

ZOILO S.

Si in tua per longam saltem semel inuide uitam
Limina uirgineis essent calcata choreis
Cirreas si quando dapes, fontisq; sonori
Pocula gustasses poterant mea carmina limam
Aequo animo tolerare tuam, nunc censor inepte
Quid tibi cum Musis? quid mecū claudicet omnis
Versus enim quanquam te iudice tutus abibo
Aethera conscendam nunquam tibi cæce uidebor
Quid tibi cū Musis, quid mecū, census honestus?
Est mihi Musarum studium, mens semper in actu
Has melior largitur opes Cyllenius ardens
Quid tibi cū Musis? Quid mecū publica fama est
Edictis te Vergilium comitesq; pudendis
Exclusisse domo, metuunt ea nomina serui
Quosq; ais urbe Plato pepulit nos pellimus aula
Quid tibi cum Musis? quid mecum? pellere porrò
Non opus abfuerunt semper limenq; superbum
Horruerant, frustra precibus mihi crede uocares
Tendentes alio, melioraq; claustra sequentes
Quid tibi cum Musis? quid mecum? parce Poëtis
Exulibus iam parce tuis, sacrisq; prophanum
Pierijs auerte caput, linguamq; coerce
Ignotis ne cæca uijs calcaribus acta
Corruat inuidiæ, si fercula pinguia uentri
Dulce merum, mollisq; thorus contingat inerti
Si tibi turgentes auro Rhamnusia fiscos
Aggeret, argenti montes superaddat & æris
India si thalamos crustis circumdet eburnis
Et premat Oceanus spolijs te nobilis Algæ
Imbellesq; manus illustret iaspide crebra
Nulla tuos hederæ constringant brachia truncos
Non segetē myrtus, nō Delphica laurus obumbret
At ficus, oleaq; tibi uinetaq; tellus
Sufficiat, largoq; fluat uindemia Baccho
Vinitor ipse nihil fessus, nil poscat arator
Sic cumulent omnes tua gaudia, nullus egenti
Sit locus, atq; fores inopi claudantur amico
Solus hians, fœlixq; tibi, nullisq; grauatus
Hospitibus, numeres Gazas obsessus ab illis
Semper crescentis sitiens speculator acerui
Pone modum uerbis crasse te redde quieti
Vel nostros damnare ferox iam desine uersus
Vel dictum ratione proba, si displicet autor

Illa placebit enim, sed quid rationis ad hostem
De ratione loquor? quin desine censor inepte
Et duo sub memori prouerbia pectore uersa
Artem quisq; suam, doceat sus nulla Mineruam.

Gulielmo Veronensi S

Si quid agam quæris, quod gens humana laboro
Quid mediter? requiem, quæ spes? mihi nulla quietis,
Qua uager? hac illac: quo pergam? tramite recto
Ad mortem festinus eo: qua mente? profecto
Intrepida, promptaq; graui de carcere solui
Qui comites? mortale genus, quæ meta? sepulchrum
Proxima quæ? cœlum, uel si prohibemur abyssus,
Hunc tamen, hunc superi casum prohibete precamur
Nunc ubi sim? Parmæ, quæ sit mea tota dieta?
Hortulus, aut templum, nisi me nemus extrahat urbe
Quis uictus? solitus, licet indulgentior ambas
Det fortuna manus, gremioq; inuitet aperto
Quæ frons? clara minus, quæ præmia in pectore curæ?
Africa, quod studium uehemens, quis fructus inanis?
Gloria, nam solidam uirtus uel sola meretur
Cura secunda domus mihi par, quā marmore raro
Sæpe tuos operi questus procul, absfore montes
Aut Athesim rectis non hic descendere ripis
Exorno, coloremq; magis, sed carmine Flacci
Terreor ac busti admoneor, cogorq; supernæ
Interdum meminisse domus, & parcere saxis
Inq; usus seruare alios, tunc impetus ille
Et cœpti lentescit amor, tunc tecta perosus
In syluis habitare uelim, tenuissima forte
Effugiensq; oculos emersit rimula muro
Hanc animaduertens, operum culpare magistros
Aggredior, multisq; rudem sermonibus artem
Respondent non arte hominum consistere terram
Quam tantū curuaret onus, modò tecta parumper
Fundamenta nouis subsistere molibus, atqui
Nil penitus firmum, nil immortale per æuum
Mortales fecisse manus, ea mœnia uitæ
In longum satis esse meæ, uitaq; nepotum
Dirigui, mox ipse mihi, ni rusticus autor
Temnitur, hi uerum memorant quin cassa caduci
Fundamenta tui circumspice corporis amens
Eripe te in tutum nunc dum licet, omnia nec sint
Te semper potiora tibi, domus ista manebit
Corruet hoc corpus, sedem uacuabis utranq;.
Talibus increpitus sylui, pudor obstitit unus
Desereret ne cœpta metus, nam machina pendens
Prætereuntis erat digito monstranda popelli
Ergo opus insistens celero, tamen omnia discors
Mens uariat, nunc recta placent angusta catenis
Quantus & ingenti Curio fuit hortulus olim
Quantus Epicuro, coëunt exempla, senexq;
Virgilianus adest, quem se sub turribus altis
Ebaliæ uidisse refert, nunc æmula cœlo
Mœnia Romulidum tacturaq; culmina nymbos
Vrbe Semiramia meditor modus omnis agelli
Sordet, & immensis uaga mens anfractibus errat
Aruaq; fluminibus distinguit montibus amnes
Ruraq; circumdant pelago, redit inde modesti
Miratrix, luxusq; odio flammata superbi

Iugiter ista mihi de me certamina surgunt
Hac me multiuolum pectus sub nube uolutat
Hos inter fluctus mens est, sed uulgus ineptum
Absq; gubernaculo maioribus errat in undis
Id sibi solamen proprias amat ipsa procellas
Naufragium populare uidens, tandē omnia librās
Rideo meq; simul mortali quicquid in orbe est.

FRANCISCI PETRARCHAE V. C. EPISTOLARVM LIBER III.

IOANNI DE COLVMNA Cardinali, S.

Est mihi cum Nymphis bellū de finibus ingens
Auditum fortasse tibi, mons horridus auras
Excipit ac nymbos et in æthera cornibus exit
Ima tenent fontes, Nympharū nobile regnum
Sorgia surgit ibi, querulis placidissimus undis
Et gelida prædulcis aqua spectabile monstrum
Alueus, ut uirides uitreo tegit amne smaragdos
Hic mihi saxosæ rigidus telluris agellus
Contigit, hinc lites, hinc semina prima duelli
Namq; ego quod profugis sedes erat apta Camœnis
Conciues hic esse meas, mecumq; tumultus
Insulsiq; dedi conuitia temnere uulgi
Cōtra ille, indignum facimus grauiterq; ferendum
Exulibus sua iura dari, nouus aduena toto
Orbe quod expulsas alienæ intruderet arci
Atq; nouem præferret anus, quòd mille puellis
Iam mihi facta manu nitido breuis area fundo
Stabat, & aduecto ridebat gramine pratum.
Nympharum interea rapidum de rupibus agmen
Prosilit, ac fragilis ualido molimine cœpti
Fundam senta ruit, fugimus scopulūq; propinquum
Prendimus, & saxo trepidi speculamur ab alto
Præsidioq; loci fruimur, nec tempore longo
Congredimur patulisq; iterum nos credimus aruis
Sic puduit fugisse semel, transiuerat orbem
Delius obliquum, iamq; altera uenerat æstas
Humida Pierio passim insultare labori
Agmina conspicio nostrisq; habitare sub antris
Quid facerē? indignor, sed qua nam fata gubernāt
Consilium curasq; fide, quo uana retorquent
Orsa hominum dum multa paro, dum bella retēto
Forte peregrinas longum uagus ire per oras
Cogor, & inceptum causa cum ualle relinquens
Attonitas comite post secula multa reduxi
In Latium celsæq; super capitolia Romæ,
Sextus ab his annus agitur quid multa, redimus
Per mare iam totiens mensum, totiensq; remēsum
Perq; nimis notas alpes, rapit omnia mundo
Prorsus auara dies, & sensim labilis ætas
Dum rus nempe silens, & opaca reuisimus antra
Mira loci facies, operis uestigia nusquam
Omnia calcabant hostes sparsusq; iacebat

Agger & undiuagis præstabat piscibus aulam
Rursus in ambigni redeo discrimina belli
Et dabat arma dolor, ires cumulauerat ira
Conueniunt duri agricolæ, pastoria nec non
Exiguo conducta cohors succinctus & alte
Piscator madidus posito mihi militat hamo
Voluimus ingentes scopulos, ac uiscera matris
Carpimus omnigenæ, & squalentia uellimus ossa
Paulatim & ferro montem tenuamus aduncо
Pellimus his tota Nymphas regione subactas
Erigimusq; sacris mensura palatia Musis
Fluminis in ripa, præterlabendo uicissim
Hinc sua damna gement, hinc gaudia uostra uidebunt
Nil aliud nisi forte minas & murmur inane
Exitus hic tantorum operum, ne ue omnia nobis
Attribuam, manifesta canis, manifesta leonis
Sensimus auxilia Phœbi peperere fauorem
Ille Palem nostris mouit pro partibus arua
Atq; arcum pharetramq; leuem æliferasq; sagittas
Pugnauitq; die medio iuuitq; supernæ
Per noctem obsequiosa soror uelut æmula fratris
Addidit ac lucri spacium tenebrasq; repressit
Sentio propositum tamen hinc fraudemq; latentem
Dum glaciem nymbosa ferat, uentosq; niuesq;
Sydera & undantem, dum uersat Aquarius urnam
Expectant, tunc incauto mihi multa minatur
Tum specus hæc uasto rapidum uomet ore fluentum
Gurgitibus mixtis properans succurrere uictis
Omma sunt prouisa mihi, iam parte reuulsa
Rupis & aggestis uicino è littore saxis
Hybernum præstruxit iter mea lecta iuuentus
Nec nos aut fracto ueniens Padus aggere multum
Terreat, aut rupti contemptor pontis Araxes
Iam uictor, iam pace fruens tutusq; futuri
Pannosos comites uix serum in flumine puro
Exposui, lauiq; uadis hic sæpe precanti
Antiquos renouare modos, contingere lauros
Nectere ferta manu, sacras spectare choreas
Permissum fileat quanquam indignatus Apollo
Cirraq; muta iugo iam pridem subsit hiberno
His ego non plausum uentosaq; festa theatri
Nec murmur turbæ uarium, sed rara bonorum
Pectora pollicitus mœrentia corda leuaui
Hospitio mensaq; fauens, castoq; cubili
Iamq; Helicon, collis biceps, iamq; ungue caballi
Fons oriens, uatumq; uirens iam sylua uideri
Incipit, & miseris melior fortuna reuerti
Hæc age uisurus propera, par si qua quietis
Cura tibi cernes bellis hæc otia quantum
Vrbanis præferre uelis, neu dura timeto
Fercula, & horridulis inculta cubilia culmis
Regibus alternare uices, gratissima res est
Fastiditur idem semper, uariata uoluptas
Blandior est alium refert dilata saporem
Adde quòd & lautas, epulas & uina rubenti
Monte uel ardenti dudum transfecta Veseuo
Argentumq; nitens, gregis ac preciosa Britannis
Vellera odorato demersas murice uestes
Ferre breui potes ipse uia, de cætera nobis
Herba thorum ramis tectum uiridantibus arbor
At cytharam Philomena ferat, quam nulla libido
Flexit adhuc, tremulo permulcens gutture syluas
Innuba uirgineo canit, & non sibilat anno
Nos tibi multiloquos, si fert ea cura, libellos
Musarumq; choros, domitisq; insistere Nymphis
Nos tibi pampineos colles grauidosq; racemos
Deniq; melliflua ficus, undamq; recentem
Gurgite de medio offerimus, cantusq; uolucrum
Innumeros, montisq; sinus, curuosq; recessus
Et nemorum gelidas udis in uallibus umbras.

Rainaldo de Libero pago Veronensi Poëtæ. S.

Est puer hic nobis lætis demissus ab astris.
Atq; Mose ad ripam genitus, teneris q; sub annis
Altus aquis sequanæ Rhodani nunc hospes ad undã
Acceptus Musis, digito doctissimus omnes
Organicos miscere modos, curasq; nocentes
Pellere pectoribus, syluasq; impellere cantu
Sistere præcipites pluuias, compescere uentos
Hunc ego post patrios amnes, ut amœna uicissim
Flumina nostra bibat, Athesimq; Padumq; parentem
Hortor, & Ausonia Duce me respiret in ora
Pollicitis precibusq; animum flexisse uidebar.
Spes titubat maiore minor, postquam attigit aulas
Pontificum celebrat quos cardine Roma coruscо
Consilij subsedit inops, quo tramite uergat
Vereat has inter Gazas, auriq; nitorem
Nos ne fidemq; sequi nostram uelit, inde niualem
Horret & aëriam saxosi uerticis alpem,
Ac putat Italiam toto distare profundo
Hinc requies promissa trahit, terrasq; uidendi
Famosos impellit amor, iuuenilia quorsum
Consilia euadant dubium, tibi funditus ipse
Persuade nil hoc animi modulante tumultus
Iuris habere sui, pax est ubi iusserit ille
Gaudia sub digitis habitant, dulcedine mira
Vincuntur tristes & uertunt terga querelæ,
Si sequitur mulcebit agros & pascua late
Eridani uestrosq; lacus, fontesq; decoresq;
Quos parit & uitreo mittit mons aureus amni
Te tamen ante alios curis absoluet amaris
Solamenq; feret studijs calamumq; iuuabit
Iudice te Philomena sibi iam luce propinqua
Cedet, inexpletos iuuenis dum cantat amores
Cedet olor cantu senior iam morte sub ipsa
Nubila diffugient cœlo pelagoq; procellæ
Partius electrum flentes stillare sorores
Incipient, fratrisq; minus meminisse ruinam.

Gulielmo Veronensi Oratori S.

Tvrbida nos urbis species, & dulcis amœni
Ruris amor tulerat nitidos inuisere fontes
Mirandumq; caput Sorgæ, quod uatibus ingens
Calcar, & ingenio generosas admouet alas
Hic ubi te mecum conuulsa reuoluere saxa
Non puduit, campumq; satis laxare malignum
Venantem uarijs uideas nunc floribus ortum
Natura cedente operi, pars amne profundo
Cingitur ad partem præruptis rupibus ambit

Mons gelidus calidumq; iugis obuersus ad Austrum
Hinc medio ruit umbra die pars nuda tepenti
Porta foret Zephyro, sed & hinc procul arcet agrestis
Murus, ab accessu prohibens pecudesq; uirosq;
Aërias, sed enim ramis uiridantibus a te
Littoreas uolucres scopulis intexere nidos
Has musco uelare domos, sed frondibus illas
Progeniemq; inopem fidis trepidare sub alis
Aspicias, atq; ore cibos captare trementi
Concaua tum querulis complentur uocibus antra
Et color hinc oculos illinc sonus aduocat aures
Certatim, dulci spectacula plena tumultu
Suspendunt, gratoue quies condita labore
Hic unus cum pace dies exactus Auentii
Vix totus, tot me laqueis, tot curia curis
Implicat, id meritum quin uincula nota libenter
Infœlix, tritaq; iugum ceruice recepi
Nunc tamen illius iuuat hic meminisse diei
Dum latices, dum prata uagos, dumq; insita miror
Arbuta, dum lauros alia regione petitas
Obuia Gulelmi facies truncisq; uadisq;
Inq; oculis tu solus eras, hoc age gere fessi
Sedimus has tacito accubitu compressimus herbas
Lusimus hic puris subter latentibus undis,
Hic longo exilio sparsas reuocare camœnas
Hic Graios Latiosq; simul conferre Poëtas
Dulce fuit, ueterumq; sacros memorare labores
Nostrorum immemores, hic cœnam in tempora noctis
Traximus alterno pariter sermone relicti
Singula, dum repeto, lux illa breuissima furtim
Labitur, & clausa uix serum ualle reuoluor
Faucibus egressus, quum iam sylue strictа tempe
Vmbrosos q; sinus specians post terga uiderem
Lucidus ac mecum ad læuam descenderet amnis
Surgit ab aduerso uulgus muliebre uiriq;
Inter mixta acies, formæ discrimina longæ
Nulla putes, habitum confudit Gallicus olim
Luxus & ambigui texit uestigia sexus
Congredimur magis atq; magis uultusq; patescunt
Et uitæ tenues, & texta monilia gemmis
Et crinalis honos, distinctaq; purpura limbo
Stellantesq; nitent digiti, propiusq; per agmen
Intuitus, solitæ post mutua uerba salutis
Obstupui, tuus ignis erat, tua cura, iocusq;
O qualis facies oculis habitare sub illis
Visus eras, saluere iubens, & prendere dextra
Et mecum de more loqui, quo pergeret ultrò
Percunctor comites, fontis quo fama uocaret
Responsum, sed fortè alio de fonte latenter
Causa petita uiæ, quas non se uertit in artes
Ingeniosus amor! quid non didicistis amantes?
Forsan in his pridem tua nouerat ocia terris
Et quia te nusquam uestigia nota legebat
Te recolens, fingensq; tuos in imagine uultus
Talis erat, sic uisa mihi est, & quisquis amasset
Diceret hæc ardet, reducisq; ocurrit amico
Ibat enim cupidè, studioq; accensa uidendi
Lætior ac solito, & dulcedine capta locorum
Tentauì redium quasi te uisurus in illa
Et iam uersus eram tecum remeare putabam
Et uoces audire tuas, & cernere gestus
Virginis Hemoniæ Phœbo mirante uidebar
Aut indignantem Acteoni spectare Dianam
Si foret arcus ei, pendensq; in terga pharetrа
Arma ferũt oculi, dulces iacit inde sagittas
Spicula nota tibi, nec amantũ incognita turbæ
Digredimur tandem, ueniens nox uerba diremit.

Ioanni Columnæ Cardinali. S.

Ivlius alter adest, adeat simul altera limen
Littera nostra tuum, curas quæ narret agrestes
Quo tandem lis longa breuis peruenerit ortu
Quæ mihi cum Nymphis bellorum ex ordine causæ
Cunctos nosse reor, qua se mea carmine fama
Extendit, nomenq; nouì tulit aura Poëtæ.
Aspera iam lustris certamina nempe duobus
Crebraq; conferimus, non pluret Troia per annos
Obstitit aut Graium cœptis, aut Gallia nostris.
Omnia tentaui, spem quam mihi præbuit æstas
Proxima fregit hyems, auctiq; potentia fontis
Vincerunt q; operum fastidia, cessimus ultrò
Reddidimusq; uiam, scopulosa repagula nusquam
Nusquam indignanti transuersa in flumine moles
Ac conuulsa sonant rupis fragmenta uetustæ
Vnda tulit partem, partemq; tulêre coloni
Et nouus antiqui labor impulit acta laboris
Propositum ceu nauigium moderator ut ipsa
Tempestas rerum hortatur, nunc urget in Austrum
Nunc Boream, septemq; iubet spectare triones
Quo uocat illa sequar, ne ui trahar, omnia frustrа
Missus in aduersum, proram diuersa mouebo
Littora respicere, & uentis parere Hetrusсis
Atq; gubernaculum partes uersatile in omnes
Intenta frenabo manu, gratissimus olim
Ludus erat, querulas Nymphas cum murmure multo
Sedibus è propriis & auito expellere regno
Annuus hinc labor & bellum immortale fauente
Bruma illis, æstate mihi, cui mixta uoluptas
Plurima molliri, captum dulcedine quadam
Compulit usq; adeò, quòd si licet infima summis
Et pelago angusti componere gurgitis undam
Ac Regum uatumq; inopes conferre paratus
Perfida sic quondam neuali ponte superbus
Hellespontiaco Xerses traiecerat æstu
Sic etiam armipotem longo post tempore Cæsar
Cornua Brondusij ualidis uincire catenis
Ausus, & edomito genitum prohibere profundo
Sic quoq; Baiano temerarius æquore Gaius
Tertia construxit tumidi spectacula fastus
Quæ nunc sparsa uident nautæ, numerantq; sub alto
Hic hellespontus Baiæ mihi Brundusiumq;
Hic ferro fodiendus Athos, nunc altera pectus
Cura subit, uideo naturam uincere quantus
Sit labor, ergo suum seruant elementa tenorem
Amnis iter solitum, sed enim breuis angulus hæret
Rupibus, ille quidem Nympharum ab origine sedes
Nunc mea Pyeridumq; domus satis ampla, quod hospes
Aduenit rarus, sordent quia carmina uulgo
Vitaq; nostra furor, sub iudice facta furenti

Hanc modo uallamus quam nullâ reuellit aquæ uis
Ni montem oppositum à radicibus eruat imis
Si tibi cura animum dederit, si curia tempus
Omnia mutato nostrum decus ordine rerum
Me Nymphis, Nymphasq; mihi cessisse uicissim
Et cecidisse minas, compressaq; bella uidebis
Retia nunc sunt arma mihi & labyrinthius error
Viminea contextus acu, qui peruius undis
Piscibus est carcer, nulla remeabilis arte
Progladijs curuos hamos, fallacibus escis
Implicitos, tremulasq; fudes, paruumq; tridentem
Piscator modò factus ego, quo terga natantum
Sistere iam didici, duroq; affigere saxo
Primitias en flumineæ transmittimus artis
Et uersus quot clausa domos habet artaq; uallos
Quæ tibi pisciculos & rustica carmina pascit.

EIDEM S.

CVncta dies minuit, tua munera tempore crescunt
Atq; usus meliora facit, tibi Regius aulæ
Assuetus mensæq; canis, somnoq; superbos
Purpureis captaret oris, transmissus ab ora
Occidua, patrios mores, Hispanaq; raptim
Limina Romuleis opibus, sommumq; cibumq;
Post habui sortemq; nouam, melioraq; cernens
Omnia tranquilla lætus statione quieui
Hunc mihi digressus supremaq; uerba parantî
Solamen comitemq; uiæ largiris, at ille
Sublimi de sede licet uenturus ad imam
Paret & iniectis mœstus dat colla cathenis
Et sequitur nec spernit heri mandata minoris
Paulatin minus atq; minus memimisse relictas
Delitias iam prata iuuant iam lucida tranans
Flumina, mordet aquas, ludit in gurgite puro,
Percula iam sibi nostra placent, & libera curis
Otia, deserti non ampla palatia Regis
Anteferat, uariasq; dapes iam panis & unda
Sufficiunt ac parua domus, iam membra refulgent
Lota, feri cecidit scabies in fronte salubri
Torpenti contracta situ, iam uertice toto
Altior it solito, ceruixq; generosior extat
Iamq; tumet phaleris, iam uisa monilia mulcent
Amplaq; Zona rubens niueisq; intexta columnis
Seq; tuum recolens quondam secum ipse superbit
Multa minax fugit nostro de gramine pastor
Seq; suumq; gregem procul addidit, atria custos
Formidatus habet, plebs importuna procaxq;
Hactenus obsessum metuit contingere limen
Liber ago, meus assertor, mihi scilicet unus
Est comes assiduus, quotiens lassata diurnis
Sub noctem curis thalamo mea membra silentî
Composui, facilemq; oculis dedit ora quietem
Excubat ante fores, quotiens me longior æquo
Somnus habet fessum queritur, solisq; reuersi
Admonet inerepitans, & concutit ostia plantis
Illicet egressum uultu plaudente salutat,
Meq; præit, loca nota petens, & lumina uoluens
Sæpe retrò, læui postquamq; in margine ripæ
Procubui & solitis curis insistere cœpi
Vertitur huc illuc, aditus circumspicit omnes.
Candida tum uiridi proiectus pectora terræ
Tandem terga mihi obuertit uenientibus ora
Est inter fontes gelidos locus, undiq; solis
Peruius alitibus, scopulis & flumine cinctus
Hac gressu trepidante feror, malet ille, uiamq;
Occupat & magno tegit artum corpore saxum
Latratu exiguo conspectos nunciat ante
Inde ruit, nisi forte uetes: nam plurima seruat
Si quis cuncta notet sensus uestigia nostri
Iussus inardescit strictis lentescit habenis
Torquus, ut aduersus reliquos, sic blandus amicis
Auribus abiectis tremulaq; occurrere cauda
Prospicit hunc medio transuersum calle tremiscens
Rusticus & legum nodos perplexaq; iura
Consiliumq; domus inops connubia nate
Me percontari solitus, uelut Appius alter
Acilius ue forem, & Musas turbare quietas
Nunc secum sua solus agit mihi maxima uitæ
Commoditas mecum esse licet quæ cuncta fatebor
Muneribus debere tuis, solatia mille
Præterea, saltu colles amnemq; fatigat
Arguta pueros imitatur uoce canentes
Et risus mouens facit, penitusq; uadosis
Anseribus grauis hostis adest, per littora & altos
Insequitur scopulos fundo, nec tutior imò est
Aliger infœlix, medio nam flumine prensum
Extrahit & pingues cœnas uolentibus offert
Sæpius, atq; epulas uenatibus ornat agrestes
Sed iocus est, aut ira leuis seu grata natanti
Præda est, seu strepitu offendunt, nam mitior agno
Esse solet paruis nunquam mihi crede uel hædum,
Vel fragilem tentabit ouem, profugamq; capellam
Occursu trepidi leporis quasi territus hæret
At fœtas laniare sues ualidosq; iuuencos
Audet, & arreptas conuellere morsibus aures
Morsibus his quondam diuersi à fimbus orbis
Mi ssus Alexandro canis est, & regius idem
Et contemptor erat, quem non plebeia moueres
Bellua, non damas, non apros ille, nec ursos
Tangeret, alta suos sæuens in uulnera dentes
Quæ male cum præceps nouisset dona tyrannus
Mox generosum animal meritum meliora peremit
Mittitur hinc alius sæuos mactare leones
Doctus & euerso tellurem elephante subactam
Concutere hunc iuuenis tandem miratus amauit
Erroremq; suum nouit seruumq; perempti
Pœnituit, quem non digno prius hoste probasset,
At mihi nota mei uirtus, impune catellus
Mordeat hunc lactens, quem non grauis ira leænæ
Terreat, orbatæ nec feruens tigridis ardor.
Tu præsens, nisi fallor eras quando alta suprimi
Atria Pontificis subitò completa tumultu
Mouit, ubi intonuit uillisq; rigentibus horrens
Ibat, ut ostensi laceraret claustra leonis
Vix inde abductus mœrens magnumq; dolorem
Testatus gemitu rauco longis ue querelis
Sed multum res parua tenet, sit finis ut unum
Non fileam si fortè aliquem uidet ille tuorum
Seu casus, seu iussa ferant, quòd scilicet absens
Semper adesse tuis non desinis, incipit ulam

Suspi-

Suspirare tuam uallesq; & rura perosus
Fortunaq; memor ueteris, fors libera detur
Mallet ad excelsam meritò remeare Columnam.

Ad arbores suas.

SYlua precor generosa fer ax per secula tanti
Viue memor Domini fœlices surgite planiæ
Tendite pomiferos sub nubila tendite ramos
Herbosumq; solum frondosi palmitis umbra
Dum fremit ore leo, dum sicca reuertitur æstas
Protegite, & solis nimios arcete furores
Iam Zephyro fluxère niues, iam bruma recessit
Floriger ecce aries, iam piscibus instat aquosis
Vere habitum mutare nouo uiridiq; colore
Vestiri & lætos pro tempore sumere uultus
Ille iubet qui iam uestri sibi poscere partem
Dignatur fœtusq; graues dignabitur olim
Crescite magnifica forsan contingere dextra
Maximus ille uirum, quos suspicit Itala tellus
Ille inquam aëriæ parent, cui protinus alpes
Cui pater Apenninus erat, cui ditia rura
Rex Padus ingenti spumas interse cat amne
Atq; coronatos altis in turribus angues
Obstupet & dominum hinc illinc ueneratur eundem
Adriaci quem stagna maris tyrrhenaq; latè
Aequora permetuunt, quem transalpina uerentur
Seu cupiunt sibi regna Ducem qui crimina duris
Nexibus illaqueat, legumq; coherceat habenis
Iustitiaq; regit populos quiq; aurea sessæ
Tertius Hesperiæ melioris secla metalli
Et Mediolano Romanas conulit artes
Parcere subiectis & debellare superbos.

Petro Dantis Florentino, S.

SI sapientis habent aliquid phantasmata certi
Spes mihi magna boni, longos Deus ille labores
Forsitan ætherea spectans miseratur ab arce
Et lachrymis iam finis adest, ô sera quietis
Tempora grata tamen, sed quòd prior ista uideres
Fecit amor patriæ, quam quo meliorib. astris
Nascimur, hoc animo colimus meliore parentem
Et tua nunc igitur uigilantia pectora curæ
Sollicitant, memoremq; sopor suspendit amantem.
Tu mihi da ueniam, breuior sum, dextra dolore
Segnis habet calamumq; mouens sibi fessa uidetur
Nodosam uersare trabem, tibi cognita causa est.

Zenobio Florentino Grammatico, S.

OFœlix cui uel uiduam spectare parentem
Contigit atq; uagas deserto in monte sorores
Vidisti quod mundus iners, quod uulgus auarum
Posteritas quod cœca nequit spectacula raro
Ingenijs permissa facis, tot millia rerum
Tot curas formasq; hominum speciesq; laborum
Cernere sub pedibus poteras tranquillus ab alto
Me procul in tenebris per deuia longa uiarum
Errantem uidisse fuit, sed traxit amare
Frondis honos, libuitq; sequi quam iure licebat
Spernere Pyerias ausum decerpere lauros
Fortior ignauum miles sic signa ferentem
Doctus inexpertos obseruat nauta magistros
Propositi tamen egregij uotiq; modesti
Quisquis es in nostrumq; adeò propensus amorem
Te læte cupidisq; animi complectimur ulnis.

EIDEM S.

DVlce iter in patriam dulcis fuga rarior hospes
Attrahit, at notæ retrahunt fastidia turbæ
Quid facies animæ, locus is quo pergimus inquam
Fert mala iuncta bonis & dulcia miscet amaris
Cuncta quidem subeunda simul fugiendaq; nobis
Cuncta simul, neq; enim facilis discretio rerum
Eligit ille fugam quid quòd nec aperta uolenti
Ianua in exilium ciues egere superbi
Claudit inquam urbem qui ius ibi supprimit æquum
Est genus exilij tacitum, sunt uulnera cœca
Miraris? cui non paucorum iniuria nota est
Quam fouet immemoris populi patientia nostri
Vel ui rapta domus, uel pascua ruris auiti
Amissæq; preces, & tot per inane querelæ
Indignor ne uera negem tecum ne licebit
Gloriert amplexa est gremio nos aurea Roma
Et ciuem dignata suum, dulcisq; Maroni
Parthenope sacro fœdus feriente Roberto
Quid referenda mihi, seu docta Bononia legum
Seu Salis inferni decorantes littora Pisæ
Atq; Adriæ imperitans, alterq; Venetia mundus
Historiaq; parens Patauum, seu Smirna latinis
Mantua sidereæ nutrix longæua poësis:
Parma uel imperij clypeus si credimus olim
Romuleos dum dura Duces fortuna premebat.
Quid loquar Hesperias urbes atq; oppida nostrum
Inter honoratos numerantia nomen alumnos
Vestra quod una suis abolet Florentia fastis
Longius impellor, bâlamum rapit ira calentem
Gallia me uoluit, proles generosa Philippi
Non neget, extremi proprium uoluere Britanni
Immeritum fateor, sed in hoc mihi sydera saltem
Dextra fauent, leui mulcentia luminis astrum
Quo tulit, ecce dolor læso tu parce loquaci
Non fugimus patriam, sed nos fugat illa profecto
Mox uetus exemplis illustribus, aspice busta
Sparsa uirum, patria uetitum tellure iacere
Quos ciues quem nam peregrino in puluere saxa
Quos cineres equæ membra premunt, solabimur ergo.
Et moniti leuiora animo tolerabimus æquo

Bruno Florentino, S.

PVerias comites & plectra sonantia Phœbi
Hemoniamq; alio laurum procul ore relictam
Noueris antiqui precium prædulce laboris
Tristia pro Musis habitant præcordia curæ
Et quibus infaustas mors imperiosa choreas
Fortuna modulante ciet, non aridus agnos
Dente lupus rapido teneros non fœta iuuencos
Tygris & imbelles Iouis armiger ungue columbas
Aerius insequitur, quam me trux illa meosq;
Me linquens rapiensq; illos quo Musa dolore
Cœptum liquit opus elegos & flebile carmen

Fessus erat calamus siccis sitit Africa glebis
Nostra, fatigato longum deserta colono
Castalij nec fontis opem, nec frondis odorem
Sentit Apollineæ, sed robora dira cupressos
Funereosq; rogos lachrymarum proruit imbri,
Quem nymbi tristesq; animi peperêre procellæ.
Heroos canerem, institeras conatibus obstant
Sydera magnificis, alio leuis orbita calle
Ingenij transuersa mei male sanus ad ægros
Ducor, & heu mœrens aliorum lumina tergo
Cogis enim fortuna nocens, en tempore quanto
Quinq; sepulchra uirum quales si prisca dedissent
Secula Mœonio uigilatum carmen Homero
Clara uel Ausonijs celebrasset Mantua Musis
Ergo Deas alibi, sed quid loquor omnia tecum
Et Phœbum, & comites totumq; Helicona requirè
Ars mihi iam gemere est & castigare gementes.

Gulielmo Veronensi Oratori, S.

Febribus obsideor ualidis, mortemq; propinquam
Suspicor, hæc inter turri uigil improbus alta
Excubat, & rauco pernox obmurmurat ore
Classica dira fremunt, belli circumsolat horror
Ditia Barbaricis uacuantur rura rapinis
Innocuusq; cruor per dulcia funditur aura.
Vulgus inane gemit, taciti stant limine patres
Fœmineæq; sonant per compita mœsta querelæ
Singula dum premerent celsam rationis in arcem
Buasi, fateorq; libens hæc tempora linquo
Hactenus hic animi status est mihi cætera morbo
Si nequeam uictus pro me uaga fama loquetur.

EIDEM S.

Actum erat extremam uictus rapiebar ad horam
Potio, ni tristis bilem domuisset amaram
Artifici prætenta manu, mox limine ab atro
Mortis ad astrigerum uideor mihi uersus olympum
Nunc terram titubantq; premo noxq; ipsa fatetur
Semianimem pallorq; grauis, spes reddita uitæ
Cætera conueniunt morti, tu uiue diuq;
Quicquid erit lætum nostri memor exige tempus.

Ioanni Barili Neapolitano Militi, S.

Docilis ad horrificam delectus nauta procellam
Grande onus & rari mixtam tibi sentis honoris
Materiam imponi, famam nisi fallor amabat
Qui iussit tam magna tuam, uerum ocia contra
Oderat ac requiem, spectati dextra magistri
Poscitur ad clauum quotiens uiolentior Auster
Incubuitq; uadis scopulosq; illisa maligno
Ingemuit raucum tam peruia fluctibus alnus
At quotiens cœlo mitis iacet unda sereno
Blandus & Hesperio Zephyrus suspirat ab axe
Cura gubernandi minor est, minus indiget artis
Atq; operæ fragili quamuis credenda lacerto
Tu syrtim ambiguam uentis frangentibus æquor
Littoreos úe canum strepitus, refluam úe charybdim
Euxinumq; fretum rapidi sub faucibus Istri
Ingressum te chare puta, tamen omnia uirtus
Vincet & ancipiti tua carbasa certa profundo
Vis animi generosa reget, mirabere forsan
Spes ea, uester amor, desideriumq; metusq;
Sollicitant, quo calle queant de littore tuto
In puppim transire tuam uisurus ab alto
Monstra maris tumidi, & portum subiturus eundem.

Nicolao Florensi S.

Si iuuat agricolam ruris spectata subacti
Gloria dum flauas oculo metitur aristas
Diuitiasq; suas tamen idem in colle benigno
Dulcius aëriam quercum, fagumq; comantem
Pampineisq; notat uestitam uitibus ulmum.
Pastorem si fama gregis uulgata superbum
Efficit, ac toto fecerint ab agmine magnum
Lætior herbosa ludentem in uallo iuuencum
Hunc colit ante alios mulcens hunc nomine crebro
Signat odoratis intexens cornua sertis
Quanta mihi gentiq; putas tu gloria nostræ
Quantaq; lux patriæ, quem tot tolerare laborum
Aspera tot laqueos cauto transcendere gressu
Hostibus horrendum, charumq; uidemus amicis
Quem nec tortua minis claro nec perfida cœpto
Blanditijs fortuna mouet, tam tristibus anum
Quam lætis mirata uirum, tibi carbasa cymbæ
Et clauum lassata suæ Trynacria tandem
Credidit extrema sic tempestate magister
Eligitur dubio miles sic sæpe duello
Sorte sub ancipiti generosis lecte periclis
Viue tui nostriq; memor, quas insita uirtus
Quas animo spes nostra faces tibi prima placendi
Proxima cura bonis, turbæq; accendet amanti
Quos internumerare tuum dignabere uatem.

Floriano Ariminensi Musico S.

Orpheus Euxinios solitus, uel carmine fluctus
Vèl Thracum mulcere feras, truncosq; sequentes
Clarus auis proauisq; fuit feeloq; loquaci
Inter semideos habitus, sed tempore nostro
Orpheus alter adest, si quid mihi credere tutum est
Non minor antiquo, nisi quod modò surda canenti
Monstra parit tellus, redeat licet ille nec iram
Nox luxum frenare queat, uictusq; tenaci
Cedet auaritiæ, tanto fœcundior ætas
Sera mali tantum hac acie uincêre nepotes
Vt longo postliminio consumpta reposcant
Membra senes, stygiaq; datum, sit ualle reuerti
Tangere iam dubias mensas dextraq; eruentas
Permetuant, tectoq; negent habitare sub uno
Aut simul inualidæ retinacula soluere puppis
Adde quòd ignauo calcar locus incuit æuo
Et mundi sentina grauis sic pestibus una
Musica cum geminis bello concurrit iniquo
Cellipus his Rhodope multum me iudice multum
Impar erit feritate sua, nec Thracius Hebrus
Certet aquis Rhodani sunt hic prædura metallum
Pectora sunt silices animi, sunt uiscera flammæ
Semiuiros per prata boues, per atria cernas

Semiboues errare uiros, non unus opacam
Minotaurus habet perplexi tramitis aulam
Plurima permixtæ cecæq; libidinis extant
Signa per infames partus sobolemq; nefandam
Et natos furor exagitat rabiesq; famesq;
Dira nec immites cessant à sanguine fauces.
Nec septena uirum, sed iam millena uorantur
Corpora iustorum, nec solæ urgentur Athenæ
Sed cupidus totus lacteratur dentibus orbis.
Hortor abire locis, Italatellure daturum
Ingenij documenta sui, tum currere quercus
Saxaq; mota sono blandosq; uidebimus ursos.

EIDEM S.

Cesserat assidua uictus prece plectriger Orpheus
Orpheus hic præsens æuo non arte secundus
Ausus opes spreuisse inopes ignobile pondus
Iamq; animo carpebat iter, sed uasa legenti
Occurrit uiolentus amor dextramq; superbam
Injicit inualido, mirum meretricula tanto
Imperat ingenio, cessit reuerentia, cessit
Alma fides, cessere preces, sic uincimur omnes
Vnius illecebris, & musica seruit amori
Cui mare, cui, tellus cui seruit Iuppiter ipse.

Ioanni Boccatio Florentino Poëtæ S.

Ego si qualem tu me tibi fingis amando
Sors daret, ut uigiles sopirem carmine curas
Qualia nubiferæ scopulosa per aurea Cirræ
Qualia Castalij modularer ab agmine fontis
Solamen latura tibi, sed crede fatenti
Fallit amor, qui sæpe Deos homines q; fefellit
Iudicijs aduersa lues, si carmina uulgus
Nostra legit, quæ causa tibi nunc summa querelæ est
Quod passim uulgata auido cœlentur amico
Nil mihi nil nostris poterat contingere Musis
Tristius, id primum mouuros nempe libellos
Admoneo, ut uulgus fugiant, paucisq; placere
Contenti hospitibus, penitus fallentibus auris
Abstineant, plaususq; leues, & murmura tenent
Ingenio sin fata fauent ut forte per ora
Docta uirûm uiuus uolitem, licet ardua semper
Hæc uia sit tentata mihi tamen ipse mearum
Conscius obstupeam rerum, dum scribimus ecce
Horrendum uiolenta tonat, miscetq; dolores
Et uarios fortuna metus tot uulnera rerum
Torq; minas perferre graue est, hinc nuncius atq; hinc
Tristis adest, illum mors abstulit atra sodalem
Hunc gladij rapuere truces, hunc carcerat, illum
Morbus habet, uolucres alius rabiemq; ferarum
Aequoreosq; alius pascit sub gurgite pisces
Cor mihi non Adamante rigens nec ferrea mens est
Permoneo, taceo propriam quæ longa malorum
Historia est, quibus hoc signum petat illa sagittis
Pectus & hoc quanto pertentans ariete pulset
Obnixi contra stamus: tum pondere nostro
Tum simul exemplis quis nostrum fortiter illud
Vicerit interdum trepidi titubamus ita omnem
Corpoream requiem mentis labor atq; uicissim
Pacem animi internam fortunæ prælia turbant
Vincemus tamen ut spero clarumq; trophæum
Victa ferox inimica dabit, sed stante duello
Turbidus ingenij status est, uix temporis huius
Acta probare reat doctos uerum omnia postquam
Nostra placent, uoti compos breue suscipe carmen
Et sessæ lege signa manus ac mitte querelas.

Barbato Sulmonensi, S.

Rus mihi tranquillum media contingit in urbe
Rure uel urbs medio, sic prompta frequentia soli
Promptus & in latebras reditus dum tædia turbæ
Offendunt hos alternos urbs una regressus
Hos dedit una domus senium quæ pellit in iram
Nam desiderium ualuas transgressus abundè
Lenio, semper adest oculis animoq; uicissim
Quod placeat poscit graues auertere curas
Rursus, & ut strepitus pertæsum limen amicum
Transeo multa uno fugiens fastidia passu
Et querulum obuerso feeludens cardine uulgus
Hic mihi tanta quies quantam nec ualle sonora
Parnasi nec Ceropiæ per mœnia uillæ
Inuenit studiosa cohors heremoq; silenti
Vix Aegyptiacæ ciues nisi fallor arenæ
Angelici sensere patres, fortuna latenti
Parce precor, paueoq; uolens à limine transi
Et Regum metuenda fores inuade superbas.

EIDEM S.

Sors sua quemq; uocat, rigidam transire per alpem
Sole niuem radio nondum frangente iubemur
Obscenosq; locos, informia claustra malorum
Atq; seram Rhodani totiens contingere ripam
Heu quis agit mea fata Deus, quis fydera uoluit
Noxia? si patrium fesso fortuna sepulchrum
Inuidet, extrema liceat iacuisse sub artho.
Aut ubi serpentes habitant, ubi nascitur Auster
Caucasea sub ualle libens Athlante sub alto
Et uiuam & moriar, modo sit dum uiuitur almus
Cuius ab alternis respirem tractibus aër
Barbara dum morior saltem cui reddere corpus
Terra queam nihil è toto plus poscetis orbe
Hoc etiam fortuna negas huc uoluis & illuc
Nullaq; iam tellus nullus mihi permanet aër
Incola ceu nusquam sic sum peregrinus ubiq;
Siste precor quacunq; libet regione, meoq;
Ludibrio laxare ferox non munera regni
Multa tui non ampla peto, permitte quieta
Paupertate frui patere hanc in rure repostо
Aetatem transire breuem, iam proxima mors est
Libertasq; simul, medium sine turbine tanto
Tempus eat non ambitio nec auara trahit mens
Tu longos sine fine adigis perferre labores
Qui quoniam assidue rapido cum tempore crescunt
Quis mihi portus erit? qualem sperare senectа
Linquitur, ô miseris perplexum ambagibus orbem
Celsa tremunt, pendet medium, calcamur in imo
Iam placent, tamen aêrio ceu uertice semper
Mens tremit, & medio pendet uelut anxia calle
Id quæror in primis, quæ nam hæc discordia rerum

Si nymbos sæuumq; iugis sæuisse tonantem
Si pelago fluctus tempestatesq; profundo
Naufragiumq; gemam, desit patientia & æqui
Iudicium arenis, sed enim modò gurgitis undis
Obruor indignis, humilíq; in puluere uentis
Fluminibus premor, sic nil mihi profuit alum
Sollicite uitasse locum, uerum ista profecto
Iusta sed & sera est, & longa, & uana querela
Sors igitur mea repetit tutumq; uiator
Prendere iussus iter, charosq; relinquere amicos
Vrgeor alpinum raptim penetrare tridentum
Danubiumq; nouum, iuuenemq; ab origine Rhenum
Germanosq; lacus, claudit nanq; hostis apertas
Ense uias, quid agam? rebus parere coactum
Durius est, & ferre iugum sine murmure præstat
Pareo tranquillum dulcis mihi fluxerat annus
Sed breuis heu nimiumq; fugax oblitaq; fortè
Tanisper fortuna mei dum cætera gaudet
Præcipiti uersare rota mihi grata reliquit
Ocia, nunc eadem sphyngosa negocia reddit
Et labor inuisus placitam fugat ecce quietem
Tu fœlix Barbate tuum ne desere nidum.

Gulielmo Veronensi Oratori, S.

AVsoniat spectare domos adamante Superbo
Non silice extructas, nisi te sine dulce fuisset
Vidi etenim limenq; rigens & claustra supremi
Artificis firmata manu Nymphasq; sonoras
Cæruleumq; Athesim subeuntem gurgite blando
Flectitur ille uolens alpini conscius ortus
Et supplex melioris adit confinia mundi
Natarecq; humiles grates agit alta Veronæ
Mœnia frondosos colles pulcherrima Mrtis
Pascua & Adriaci famosas æquoris urbes
Non Istrum Teucemq; feram glacialia rura
Littora nec Scytici uisurus turbida ponti
Non modò res nostras igitur pecudumq; ferarum
At terras fluuiosq; uagos inuicta regit sors
Vidi, & terrificam solido de monte ruinam
Atq; indignantes præcluso tramite Nymphas
Vertere iter dextramq; uadis impellere ripam
Et didici insano prouisa pericula uati
Oppressum subita populum sub strage miserum
Mors inopina hominum, & proprij mens insciа fati.

Ioanni Barili Neapolitano, S.

REs ingens tempusq; breue est, hæc summa malorum.
Inscius in laqueos recidi, quid singula uerbis
Expediam cæcumq; charos laberinthia claustra
Errores q; nouos & inextricabile septum
Sollicito quòd turba gradu miserabilis ambit
Amissumq; semel nequit unquam attingere limen
Hic me declusum totiens, nunc sydere mœsto
Carcer habet miseriq; uagor pars una popelli
Ipse mihi impignans, inamœnaq; compita lustro
Rex tonat horrendus, stat sortibus urna malignis
Quis iussus prior ire mori, quem fata secundam
Sæua uocent, nec fila ferunt, nec uerba puellæ
Reginæ miserantis opem, nec Dedalus usquam est.

Francisco Priori sanctorum Apostolorum de Florentia, S.

MIraris quæ causa moræ laberinthus in aruis
Niliacis gnosoq; fuit, mox tertius error
Lemnius, extremus clasimi gloria regni
Omnia fuecumbunt senio, ruit ecce quaternus
Carcer, & auroram cæcæ uidere cauernæ:
Sed toto dictæa domus famosior orbe
Iam nomen uel sola tenet, solusq; repertor
Consilij uulgò clarus cautissimus idem
Et genitricis enim, & nate solator amantis
Armenti regina Ducem miserabilis arsit
Et subiecta fero mendacis tegmine uaccæ
Optauit uirum esse pecus, sed honestior ignis
Corripuit sobolem salua pietate furenti
Ignoscendus amor, ruit horrens machina postquam
Dextra uiri fortis monitis armata puellæ
Perculit informis squalentia pectora monstri
Ipse faber fraudum penna trepidante per auras
Fugit, & amisso mœstus super æquora nato
Fessus & Euboica demum requieuit in ora
Quasecat argolico campanas uomere baias
Aduena calcidicus, fruiturq; salubribus undis
Sed quorsum tibi nota trahens ignota profari
Demoror? utq; uolens alium delatus in orbem
Dedalus ad Rhodani lœuam, noua monstra nouasq;
Ambagum formas & plena doloribus antra
Struxerit, ut nullus reduci uestigia filo
Dux incerta regat laqueos, ut nuper in istos.
Inciderim, nequeam ue pedem cum laude referre
Non hinc egides, non hinc minoia proles
Dedaleo ingenio freti, non ipse magister
Exeat, ira uiam faciet, dolor induet alas
Hinc ego uel nudus fugiam nisi Barbara busti
Sors mihi seruatur, fugiam similisq; uolanti
Iam Ligurum colles, facilemq; remetior alpem
Limina Pontificum totiens damnata relinquent.

EIDEM S.

SCilicet immense quod Flaccus dixerat urbi
Bellua multorum est capitum, sibi uendicat omnis
Villula, fumosis sunt oppida mœnibus unde
Pastor & hirsutus quondam ueniebat arator
Nunc uagus impostor quiq; omnia littora lustret
Insomnis mercator adest, quiq; omnia sulcet
Aequora & excisum patrio de stipite remum
Ignotis qui uersat aquis, qui sydere in atro
Peruigil instantes mundo notet ante tumultus
Publica præsagis, aut funera cernat in astris.
Aut simulet qui uel tristi radice pauentem
Aegrotum uel morte leuet, qui puluere & herbis
Improbus ex uarijs medicatum spondeat aurum
Vulnera qui curet uerbis & credula fallat
Artibus innumeris insani pectora uulgi
Soluere qui legum laqueos & uincla professus
Ludat, & attonitum teneat sub rostra clientem
Quid loquar, artifices scelerũ, quot surgere passim
Cernimmis inmites humili de stirpe Tyrannos

Iam quæcunq; palus Syllas alit atq; Nerones
Portentum regale prius sic flumine longo
Assirium nostras defluxit uirus in oras
Nos miseri uenale pecus uilisq; lupinæ
Præda famis sequimur dominos dominarier orbi
Quos magni docuere patres, nec tuta dolendi
Libertas iustæq; sonant impune querelæ
Supplicium dolor ipse timet, nec parua gemendi
Materia est non flere palam, maria horrida uelo
O mea Calliope, & remis fugiamus adactis
Securum Carpanus iter, speciesq; laborum
Et cursus uitæ uarios populumq; canamus.
Lætitur hic gratis, cuius discrimina mille
Millæ artes, & mille uiæ parq; omnibus error
Quilibet ancipitem, pariet sibi sylua scphistam
Vepribus eliciet doctum nemus omne Platona
Quolibet argutus procedet Tullius antro
Aliger ex omni ueniet tibi Dædalus alpe
Si status hic ruris quæ nam confusio uasto
In populo qualis magna laberinthus in urbe
Quæ si uisa premunt animum, si dulcia turbant
Ocia contamur tristes abrumpere nodos
Ac lætam tentare fugam, uestigia uulgus
Nota sequatur iners at nos Helicone sub alto
Secretos longè uitamur carpere calles.

Ad Italiam ex Gallijs remeans.

SAlue chara Deo tellus sanctissima salue
Tellus tuta bonis, tellus metuenda superbis
Tellus nobilibus multum generosior oris
Fertilior cunctis, terra formosior omni
Cincta mari gemino, famoso splendida monte
Armorum legumq; eadem ueneranda sacrarum
Pyeridumq; domus, auroq; opulenta uirisq;
Cuius ad eximios ars & natura fauores
Incubuere simul, mundoq; dedere magistram
Ad te nunc cupidè post tempora longa reuertor
Incola perpetuus, tu diuersoria uitæ
Grata dabis fessæ, tu quantam pallida tandem
Membra tegant præstabis humum, te lætus ab alto
Italiam uideo frondentis colle gehennæ
Nubila post tergum remanent ferit ora serenus
Spiritus & blandis assurgens motibus aër
Excipit, agnosco patriam gaudensq; saluto
Salue pulchra parens, terrarum gloria salue.

Ildebrandino Paduano Episcopo, S.

NVper ab Oceano multa cum laude reuersum
Occiduo, nunc & syluas, & rura sequentem
Aspera, quæ fluctu glacialis proluit Hister
Conscius ingenij iam te satis arbitror omnem
Europæ spectasse sicum, te iudice pauca
Disseruisse uelim, quantum seu Gallica tempe
Seu fera teuthoniæ tellus, orbisq; Britannus
Distet ab Ausonio, quantum simul inter utranq;
Hesperiam interfit, nanq; & mihi multa uidendi
Cura fuit, terrasq; labor penetrare remotas
Nec nouus hic mentem subit impetus, acta Poëtis
Iam pridem, rerumq; aliis memorata magistris
Præcipuè nostro res decantata Maroni est
Et mihi post alios, rauco sed murmure dicta
Nunc iterum aggredior, non inscius hanc mihi causam
Multorum fortasse odij, si uera profecto
Sunt tanti ut pariant hostem, mihi nullus amicus
Esse potest, nullam quærendi contulit artem
Ingenium studiumq; mihi, nec conferat oro
Ergo ego uera loqui fierem ne publicus hostis
Haud uentus moneo ac testor qui forsitan ægrè
Hæc legerent, oculos auertant, perlege solus
Nanq; tibi Musis cano uulgumq; relego
Iam primum quacunq; animis regione uagemur
Siue per has nostris habitatas gentibus urbes
Siue per Assiriæ populos, nam longius ardor
Euehit, Aegyptumq; magnam quos subdolus ille
Mentitus mandata Dei mulcendo fefellit
Siue per ignotos ritus ubi cæca prophanis
Templa Deis cultroq; ferox ubi dira sacerdos
Exta secans, fœdis miseros inhiare sacellis
Gaudet, & attonitos cura suspendit inani
Quo te cunq; moues quocunq; sub æthere sistis
Multa tibi occurrent propriis metuenda coloniæ
Multa tibi uariarum aderit penuria rerum.
Musa gradum cohibe, quorsum temeraria pergis?
Conspuet insanum iam iam tua carmina uulgus
Turba suos teneat mores, nos nostra loquamur
Gallia nec uitam nec munera Palladis ante
Nouerat, hos ferum meruit gustare liquores
Postquam Roma fuit, sed adhuc ibi rarus oliuæ
Frondet honos nam poma quidem fragrantia nostri
Orbis & aurato nusquam uirgulta colore
Hæc quoq; diuersis uterum fœcunda metallis
Non soluit scatebris q; caret, quibus ægre leuentur
Corpora, nec gregibus tondetur læta superbis
Musa gradum cohibe, quorsum temeraria pergis?
Germanas transire niues, atq; horrida uasti
Frigora Danubij placitum, & quos dextera Rheni
Ripa procul fixo subiectos respicit arci
Dulcius è rapto uicturos pane Suenos
Cæruleos albis quos irrigat amne Bohemos
Quos Hypanis paruæ gignens animantia uitæ
Aut uagus algenti Tanais disterminat unda
Hæc loca nil Baecho debentia nilq; Mineruæ
Atq; parum Cereri fileant, pars magna Britanni
Littoris aut messem bibit, aut liquefacta Lyæi
Poma loco, sæuo rarum, nisi chara uehantur
Vina mari precio miseræ mage dulcia uitæ
Flandria quid sitiens haurit nisi pocula mellis
Aut aliunde graui uenientia uina labore
Quid nisi tellurit cumulos iam sole recoctos
Quos operosa æstas brume transmittit inerti
Terrarum pars illa cremat, nimis ordine longum est
Enumerare plagas quas frigida contigit ursa
Fertilis at Zephyro situs est, & fertilis Euro
Et sua fertilitas nymboso contigit Austro.
Quis tamen ignorat, quantum est quod desit ubiq;
Natura retrahente manum, quantum ue quod obsit
Hinc decor omnis abest memorum, illinc dulcis aquarum
Copia damnosæ uastant hæc arua paludes
Illa necant sentes, uel putris aceruus harenæ

Ille locus Tygres ſyluis errare profundis
Ille uidet gelido uolitantes æthere gryphes
Ille truces Pardos rapidos habet ille leones
Ille uenenoſos ſtirpes, herbaſq́ maligna
Germinat hic morbos, hic pullulat aſpide multa
Contra autem, bona uera animi imperium q́ ſupremum
Aoniam q́ lyram qua Græcia uicta Latinis
Tradidit innumeras q́ libens, præteruehor artes
Italiæ quid obeſt, niſi Mars uiolentus obeſſet?
Quidue deeſt Italis, niſi pax non deforet una?
Noſtra patent noſtris, aliena reuoluere mens eſt
Muſa gradum cohibe, quorſum temeraria quorſum
Vlterius tranſire ueto, ter iuſſa quieſce.

Andreæ Mantuano Poëtæ, S.

I Duce uecta Pado leuis eſt deſcenſus amici
Gurgitis auxilio, donec deflectere curſum
Obuius admoueas Benaci filius alti
Inde ſiniſtrorſum perges, eque amne ſecundo
Ibis in aduerſum qua clara Maronis origo
Mantua Pieridum, quondam domus alma ſacerarum,
Nunc ſedes inuicta Ducum, quæ claſſica plectris
Miſcuit, & uincto uenerat Apolline Martem
Vnum ibi noſtrarum præconem litera rerum
Inuenies, hunc tu noſtris ſolabere uerbis.
Nam noſtram dolet ipſe uicem, facileſq́ ſuſurros
Ruminat inſulſæ permotus murmure turbæ:
Læta ſibi in primis ultuq́ occurre ſereno
His q́ indignantem loquere, & ſi nulla ſine hoſte
Gloria parua tamen nobis oblata duelli
Materia eſt quos iam luſtris oblata duobus
Torſerit inuidia, non inueniſſe quid hiſcant
Conceptum qua parte uomant è pectore uirus
Vna uenenatis uix tandem ſyllaba uerbis
Oſtendit feciq́ uiam, pro crimine ſummo
Produxiſſe breuem arguimur, ſed cæca profectò
Inuidia eſt, cumulant noſtræ præconia laudis
Eximiæ iuditium formæ uix pauca, nec æquo
Iudice quæ damnant inter tam multa notarī
Næuus ut inſigni quanquam leuis eminet ore
Deformis facies mendam regit, omnia quando
Offendunt oculos, uitium non cernitur unum
Nos igitur quæ ſumma rei eſt, an carmine longam
Fecimus imò breuem, quod carmine conſtat eodem
Anne autem geminum dedit addita conſona tempus
Sic animis, ſic ingenio torpere uidemur.
Hæc nobis ignota putant, id Muſa mereri
Noſtra poteſt teneriſq́ Elycon dilectius ab annis
Eſto ignota putent duo, nam pugnantia capta
Mente ſimul loquimur? iuxta an longam q́ breuem q́
Ponimus haud equidem cenſorem id credere noſtrum
Crediderim, quamuis ſoleat ſibi fingere multa
Spumea præcipiti, torrenſq́ inſania Baccho.
Somnia mira uident uigiles, & febre ſine ulla
Occupat inualidum cerebrum, uiolenta Phreneſis.
Falſum autem ſi ſæpe uidet mens ægra quid ille:
Quid uidet ille furens Bromij Veneriſq́ ſacerdos
Phryx uerus ſemperq́ cibo ſomnoq́ ſepultus,
Extremamq́ trahens uina inter dulcia noctem
Nota canis rabies, ſtant argumenta uidebis
Horrentem ſetis, oculos ardere uagantes.
Latrat in abſentes, metuit contingere lymphas
An Breis eſt? quid ais? quod monſtrum fata minantur?
Quæ ſchola Grammaticum, uatemq́ remittit aſellum
Vina dedere animos, fecerunt uina Poëtam
Sentio, pica merum tetigit roſtroq́ madenti
Decertare audet Muſis, iam ſimia tigres
Audebit tentare feras, & aranea telas
Texere palladias, cignoſq́ laceſſere coruus
Vis uini omnipotens tenerum fugat ille pudorem
Excitat ingenium, mutos facit eſſe diſertos
Qui modò uix calamo commiſſa negocia ruris
Clamoſi ſeu bella fori trepidante notabat
Conductus precio tenui, nunc ſydere mœſto
Carmina noſtra notat, nunc conſultore Cratino
Humida uerboſis eructat metra tabernis
Venit in Aonios ſubitò rudis incola montes
Infeciq́ locos, illo ſpectante choream
Virginei ſoluere chori, peneia laurus
Aruit & faciem mutauit Caſtalius fons
Alliſit ſaxo cytharam turbatus Apollo
Collega regnante ſuo, Nixeia uictrix
Ars & uteq́ Deo collis ſumitur uni
Ruſticus en cenſor nouus, en proiectus ab aſtris
Venit Ariſtarchus, obelis armatus acutis
Nil atramentis unquam quod carpere poſſis
Sæpe, ſed ad menſem Reges, & prælia Troiæ
Victaq́ non modico deſcribens Pergama muſto
Nec pudet inſultare alijs, ea gloria fuſco
Viſa animo, fumum cœlo nebulamq́ ſereno
Obliquis captare oculis, & digna triumpho
Syllaba nec cernit primum ſe falſa uidere
De nihilo inſultat maculas in lumine demens
Fert proprio quæritq́ alibi, ſic illa tenebras
Cæca ſuas putat eſſe domus quæritur ue puella
Commigrare petens, nota tibi fabula duro
Quæ Senecæ riſum mouit, ſed callidus iſte
Noſtra ſcripta manu ſeruare poëmata fertur
Syllaba monſtratur uulgo noſtrumq́ patenter
Arguit errorem, mirum nam ſyllaba nobis
Hæc eadem ſeruata domi eſt ibi cauta tenorem
Et tempus tenuiſſe ſuum, ſi miſſa retentis
Diſcordant, cur peiorem ſententia uergit
In partem, cur non potius properantis in actu
Error erit calamiſ quod ſæpius accidit alta
Tractanti, ingenio culpam hanc aſcribere mordax
Aemulus audebit? uerum audeat unica nobis
Sit nota quæ crebra eſt alijs, & crebrior ipſi
Virgilio, feruens quandoq́ tepeſcit & alget.
Et quandoq́ Maro currens pede claudicat uno
Diuinum eſt quod labe uacat mortalia nunquam
Reprehenſione carent igitur, ſi iure latino
Accuſator agit petimur, ſi crimine uero
Crimen erit ueniale tamen, liuoq́ ſiniſter
Lentus iners ſtudijs prætendens retia noſtris
Torqueat in girum ſeſe pariaq́ ſubinde
Quod premat inuiſam grauiori uulnere famam:
Triſtis enim inuidia quales effundis aborturs
Ridiculus partus, ſpatio breuis unà decenni

Syllaba

Syllaba, turrigeros citius tres uniea natos
Indica Barbaricis peperiſſet bellua ſyluis.

Amico Tranſalpino S.

PErdis amice operam mens eſt mihi certa manere,
Hic ubi ſum. non me uidis rapidiſtimus undis
Impulerit Rhodanus, recta non Cirtius aura
Mœnia concutiens, ubi tu tibi tempora uitæ
Deligis, ac buſtum, non compita ueſtra terentes:
Mille ſimul parua quæ ſtridunt urbe quadrigæ.
Anchora fixa ſolo eſt, moueant, tu calcar amoris
Incutis abſenti, quo frena morantia rumpam.
Dum meminiſſe iubes, quod ut obliuiſcerer omni
Exhortandus eram ſtudio, tu dulce caducum
Ingeris ex porto, formaq́ fugacis honorem,
Et ueterum mihi multa nouas monimenta dierum
Hæc tamen ipſa olim, quæ ſpes erat ultima uicto
Cauſa fuere fugæ, iamq́ hæc puerilia retro
Linquimus, ad metam rapimur properantibus annis,
Vna fuit quondam de pectore cura capillos,
Impendere diu ſpeculo, componere uultum
Multorum placuiſſe oculis, ſed tranſiit ætas
Illa mihi in tergum, & nunquam reditura uolauit.
Iamq́ animum maiora trahunt, quid precibus ergo
Conſilio 'ne tuo ſenior iam ſegnis amator
In flammam laqueoſq́ ruam, & iuga nota ſubibo.
Dij meliora boni, licuerunt multa tocoſæ
Tunc puero, nunc pauca uiro, ſuntq́ illa pudori.
Fabula quòd populo fuerim, digitoq́ notatus
Iſta precor ſileant igitur ne carpere mores
Nunc etiam uideare meos, ſi pauca iuuentæ
Blanda putes motura ſenem, tua dulcis amicæ
Interpellat item facies, ſed forſitan æquum
Id fuerat tua quum totiens me traxerit illinc,
Vt mea te tandem ſemel hue rapuiſſet imago.
An me Romani dignatio ſacra moueret
Pontificis, quem ſæpe meos dis ordine greſſus
Et longas quæſiſſe moras, frons mitis ab alto
Proſpicit illa ſuos, quibus annumerare puſillum
Me licet, an quorſum ſitis immortalis habendi
Voluet in exhauſto mortalia corda labore.
Sit parto ſine lite frui, ſi plura petuntur,
Nec bene fundatum locus interrumpit amorem
Et patulas habet ille manus, & brachia longa
Cum quibus & & terras regit, & freta tranſilit ampla
Præcludit q́ fores Erebi, cœlum q́ reeludit
Spes autem me nulla trahit, quia nulla cupido
Alligat, & nullis ardent præcordia flammis
Ingenioſus amor, quas non te uertis in artes?
Quæ tibi non tentata uia eſt, horroribus imples
Quam uarijs hinc bella fremunt, hinc arma parantur,
Omnia peruideo, ſed quis locus abſq́ periclo?
Quæ magna cum laude quies? ſtat iuncta labori
Gloria languentem ſpernens operoſa ſoporem
Deſpicienq́ minas, at qui te detinet inquis,
Et mortalis homo, uita ſic pendet ab una
Sors tua, ſed quænam quæſo non pendula ſors eſt
Stamine pendemus tremulo moriturus amici
Immortale caput uoto ueſanus inani
Optarem non tanta premunt obliuia rerum
Summemor ipſe mei, ſed enim pars magna ſuperſtes,
Huius erit, multum adiecit lux ultima famæ.
Clara quidem longos uirtus uentura ſub annos
Viribus ipſa ſuis ſublimis ad æthera ſurget
Non aliena petens inopis ſuffragia linguæ.
Si tamen & præſens calamus promittere quicquam
Auderet promeret, nec farcina nominis ingens
Afforet auxilio, uerum hinc grauioribus urges
Inde latus ſtimulis, ſiquidem modo rara per omnes
Et ſuſpecta fides animos, clariſſima certè
Ars, uirtus, doctrina, fides rariſſima ſemper
Nunc tamen ex raris ſiquid mihi credis habeto.
Fruſtra igitur terrere pares, ſi tempore uirtus
Priſca uiget noſtro, ſiqua eſt probitaſq́ fideſq́.
Pectore in hoc habitant, olim concorditer unà
Viximus, & reliquum pariliſtat uiuere nexu,
Tempora partimur, uariſq́ expendimus uſa
Et noctem longoq́ diem ſermone morantem
Ducimus, obrepit quotiens aſſueta uoluptas.
Solus ego populum fugiens, & rura pererrans.
Solus, & ad ripam tenera reſupinus in herba.
Ardentes tranſire dies, rabiemq́ leonis.
Curarum liber uideo, uacuuſq́ malorum
Dum grauidus redit autumnus, uolucrumq́ cateruis
Retia complentur, Breue ſic comitante chorea,
Pyeridum in ſyluis & labile uoluitur æuum.
Hæc mihi uita placet, non ambitionis in aulam
Inuidiæq́ ſacram, poſt tot documenta reuerti
Gratius iſte quidem, quanquam iam feſſus eundi
Pes Italam calcabit humum, purumq́ ſerenum
Lætius his oculis, & ſydera noſtra uidebo.
Poſt ubi longæuo finem factura labori
Affuerit ſuprema dies, ſolamen & ipſum
Mortis erit, tanti ingenio lachrymantis amici:
Laſſatum poſuiſſe caput, manibuſq́ ſepulchro
Inuectum iacuiſſe pijs, poſt prælia tanta
Fortunæ, Auſonia ſaltem tellure recondi
Dulce mihi, & patrijs longum requieſcere ſaxis.
Seraq́ quum fragilem tumulum conuulſerit ætas
Lenius Heſperia cinis hic agitabitur aura.

EIDEM S.

QVando erit obſcuri laribus contentus Amicle
Cæſar, & imperium ſpernet, bellumq́ timebit,
Apius inuiſæ metuet certamina plebis.
Mutus erit Cicero, formoſus Calba, fidelis
Hannibal, infidus Scipio, Catilina pudicus
Ac pius, armatum Therſites ſternet Achillem
Cherilus altiſono carmen dictabit Homero.
Solſtiga perrumpet radio, & mirantibus umbris
Tartaream ſubitò complebit lumine uallem.
Aethera hos facili penetrabit & aſtra uolatu
Oceanum formica uado, Tanaiſq́ repente
Ibit aqua, ſtringet glacies denſiſſima Nilum
Nix æterna teget Meroen, nunquam q́ carebunt
Imbre Meduſæis infecta eruoribus arua
Surget ab occaſu uiridis aurora capillis
Retrogradumq́ diem fuſcos tranſmittet ad Indos.
Et Padus ad fontem Veſuliq́ redibit ad arcem
Ethna uomet flucius gelidos & Sergia flammas,

Aura mouebit egros, contemnent nubila uentos,
Montibus errabunt pisces, pelagoq; leones.
Tunc tua proposium conuellent carmina nostrum.

GENETHLIACON MARCI Mediolanensium Principis.

MAgne puer dilecte Deo, titulisq; parentum
Præfulgens populis olim uenerande superbis
Sit modò uita comes, teneris sit spiritus annis
Expectare diu nobis patriæq; patriq;
Læte ueni uitæq; uiam fœlicibus astris
Ingredere, & rebus gaudens accede secundis.
Te Padus expectat dominum, quē flumina Regem
Nostra uocant, te purpureo Ticinus amictu
Et magno genitore tumens, te gurgite Lamber
Innocuo lateq; fecans pulcherrima rura
Abdua, cæruleus, uolucerq; sonantibus undis,
Ollius ac diues Tanarus, te Trebia nobis
Iam melior, saluus te ripis laxior æquo
Te deprus, rapido torrens, te uertice Taron.
Exiguis te Parma uadis, atq; entia uerno
Imbre furens, teq; amne minor tamen æthere Rhenus
Blandior Ausonio, quanquam quid flumine uerbis
Parua sequor? Thireni maris æstus & omne
Iam nunc littus amat crebricq; in littore portus
Quum procul indomitas gentes sceptrisq; potitar.
Non pudet è gremio dominum sibi poscere uestro
Ingens principium tibi sic uirtusq; tuorum
Sic tua sors, sic fama domus, sic lumine amico
Astra fauent, hominumq; Deus, qui prouidet actus
Tu quoq; tranquillo uotiuum pectore natum
Suscipe magneq; parens, & per uestigia gentis
Ire doce generisq; sequi monimenta uetusti
Historias aliq; memorandaq; nomina longe
Actaq; clara uirûm repetant uulgataq; bella
Sufficiunt aliis exempla domestica famæ
Inueniet puer iste domi calcaria laudum
Plurima magnanimos proauos imitetur auosq;
Miratiq; patrem docili condiscat ab æuo
Quum tamen egregius uiuendo adoluerit infans
Hanc habeat pateram, & roseo bibat ore iubeto
Paruâ decent paruos, minimus sum, maximus ille
Parua, sed est ætas lucis noua limina nuper
Attigit, & cœlum trepido suspexit ocello
Aetati, non fortunæ munuscula dantur
Apta suæ ludet nitido mulcente metallo
Spernet idem ex alto fuerit, dum plenior ætas
Et rutilam terræ fecem sciet esse profundæ
At fortasse sibi tunc carmina nostra placebunt.
Perleget & secum, sacro dum fonte leuabar
Tanto humilem excelsus genitor dignatus honore est
Hic quoq; deuotam generoso uertice dextram
Apposuit, procerum magne pars parua caterua
Et faustum læto Marci dedit omine nomen
Ornatum celebri magnorum laude uirorum
Vt siue ingenij linguæ seu palma Latinæ
Mulceat insigni geminum mihi lumine cœlum
Ostendant Latij Marcus duo sydera Varro
Marcus item Cicero, cui se lux tertia Marcus
Aggeret Antonius, sin ardua rura uidere
Pieridumq; audire modos Pacuuius almum
Signet iter Marcus, patriæ si uerus amator
Nec læto rumpenda fides, sit Marcus utrinq;
Regulus exemplum solij, si fortè supremi
Spes & amor moueant, surgant uestigia Marci
Principis alta sequens, atq; hic seu mutibus aliis
Seu studiò iuuat agnosci sint undiq; clari
Sceptriferiq; Duces, si bellica gloria tangit
Et rigor, & uirtus animi cultusq; decoris
Et contemptus opum, Marcos Curiũ atq; Catones
Intuear, Reges acie calcare potentes
Si mediter Marcus Glabrio, si uincere gentes
Nobilior memori uersetur pectore Marcus,
Hosq; inter patris patruus quum nostra tulerunt
Tempora uictorem, Marcos accepimus omnes
Hunc dedimus, si templa uelim strinxisse uel urbes:
Aut si nauali certamine uictor haberi.
Marcus ad audendum stimulos Agrippa ministret
Si placeat fraternus amor, pietasq; modesti
Pectoris aut maior rediens in tempore fama
Spreta suo, Marci Fabij uictoria testis
Neglectusq; Duci populo mirante triumphus
Publica fata manu patriosq; arcescere casus
In q; suum transferre caput proprioq; cruore,
Commune imperium fundare, & turpia nulla
Posse pati Marci facinus, commendat Horatij
Nobilitas humili quæ sit gratissima plebi
Concilietq; animos, se Marcus Horatius alter,
Insigne exemplum, Marcusq; Valerius offert
Esse Ducem fortemq; uirũ inter uulnera Marcus,
Pompilius, cautum in dubijs euadere Marcus
Ceso docet, stabilem Liuij constantia Marci.
Hostis colla iugo, sociorum mœnia paci
Subdere coniuncto Marcus Geganius ausu
Hostiles aperire fores uirtute uel armis
Immeritosq; iugo ciues patriamq; maligno
Eripere, & senium crebris ornare trophæis.
Singula de Marci discam probitate Camillã.
Consilio proprius, si castigabitur error
Marcus erit Ruffus monitor, si dulcis agetur
Libertas, animum Marcus Castritius armet.
Si ferro cohibere fugam, & conuertere in arma
Consternatam aciem, Dux Marcus Aemilius esto.
Pellere si patrijs scandentem mœnibus hostem
Vltima sors adigat Marcus sit Manlius autor
Reddere si uitam patriæ, casusq; tremendo
Sponte subire, pijs Marcus conspectius in armis
Curtius hortator fuerit, quam debita fido
Intonuulsa fides Marcus Lucullus amico
Quanta hosti pietas alter post funera Marcus
Antonius, Marcusq; pium me Cotta parenti
Marcus item Scaurus nato monet esse seuerum
Marcus Rutilius moderari & spernere honores
Si magnas fortasis opes, sed labe carentes
Mens humana uolet impleri nescia rerum.
Marcus adest Crassus, quod si de sede superba
Imperia & tumidos libeat prosternere reges
Marcus adest Brutus, stomacho metuẽdus amaro
Dextera si pollens, & clari fama duelli

Sollicitet

Sollicitet paritq; duces sub Marte cadentes
Armaq; cæsorum templis affixa sacratis
Tunc animum Marcus subeat Marcellus, & ille
Cui tulit excidium demissus ab æthere coruus.
Multa unum aduersus multas audere cohortes
Marcus Sceua docet, totiq; occurrere bello
Crebra per aduersum genera osq; uulnera pectus
Sergius ostendit, Marcus tum corpore truncо
Et spolia, & titulos, uel iniquo quærere Marte
Religione pia cœlum si cura mereri est
Quatuor ex numero Christi præcone secundo
Exciter, alati signat quem forma leonis
Et cui nunc loculos Veneto stat littore templum
Vndiq; multiplici hic prorsus honore uerendum,
Marcus uiuifica positum mihi nomen ab unda
Ille quidem hæc secum, sed tu tibi magne uidebis
Me uelut esse suum, si sum tuus inuida fortè
Conspectum fugitiua uirum mihi subtrahet ætas
Fac precor absentis memorem, si munera multi
Certatim maiora parant, feruentior igne
Commendet me pura fides, & carmina raptim
Ingenio deprompta inopi, sub iudice tanto
Sit pretium rebus iustum, laudetur amantis
Lucida mens, tenebris effossum sordeat aurum.

Guidoni de Gonzaga Mantuæ domino. S.

ITala quam reliquas superet facundia linguas
Vir præstans Graiam præter si fama sequenda est
Si Cicero nullam excipio breuis iste libellus
Testis erit clara eloquio, quem Gallia cœlo
Attolliq; fauent summisq; æquare laborat
Scilicet hic uulgo recitat sua somnia Gallus
Quid zelus, quid posit amor, quid pectus ephebi
Ignis alat, quid ludat anus, quibus artibus amens
Certat amans Veneris, tot sint in limine pestes
Quis labor atq; dolor, requies quæ mixta laborũ
Quæ risus, gemitusq; uices, ut gaudia crebræ
Rara rigent lachrymæ, poterat quod latius ergó
Vberiusq; dari, fandiq; capacius aruum?
Somniat iste tamen, dum somnia uisa renarrat
Sopitoq; nihil uigilans distare uidetur
Vt tuus ille olim melius conciuis amoris
Explicuit sermone pathos, si fabula diues
Inspicitur, frigidaq; expirans cuspide Dido
Seu uates Verona tuus, seu nidus amorum
Fertilis, ac notus lasciuo carmine Sulmo
Vmbria siue Ducum ingenio largita Peligno,
Vt sileam reliquos, uel quos antiquior ætas,
Vel quos nostra recens latialibus exulit oris
Nec minus hunc lætè excipies, nec munera temnes
Nostra ideo, uulgaria enim & peregrina petenti
Nil maius potuisse dari, nisi fallitur omnis
Gallia Pariseosq; caput, mihi crede, ualeq.

Amico bonæ indolis adolescenti. S.

GRatulor ingenio quod me flammantibus usq;
Sollicitasse iuuat stimulis, mea gloria tales
Vel fecisse manu, uel adhuc docciore carentes
Inuenisse operum comites, atq; arma dedisse
Tu cœptum preme magnificũ & feruentius urge
Victor eris, celsoq; sedens sub uertice Cyrræ
Dissona despicies trepidantis murmura uulgi
Vnum istud, nam uerba tibi, sensusq; profundos
Suppeditat natura parens, ut sedulus arti
Des operam admoneo, neu sit ter mensa pudori
Syllaba & in digitos iterumq; iterumq; reuersa
Hoc age ne minimi contemptor maxima paruis
Aspergent maculis, frondem fœdare serenam
Sustineas modico meq; hæc tibi crede locutum
Ore pio fando uideor genuisse, meamq;
Rem gerere, optati uemente in tempore fructus
Cultor ubiq; ferat, nec tu dilecte negabis
Hinc fateor mihi cura tuæ non ultima famæ.

Socrati suo. S.

ARtibus, ut uarijs agitur breuis orbita uitæ
Et per mille uias, metam properamus ad unam.
At ideo optatum pariter non prendimus omnes
Altum iter, & durum imprimis, nec mole grauatis
Altum iter, & durum imprimis, nec mole grauatis
Corporeo ascensus facilis, scopulosaq; saxis
Vndiq; præruptis, anceps uia turbat eunтes
Vndiq; terribiles lapsus, atq; undiq; mors est.
Per medium se curus eat, hoc tramite pauci
Incedunt, plures uideas in ualle profunda
Errantes, passim cœcos ad tartara gressus
Ferre, quid heu tantum fessis mortalibus obstat?
Quid Samij senis in biuio deflectere cogit
Ad læuam atq; iter usq; adeo cõtenere dextram?
Excelso stat uita loco, nos ima sequentes
Vergimus ad mortem, fulgentia sydera circum
Voluuntur lege æterna, nos lumina proni
Figimus in terram, terrena semper amamus.
Seu gaudemus opes tacitis fodisse sub antris
Pallentes cœliq; sacrum fugisse decorem
Ac manes turbasse atros, dum flaua Metallum
Vena uomit curasq;, & magnum ac dulce periclum
Siue gulæ imperio terras uexamus & æquor
Aërias q; plagas, quas si speculare liberet.
Pulchra fames, alias cupido sub pectore mensas
Volueret interdum corpuscula uilia, quantum
Perditis impense fragilem, quid rumpitis aluum?
Quæ modico tranquilla foret, nimioq; laborat
Singula si muneres studium uix turpius illum
Quid loquar hos qui nostra colunt, quos uulgus adorat,
Quos fauor ambiguus turbæ plaususq; fatigant,
Quid quos cedi amor miseros, spesq; improba Martis
Præcipitat, lætis mœsto spumantia tabo
Tela uident oculis, & campum sirage rubentem
Buccina non illos, non ulla pauoris imago
Non gladij ancipites, non uulnera sæua, nec imber
Sanguinis, aut fœde laniata cadauera terrent
Quid quibus alma fides, pietas quoq; uiluit omnis
Atq; Dei atq; hominum, dubito dum calle supremum
Ac tremulum properant fortunæ scandere culmen,
Quos furere in triuijs compellit inutilis omnis
Quam longa est ætas, & perdere littera tempus
Quos operosa domus ruiturag; tecta morantur
Immemores busti, quos durum uxoris iniquæ

Imperium

Imperium exercet, nullo{que} labore domandum
Ingenium nati indocilis, seruio{que} trilinguis
Quos sentosus ager, quos grex moribundus anhelos
Aut apium fugitiua cohors & mellis amari
Curam facit damnio{que} metus, spes{que} arida lucri
Atq; arsura sitis parto quos languida messis
Insitor aut tardus, pugnas Aquilonibus Auster
Exanimant tristes{que} infami nomine Syrtes
Aut hinc Sylla fremens illic uiolenta Charybdis
Ac medio uentura ratis fortuna{que} semper
Fluctibus ac uentis tortis{que} rudentibus acta.
Quid quos flamma animi taribus propellit auitis
Per maria & scopulos uoluens, quis uita per undas
Degitur infœlix, quibus apparat unda sepulchrum
Et ieiuna auidos expectant uiscera pisces
Prætereo ridenda magis, quos retia fusca
Tendere nocte iuuet, bellum{que} indicere syluis
Quos aper attonitos habeat, dum uulnifer uda
Valle furit, quos ceruus agat per deuia saltu
Per frutices, quos parua uagos gressu{que} silenti
Ducat auis, lento prohibens suspiria freno
Erigat ad cœlum, quos nubibus anser aquosis
Inuolitans quos piscis acu captandus ad unca
Ceu rigidum incuruet gelido de marmore corpus
Quos habet aut fœdus fornix, aut umbra tabernæ
Anxia damnosa, quos attrit alea ligno
Turbida quos{que} tenax ligat ad spectacula circus
Oblitos{que} cibi sub tarda crepuscula seruat
Quid quos cœca Venus, quos inconsulta uoluptas
Tempus in omne rotant, insomnes ducere noctes
Cogit iners & blanda lues trepidum{que} soporem
Carpere & aut niuibus medijs, aut imbribus ultro
Ponere inermæ latus sub limine tristis amicæ
Ac proprijs gaudere malis, dum credula mentes
Spes alit interea, stimulis{que} ferocibus urget
Seu quos forma fugax fulgor breuissimus oris
Prærapidum{que} decus speculo suspendit inani
Sic suus urit amor, sic fert sua quem{que} cupido
Efficere & uitæ tranquillum sternere callem.

Fama cadet, cinerum custos intercidet urna
Aura feret cineres, attrito in marmore nomen
Vix leget aceliuis concisum in frusta uiator
Cuncta premet tempus, si mens obstare prementi est
Attollamus humo spes fessas nulla carinas
Anchora mobilibus suffixa moretur harenis
Hoc Elicone meo circum uiridantibus herbis
Fontis & ad ripam quæruli subripe silenti
Atq; inter geminas properatum perlege lauros
Quas tibi sacrata forsan sessure sub umbra
Dum fererem heu quotiens suspirans crescite dixit.

Gulielmo Veronensi Oratori S.

TV quid agens sacram 'ne paras inuisere Romam
Iam tandem, poteris ne pio dare terga labori
Aut segnem patiare moram? Verona tot annis
Possedit, longo{que} suum te dulciter æuo
Possideat serumue tibi paret alma sepulchrum
Roma nihil? meliora Deus, si tempore tanto
Ingenij mihi cura tui, si pectoris ardor
Notus ab experto, pridem generosa uoluptas
Egregium monstrabat iter, stimulos{que} latenti
Vrgebat, sed frena domus studium{que} tuorum.
Vt patriæ stringebat amor, nunc maior in altum
Cura uocat, cessas? ni dum patet arcta salutis
Semita quam strauit Christi pius ore minister
Quam Cymbro permixtus Hiber, Graio{que} Britannus
Permeat, extremæ coniuncta{que} Cyprus hibernæ
Et Dacus, & rutilo perplexus crine Suenus
Stabis iners Italus? sic semper proxima fordent?
Sic longinqua iuuant fœlix peregrinus ad astra
Ire potes saltu facili, contemnis an ipsum
Id nimis est, an dum redeat iubileus & errans
Quinquaginta uagis iterum sol flexibus orbes
Expleat, ac reuehat quas nunc male perdimus horas
Expectamus adhuc? cœli quicunq; uiator
Longum iter est propera, tempus breue, nulla futuri
Sollicitudo premat, neu te mentita dolentum
Impediat pietas, affusam in limine matrem
Despice, nec teneri moueant te dulcia nati
Oscula, grandæuum fugiens sine flere parentem
Et sine, uentus agat suspiria tristis amici
Non nate, seu forma uirens, seu nubilis ætas
Non Germanus amans, trepidæ non uerba sororis
Candida nec blando teneat te murmure coniunx.
Cuncta tibi calcanda simul, pulcherrima merces
Proposita est, sed quem moneo? iam lætus amata
Respicien{que} in terga nihil te proripis ede
Feruida deuotum rapuit, iam dextra bacillum
Per{que} salutantum tacitus petis agmina Romam?
Me ne oro comitem refugis? comes esse uolenti
Institui meliore uia, iam mundus & omne
Quod placuit iuueni domita uix carne ualete.

Francisco Priori sanctorum Apostolorum de Florentia. S.

VIuo, sed indiguans, quæ nos in tristia fatum
Secula dilatos peioribus intulit annis
Aut prius, aut multo decuit post tempore nasci
Nam fuit & fortasis erit fœlicius æuum
In medium sordes in nostrum turpia tempus
Confluxisse uides, grauium sentina malorum
Nos habet, ingenium, uirtus & gloria mundo
Cesserunt, Regnum{que} tenent fortuna, uoluptas.
Dedecus ingenti usu, nisi surgimus, actum est,
Ibimus in scopulos, torrente rotabimur atro
Ossa rigens tellus, & inania nomina bustum
Conteget exiguum, longo mox parta labore

EXEMPLVM TESTAMENTI A' FRANCISCO PETRARCHA CONDITI.

SAepè de eo mecum cogitans, de quo nemo, nimis pauci satis cogitant, de nouissimis scilicet, ac de morte, quæ cogitatio neq; superflua esse potest, neq; nimium festina, cum & mors omnibus certa sit, & hora mortis incerta. Vtile, ac honestũ credo, antequàm me mors impediat, quia mors ipsa, q̃ per uarios & ambiguos rerũ casus, semper nobis impendet, per [illegible] breuitatẽ procul esse non potest. Nunc Dei gratia, dũ corpore simul, atq; animo sanus sum, de meipso, ac de rebus meis testando, disponere. quamuis ut uerum fatear, tàm paruæ, & tàm paucæ res sunt meæ, ut de his quodammodo pudeat me testari, sed diuitum atq; inopum curæ, de rebus licet impari-bus pares sunt. Volo igitur hanc meam uoluntatem ultimam ordinare, & scriptis commit tere, & propter quandam honestatem, & ob id maximè, ne de huiusmodi rebus meis, propter meam incuriositatem, post meum obitum litigetur. In primis animam meam peccatricem, sed diuinam misericordiam implorantem, & de illa sperantẽ, commendo humiliter IESV CHRISTO eiq; flexis ipsius animæ genibus, ut à se creatã suiq; sanctissimi sanguinis pretio redemptam, protegat, effusus supplico, nec permittat, ad suorũ manus hostium peruenire. Ad hoc etiam auxilium beatissimæ uirginis Matris suæ, & beati Michaëlis archangeli, reuerenter, & fideliter imploro, & sanctorum reliquorum, quos intercessores apud CHRISTVM inuocare sum solitus, ac sperare. Corpus aũt hoc terrenum, ac mortale, nobiliũ grauem sarcinam animorũ, terræ unde sibi origo est, uolo restitui, & hoc absq; omni pompa, sed cũ summa humilitate, & abiectione, quanta esse potest, de quo hæredem meũ, & amicos omnes, rogo, obsecro, & obtestor, & adiuro, per uiscera misericordiæ Dei nostri, & per charitatem (si quam unquam ad me habuerunt) nec falsi spe honoris hoc negligant, cum sic omninò me deceat, ac sic uelim, ita ut si forte (quod absit) contrafecerint, teneantur Deo et mihi, de graui utriusq; offensa in die iuditij respondere. Et hoc quidem, de dono sepulturæ, hoc addito, q̃ nemo me fleat, nemo cũ lachrymas, sed, p me CHRISTO preces, & qui potest CHRISTI pauperibus charitatem, pro me orare monitis, porrigat. hoc mihi prodesse poterit. Fletus aũt, & defunctis inutilis, & flẽtibus est damnosus, de loco aũt, non magnopere curo, contentor poni ubicunq; Deo placuerit, & his, qui hanc curam susc̃ipere dignabuntur, si tamen expressius, mea de hac uoluntas exquiratur, sepeliri uelim. Si Paduæ ubi nunc sum moriar, in ecclesia sancti Augustini quam fratres prædicatores tenent, quia & locus, animo meo gratus est, & iacet illic is, qui me plurimũ dilexit, inq; has terras pijs precibus attraxit, præclarissimæ memoriæ, Iacobus de Carraria, tunc Paduæ dominus. Si aũt Arquade, ubi ruralis habitatio mea est, diẽ clausero, & Deus tantum mihi concesserit, quod ualdè cupio, capellam ibi exiguam, ad honorem beatissimæ Mariæ uirginis extruere, illic sepeliri eligo, alioquin inferius in aliquo loco honesto, iuxta ecclesiam plebis. Sin Venetijs moriar, poni uolo in loco sancti Frãcisci de uinea, illic ante ostium ecclesiæ. Sin Mediolani ante ecclesiam beati Ambrosij, iuxta primum introitum, qui ciuitatis muros aspicit. Sin Papiæ, in ecclesia sancti Augustini, ubi fratribus usum fuerit. Si autem Romæ, in ecclesia sanctæ Mariæ maioris, uel sancti Petri, ubi fuerit opportunius uel iuxta ecclesiam hanc, uel illã, sicut canonicis placebit. Nominaui loca quibus per Italiam conuersari soleo, at si Parmæ, in ecclesia maiori, ubi per multos annos Archidiaconus fui, inutilis & semper ferè absens. Sin ubicunq; terrarum alibi, in loco fratrũ minorũ, si sit ibi, sin minus in quacunq; alia ecclesia, quæ uicinior fuerit loco mortis. Hæc de sepulchro plura fateor, quàm uirũ doctũ deceat, licet ab indocto dicta sint. Nunc accedo ad dispositionem earum rerum, quæ uocantur bona, bonorum cum potius sint sæpe impedimenta, & animi. et primo equidem, huic sanctæ ecclesiæ Paduanæ, unde percepi & cõmoda & honores, ordinaui animo iampridem, pusillum terræ emere, quod eidem testamento dimitterem,

aut

vite

provisio de Sepultura ipsig

terem uſq; ad ſummam uidelicet ducẽtarum librarũ, huius paruæ monetæ, uel plus ſi plus poſsim. Sed ad hanc ſummam habeo iam uerò licentiam à magnifico Paduæ domino, ac meo domino Franciſco de Carraria, quam uel in uita mea, uel poſt obitum, quotiens ſeu quandocunque petita fuerit, daturum eſſe non dubito. ſicut ille cuius non actus modò, ſed uerba multũ habeant in ꝓpoſito ueritatem, firmitatẽ, huiuſmodi aũt terrã hactenus in ꝛueniẽtibus aliꝭ impenſis, emere nõ ualui. Si ergo ipſam emero, ut ſpero, faciam in inſtrumento emptionis poni, quod ipſam emo animo eccleſiæ relinquendi, ex nunc ita facio, quamuis eiuſdem terræ ſitum, nondũ poſsim in ſcriptis inſerere. ſin aũt, quoniam non nunquam piæ uoluntates, propter peccata hominũ deduci nequeant ad effectum, dictam terram emere, uel propter impotentiam, uel propter negligentiam omiſero, lego ipſi eccleſiæ Paduæ, ducatos ducentos auri, ad emendum aliquantulum terræ, ubi melius fieri poterit, de cuius prouentibus perpetuum anniuerſarium animæ meæ fiat, & ipſo domino ſupplico, ſi tunc uiuet, ſicut cupio, & Deum precor, ut multos poſtea annos lætus & fœlix uiuat, uel ſi (quod Deus auertat) tũc ipſe nõ uiueret, precor aliũ quemcunq; penes quem rei huius erit arbitriũ, quatenus ob reuerentiam beatæ Mariæ uirginis, & mei licet indigni & puſillí hominis reſpectum, concedat hoc fieri, et decretum ſuum ſuper hoc fauorabiliter interponat. Lego aũt eccleſiæ, apud quam ſepeliar ducatos XX. aliꝭ aũt eccleſiꝭ, quatuor ordinũ mendicantium ſi ibi fuerint, ducatos quinq; pro qualibet. Pauperibus CHRISTI lego centum ducatos diſtribuẽdos, ut uidebitur Ioanni à Bocheta, cuſtodi Eccleſiæ Paduanæ, & hoc ſi hic moriar, ſin alibi, ad arbitrium Prælati illius eccleſiæ, in qua reconditus fuero, ita tamen, ut de dicta quantitate, nullus ultra ſingulos ducatos accipiat. Tranſeo ad diſpoſitionẽ aliarũ rerũ. Et ꝑdicto igitur magnifico Domino meo Paduano, quia ipſe ꝑ Dei gratiã non eget, & ego nihil habeo, dignum ſe, dimitto tabulam meam ſiue Iconam beatæ Virginis Mariæ, operis Iocti pictoris egregij, q̃ mihi ab amico meo Michaële Nauis de Florentia miſſa eſt, cuius pulchritudinẽ ignorantes, nõ intelligũt, magiſtri aũt artis ſtupẽt, hanc iconam ipſi magnifico domino lego, ut ipſa Virgo benedicta, ſit ſibi propitia ad filium ſuum IESVM CHRISTVM. Amicis minoris ſtatus, ſed chariſsimis, mihi libenter magna dimitterem, ſi facultas eſſet uberior, ſed affectũ librabũt. Magiſtro Donato de Prato, ueteri Grammaticæ præceptori, nũc Venetijs habitanti, ſi qd uel debet ex mutuo, ꝙ quantum ſit neſcio, ſed utiq; parũ eſt, remitto & lego, nec uolo ꝙ hæredi meo, hanc ob cauſam ad aliquid teneatur. De equis meis, ſi quos habuero, in tempore tranſitus mei, qui placeant, Bonzanello de Vigoncia, & Lorbardo à Serico conciuibus Paduanis, uolo ꝙ inter eos ſortiantẽ, qui primũ eligat, quis ſecundũ, & præter hoc dicto Lobardo, q̃ rerũ ſuarum curam depoſuit, ut res meas ageret, obligatũ me confiteor in. CXXXIIII. ducatis auri, & ſolidis XVI. quos expendit in utilitatibus meis, & multò amplius. ſed facta ultima inter nos ratione, dictæ quantitatis debitor, remanſi, quã ſi ante acceperit, ſicut ſpero cito facere, benè erit. alioquin uolo, quod hæres meus, ante omnia ſibi ſatisfacere teneatur, de quo debito Chirographum meum habet, ꝙ reſtituat hæredi meo ipſe Lobardus. Item lego eidem Lobardo cyphũ meum paruũ rotundum, argenteũ, et auratũ, cũ quo bibat aquam, quam libenter bibit, multo libentius quàm uinũ. Præsbytero aũt Ioanni à Bocheta cuſtodi Eccleſiæ noſtræ, breuiarium meũ magnũ, ꝙ Venetijs emi precio centũ librarum. Ea tamen lege, illud ei dimitto, ut poſt eius obitum remaneat, in ſacriſtia eccleſiæ Paduæ, ad obſequium perpetuũ Præsbyterorum, ut ipſe præsbyter Ioannes, et alij orent ſi eis placeat CHRISTVM & beatam uirginem Mariam, pro me. Domino Ioanni de Certaldo ſeu Buccatio, uerecundè admodum, tanto uiro, tàm modicum lego quinquaginta florenos auri, de Florentia, pro una ueſte hyemali, ad ſtudium lucubrationesq; nocturnas. Magiſtro Thomæ Bambaſiæ de Ferraria, lego leuiam meum bonũ, ut eum ſonet, non pro uanitate ſæculi ſugacis, ſed ad laudem Dei æterni. Prædicti aũtẽ mei amici, de paruitate huiuſmodi Legatorum, non me accuſent, , ſed fortunam. ſiquid eſt fortuna. propter hunc reſpectũ, diſtuli ad ultimum, quem primum eſſe decuit, Magiſtrum Ioannem de horologio, Phyſicum cui lego quinquaginta ducatos auri, pro emendo ſibi unum paruum annulum digito geſtandum, in memoriam mei. De familiaritatibus autem domeſticis, ſic ordino, Bartholomeo de Senis,

egatũ eccleſie gatũ ordinũ bg mẽdicantiũ; gatũ pauperibꝫ.

egatũ dõnato gratico

de Senis, qui dicitur Pancaldus XX. ducatos, quos non ludat. Zilio de Florentia domicello meo, ſupra ſalarium ſuũ, ſiquid tibi debetur, XX. ducatos, & ſi haberem plures, aut alios plures, paucioresue domicellos, ſupra ſalarium ſuum, pro quolibet florenos ſeu ducatos XX. famulis duos pro quolibet, coquo duos. Et ſi iſti uel amici obijſſent, uel domicelli, ſeu famuli obijſſent priuſquàm moriar, quod eis legabam, uolo ut redeat ad hæredem meum. Omnium ſane bonorũ mobiliũ, & immobilium, quæ habeo uel habiturus ſum, ubicunq; ſunt uel erunt, unum ſolum hæredem inſtituo Franciſcolum de Borſano, filium quondam domini Amicoli de Borſano ciuem Mediolani, portæ Verzelinæ. et ipſum rogo non ſolum, ut hæredem, ſed ut filium chariſsimum, ut pecunia quantacunq;, ſiue ſit plurima, ſiue minima, quia magna utiq; non erit, meis rebus inuenerit, diuidatur in duas partes, et unam ſibi habeat, & alteram numeret, cui ſcit me uelle, & de ea fiat, ꝙ me etiam uelle ſcit. Duo antequàm finiam hanc ſcripturam, addenda ſunt, unum eſt quod modicum illud terræ, ꝙ habeo ultra mõtes, in comitatu Venſini in uilla ſeu caſtro Valcluſe, dioceſis Cauallicenſis, quia ſine dubio eundo illuc, uel etiam mittẽdo, quodamodo plus expenderetur, quam res ualeat, uolo quod ſit hoſpitalis dicti loci, & in uſus pauperum CHRISTI, & ſi fortè hoc fieri non poſſet, impediente aliquo iure, uel ſtatuto, uolo quod ſit Ioannis & Petri fratrũ, filiorum quondam Raimundi Clarimontis, qui Monetus communiter dicebatur, & fuit obſequioſus, & fidelis mihi ualdè. Et ſi dicti fratres uel eorum alter obijſſet, uolo quod ueniat ad filios, uel nepotes in memoria dicti moneti. Alterum quod illud modicum, quod habeo de bonis immobilibuus, in Padua uel territorio Paduano, uel in poſterum habiturus ſum, uolo quod ſit hæredis mei, ut cætera, ſed hac lege, quod nec per ſe nec per alium poſsit horum aliquid alienari uenditione, aut donatione, aut perpetua emphiteoſi, aut quouis alio modo, nec etiam pignorari uſq; ad completos XX annos, à die mei obitus computandos, quod per utilitates ipſius hæredis ordino, qui ex ignorantia rerum labi poſſet. quas cum pleno nouerit, puto non libenter alienabit. Si autem fortè, quia omnes ſumus mortales, nec omnino nullus eſt ordo moriendi, dictus Franciſcus de Borſano (quod auertat Deus) ante me moreretur, tunc hæres meus eſto Lorbardus à Serico prædictus, qui plenè animum meum nouit, quem ut in uita fideliſsimum expertus ſum, non minus fidelem ſpero poſt obitum. Hæc iure teſtamenti ſeu alterius ultimæ uoluntatis, ſeu quocunq; alio modo melius ualitura conſcripſi, manu propria, Paduæ in domo Eccleſiæ, quam habito anno Domini M. CCCLXX. pridie nonas Aprilis. et Nicolaum filium quondam Ser Bertolamei, ac Nicoletum filium Ser Petri notarios, infraſcriptos rogaui, prout in eorum ſubſcriptionibus infraſcriptis continetur. Vnum addo, quod ſtatim poſt tranſitum meũ, hæres meus ſcribat, ſuper hoc meo fratri Germano Petrarchæ monacho Chartuſienſi, qui eſt in conuentu de Materino propè Maſſiliam, ut det ſibi optionem, utrum uelit centum florenos auri, an ſingulis annis quinq; uel decem ſicut ſibi placet, & quod ipſe eligeret illud fiat. etc.

franciſcus colg de B. sano inſtituit ſuũ universalẽ.

ſubſtitutio

clauſula codicilar.

EGO FRANCISCVS PETRARCHA SCRIPSI, QVI TESTAMENTVM ALIVD FECISSEM, SI ESSEM DIVES, VT VVLGVS INSANVM PVTAT.

OPERVM FRAN. PETRARCHAE TOMI TERTII FINIS.